& conueniens, quærere rōnes, & alia teſtimonia ad fidei robur præter diuinā reuelationem, & rñdet. Qñ quis prōptus eſt credere fidei pp diuinam authoritatē, & pp eam credit, ſed ex hoc, quod afficitur fidei, quęrit alias rōnes, & congruentias, ſine quibus tamen crederet, ſed eas quęrit, vt magis roboretur, in fide, & ſibi in ea complaceat, non ſolum nō minuit fidei meritum, imo auget. Ad, ꝙ comprobandum adducit D. Tho. illud 1. Pet. 3. Parati rōnem reddere de ea, quæ in uobis eſt fide, & ſpe. Et ſic ſancti fideliſſimi credentes diuino teſtimonio ad fidei robur, & defenſionē, multa excogitarunt, in quib. fides non innititur, ſed tñ roboratur multū, & fideles maxima conſolatione pfunduntur. In quo de fide benemeriti ſunt, q a ex ipſius fidei affectu, hęc proceſſit inq ſitio, & ſic ad fidei cōfirmationem adducuntur innumera miracula edita in Eccleſia, teſtes oī exceptione maiores, tum doctrina, cum probatiſſimis moribus, & qui proprio ſanguine fidem confirmarunt, & ſimilia multa. Propter quæ dicit Pſ. 92. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis, quia licet fidem non probent, tamen euidenter probant nimis eſſe credibilem, & credendam. A D.Th. 1.Pet.3 B Pſa.92

Hac ergo de cā Ioā. firmiſſimè credēs Xp̄m uerum Meſſiam, & Deū eſſe, pp Patris, & Spūs ſancti teſtimoniū, huic ſi dei maximè affectus, alia, & alia teſtimonia q̄rit a Chriſti humanitate, & miraculis, ut magis in fide roboret, & in fide habita amplius ſibi cōplaceat. Nobis ergo maximè lætandū, q a fidei credimus tot teſtimonijs roboratę, ꝙ ſi, p impoſſibile deciperemur, dicere poſſem⁹ Deo, ab ipſo nos deceptos eſſe. Sed q̄ lōga a Deo ē decipere, cū ſit prima ueritas, tā lōgè abeſt deceptos nos in fide eſſe, in quo ſibi placebat Pſalmographus. Narrauerunt mihi, iniq, fabulationes, ſed ñ ut lex tua. C Pſ.118

[Rñdet Chriſtus. Renunciate Ioanni, &c.] Multa adhoc edidit miracula, vt oſtenderet ſe illum, de quo Eſa. 35. Tūc aperientur oculi cęcorum, &c. In quo ſe Deum oſtendit, cui proprium eſt benefacere, & omnibus occurrere miſeris. Vnde Hieremias Propheta epiſtolā ſcribit Eſa.35

A bit ad filios Iſrael Babylone captiuos,oſtendens eis,nō reputādos eſſe Deos,q in Babylone colunt̃,q̃ refert Baruc. 6. Nūc aũt
Bar. 6. videbitis in Babylonia Deos aureos, & argēteos,& lapideos, & ligneos in humeris portari,oſtantes metum gentibus. Videte ergo, ne, & uos ſimiles efficiamini factis alienis. Hoīem a morte nō liberãt, neq; infirmũ a potētiore eripiunt:hoīem cæcum ad uiſum nō reſtituũt, de neceſſitate hoīem nō liberabunt:viduę nō miſerebunt̃,neque orphanis benefacient:qũo ergo æſtimandum eſt,aut dicēdũ illos eſſe Deos, cũ Dei proprium ſit hęc facere? Vnde optime hodie Chriſtus probat ſe Deum eſſe,hæc oīa operatus. Sic Pſ. 145.
Pſ.145 Qui cuſtodit ueritatē in ſęculũ,facit iudiciũ iniuriã patientibus, dat eſcã eſurientibus. Dñs ſoluit cōpeditos. dñs illuminat
B cæcos. Dñs erigit eliſos. Hæc opera Dei ſunt,quib.eũ agnoſci oportet. Et Pſ. 67.
Pſ. 67. Deus noſter. Deus ſaluos faciendi,& dñi exitus mortis. Quaſi dicat. Deus noſter ſalutem dat,& a morte liberat. Vnde Iſ.
Iſa.45. 45. Deus iuſtus,& ſaluãs non eſt pter me.
Pſ.145 Ex quo colligit̃ ad Deum nr̃m in omni neceſſitate cōfugiendũ Pſ. Nolite cōfidere in principibus,in filijs hoīum,in quib. nō eſt ſalus. Beatus cuius Deus Iacob adiuror eius. Nomē Dei noſtri oīum, & in oībus remedium. Ne ergo, vt Ochozias,
4.Re.1 cōſulas Deũ Acharō,quaſi non eſſet De⁹ in Iſrael. In oī tuo malo primum Deus cōſulendus eſt. Quod qa raro fit raro etiam remedium noſtris neceſſitatibus adeſt.

Optima ergo Xpi reſponſio qōni tantæ fuit,dũ innumera hoīum mala abſtu-
C lit, & opera Dei propria pſtitit, ut Deus agnoſceret̃. Iob 15. Nunquid ſapiens rñ-
Iob 15 debit,quaſi in uentum loquens. Sapiens ſapiēter rñdens,debet qōni omnino ſatis facere. Ideo non rñdet verbis,q̃ uētus facile tollit,ſed maximis operibus,q̃ illi dedit pr̃,vt ſe oſtenderet filium eius. Vnde cōgregatis Phariſęis,& dicētibus ei. Si tu
Ioan.8 es Chriſtus,dic nobis palam,rñdet. Loquor vobis, & nō creditis opera, q̃ facio in noīe patris mei, hec teſtimoniũ perhibent de me. Si.n.non facio opera patris mei,nolite credere mihi. Et hoc teſtimoniũ maius Ioanne ille dixit ideo Ioãnes mittit diſcipulos non credentes eius teſti A
monio operum Xpi. Vnde ait. Vos miſiſtis ad Ioannem,& ille teſtimoniũ perhibuit ueritati,ſed ego habeo teſtimoniũ maius Ioanne,opera,q̃ dedit mihi pater, illa teſtimoniũ perhibent de me. Tãta.n. tam grandia,& ptãte, ac imperio patrata miracula in ſui teſtimoniũ manifeſte
oſtendebant Xpm Deum. Quibus conuictus Nicodemus,ait. Scimus,quia à Deo Ioan
veniſti magiſter. Nemo.n.pōt hæc ſigna facere,quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo. Oſtendunt profecto opera tua, quis ſis,& ſicut maxima huius mundi fabrica oſtendit Dei magnitudinem,ita ut ſint in excuſabiles, qui eum uidentes non agnoſcunt Deum. Ita Chri opera talia ſunt, & tam manifeſte oſtendentia ipſum eſſe ſaluatorem, vt quid non credunt, inex- B
cuſabiles ſint. Si opera non feciſſem in Ioan
eis,quæ nemo alius fecit, pc̃m non haberent. Nunc autē excuſationem non hñt Ex.
de peccato ſuo. Confitentur Magi Pharaonis. Digitus Dei eſt hic. Potiori nos iure dicamus. Brachiũ Dei eſt hic. Hęc sũt Pſ. 1
Dei teſtimonia,de quib. Pſ. Mirabilia teſtimonia tua, ideo ſcrutata eſt ea anima Amb
mea. Vbi Amb. per teſtimonia, intelligit Dei opera,quib. ſe miſericordem hoībus præſtitit,quæ debet oīa ſcrutari, attendēs mundum plenum mortuis,cæcis, lebroſis,claudis,in animo,quibus omnibus remedium è cęlo attulit Chriſtus.

Sed adhuc alia mirabiliora teſtimonia diuinæ eius mię fuerũt, ꝙ uniuerſa mala nr̃a nō ſolum abſtulit, ſed ſuper ſe tulit. C
Interijt ille, vt ego viuerem, velati ſunt eius oculi,ut ego viderem,factus ſurdus, & mutus,ut me ſurdum,& mutũ ſanaret,& reputatus lebroſus,ut ego mundaret. Hæc teſtimonia infinitæ ſuę bonitatis fuere. De quibus Eſa. 93. Miſerationũ domini ſuper omnibus,quę reddidit no- Eſa.
bis,& ſuper multitudinē bonorum domui Iſrael,quę largitus eſt eis ſecundum multitudinem miſericordiarum ſuarũ.

Sed licet miracula corporibus a Chriſto exhibita eum Meſſiam probauerint, maxime tamen eadem miracula in animis hoīum effecta, eum Deum manifeſte oſtenderunt,quæ eo potiora iudicanda,quo

A da, quo anima præſtat corpori.

Quõ ergo hæc miracula fuerit in mundo operatus, patet, ſi eius per Chriſtum, attendas mutationem factam, & reno-
Eſ. 59. uationē. Primo.n. cæci vident. Eſ. 59. Palpauimus ſicut cæci parietē, & quaſi abſq; oculis attrectauimus: impegimus meri-
Ecc. 11 die quaſi in tenebris. Quia, vt dr̃ Eccl. 11 Error, & tenebræ peccatorib. concreta ſunt. Cęcus erat uniuerſus fere mundus, errans in his, q̃ ad Deum pertinent, colebat idola, colebat ligna, & lapides erat & in morib. cæcitas, in rerum ęſtimatione. Sed Chriſto ueniente, populus, q habitabat in tenebris, vidit lucē magnam, ſedētib. in regione vmbrę mortis lux orta eſt eis. Ponam oẽs filios tuos doctos a Dño. Idolorum veſaniã de mundo penitus re-
B legauit: cognitionē Dei ueri edocuit: verum rerum ꝑcium, ac æſtimationē oſtendit: deſpiciens terrena, animam pretioſã manifeſtauit, ꝓ qua redimēda ſanguinē fudit. Peccati fęditatē declarauit, q̃ alio, q̃ agni ſanguine deleri non potuit: oïa, q̃ ſub velaminib. legis erant patefecit. Vox Dñi ꝑparantis ceruos, reuelabit conden-
Pſ. 35. ſa accendit lucernã, & dragmã inuenit:
Lu. 15. ego ſum lux mundi. 2. Cor. 4. Deus, qui
2. Co. 4 dixit de tenebris lumen ſplēdeſcere, ipſe illuxit in cordib. noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis in facie Ieſu Chriſti. En quomodo cæci uident.

Secundo Claudi ambulãt. Pſ. 17. Filij
Pſ. 17. alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt a ſemitis ſui. Chriſtus inæqualis eſt pedibus: eiuſmodi eſt peccator ꝑuolans intel
C lectu affectu deficiens. Lex antea bonũ oſtendebat, & malum, ſed gratiã non cõferebat, ut hoc uitaretur, illud impleret. Sed Chriſto ueniente ſaliet, ſicut ceruus
Eſ. 35. claudus: gratiã.n. cõtulit, qua affectus inęqualis non eſſet cogitationi, ſed ęqualis vt non claudicans quis erret.

Tertio. Leproſi mundant. Abominandus leproſus, qd niſi peccatorē deſignabat Deo odibilē: cuius peſtifera eſt cõuerſatio, & ideo extra caſtra mittendus. Eſt vero hmõi, q uoluptatib. corporis deditus eſt. Roma. 8. Qui in carne ſunt, Deo placere nõ pñt. Et 1. Co. 6. Oẽ peccatum
Ro. 8. qdcumq; fecerit homo, extra corpus eſt, q autẽ fornicat, in corpus ſuum peccat. A
Vide, quõ ſe cõmaculet lepra. Sed Chriſto ueniente, leproſi mundant, iuxta illud Ezech. 36. Effundã ſup vos aquã mũ Ez. 36.
dã, & mundabimini ab oïb. inquinamen 4. Re. 5
tis veſtris. Sicut Naaman ſepties lotus in Iordane, mundat: ſic nos ſeptẽ ſacramentis abluti, & a carnis uino maxime Chriſtus liberat ſuos. Verbum.n. carni vnitũ, carnē ſic ſanctificauit, vt iã ſancta ſit. Inde in eccleſia ſtatum virginitatis inſtituit in innumeris viris, & fœminis. Cœleſtē hunc ſtatum è cœlo cæleſtis demiſit in terrã, & oïb. ſuis gratiã contulit, qua facile carnem ſuperantes de ea triumphent. Quis me liberabit de corpore mortis hu- Ro. 7.
ius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum. B

Quarto ſurdi audiunt. Erat mundus, ſicut aſpis ſurda obturans aures ſuas, Quis ſurdus, niſi, ad quem miſi ſeruos Pſ. 57.
meos. Zach. 7. Cor ſuum poſuerunt, vt Zac. 7.
adamãtē, ne audirēt legē. Qui diuinis minis non flectit, ſuaſionib. nõ credit, beneficiis nõ emollit, nec blanditiis allicit, hic ſurdus eſt, cordiſq; duri. De quo Eccl. 3.
Cor durum male hēbit in nouiſſimo. In Eccl. 3.
duraſti cor nrm, ne timeremus te, loqtur Eſ. 26.
propheta, ſed Chriſto ueniēte, aures ſurdorum patebunt, qa gratia ſua hanc tollit obſtinationē. Sicut Ezec. 36. dr̃. Aufe- Ez. 36.
ram a uobis cor lapideum, & dabo cor carneum, & ſpiritum meum ponam in medio veſtri, & Eſ. 29. & Audient in die Eſ. 29.
illa ſurdi verba libri huius.

Quinto mortui reſurgũt. Eſa. 28. Per- Eſ. 28.
cuſſimus fœdus cum morte, impij dicũt, C
ſed fœdus veſtrum cum morte nõ ſtabit, Chriſtus.n. veniens diſſoluet hoc fędus. Qñ vero hęc ſigna videris in aïa tua fieri, q̃ in mundo ſunt facta Chriſto ueniente, crede, qd Chriſtus ad te aduenerit, ſi cæcus fuiſti in rerum ꝑtio, & æſtimatione, ſi cæcus te nõ curãs, aliena videns Audi popule ſtulte, nõ hñs cor, q̃ hñtes oculos, non uidetis trabē, in oculis vr̃is, vidētes in alienis feſtucã. Si melle gratiæ guſtato illuminati ſunt oculi tui, ut Ionathę oculi, ſignum Chriſti intrantis animam tuã, & eã lumine ſuo illuſtrantis. Si claudus fuiſti ſciens voluntatē Dñi, & nõ faciēs, dignus es plagis multis? Quia ſciēti bonum,

Digitized by Google

A bonum, & non facienti, peccatũ eſt illi Iac. 4. Si modo bona facile operaris, claudus ſalit ut ceruus, ſignũ Chriſti ad te venientis, cuius eſt proprè facere operari. Leproſus fuiſti, mãdatus es, Chriſtus hoc fecit. Aug. Cognoui eius pſentiam ex fuga uitiorum ꝯcarnalium. Surdus fuiſti diuinę uoci, ſed iam dicis: Audiam, quid loquatur in me dñs, & aĩa mea liquefacta eſt, ut dilectus loquutus eſt. Si terreris Dei minis, blanditijs cõmoueris, libẽter cœleſtia audis, Chriſtus uenit ad te. Denique ſi mortuus fuiſti, & reuixiſti, mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuẽtus eſt, Chriſtus id operatus eſt.

Lac. 4.
Augu. Pſa. 84
Can. 7.
Luc. 15

Dominica III. Aduentus.

B *Miſerunt, &c. Ioan. 1.*

IN diuino amore, quo ſe Deus diligit, & infinitam ſuam bonitatem, illud omnino diuerſum inueniem', imò, & contrarium ei amori, quo nos noſtra diligimus, quod cum nos rem aliquam amore proſequimur, ſic eius amore flagramus, ut nimio zelo ardentes ea frui abſque ſocio diligentiſſimè conemur, nec alijs partem concedamus: Deus uerò, cum infinito amore ſuã bonitatẽ proſequatur, nihil ſic deſiderat, ac eam oĩb. cõicare. Sic ſe ad intra oĩno effudit Pater in Filium, Pater, & Filius in Spiritum ſanctum. Nec verò hoc contentus ad extra quoq. diffudit, & participes nos vult, & conſortes ſuæ naturæ diuinæ, & qui vnus Deus eſt p naturam, plures conatur Deos facere per participationem.

C Ex hoc deſiderio, & infinita bonitate, illud primum omnium factum eſt, cũ ipſe nulla creatura indigeret, innumeras tamen condiderit, quibus ſui faceret copiam, & in quas effunderet bonitatis ſuę theſauros. Inter quaſ hominem ſuipſius fecit capacem, eum ad ſui ſimilitudinem, & imaginem exprimens, ut aliqua creatura eſſet, in quam ſe totum effundere poſſet. Sed nec hoc contentus eſt, ſed ut ſe magis, ac magis effunderet, dona diuina, & gretuita homini conceſſit, maxima, & pretioſa nobis promiſſa donauit, ut diuinæ conſortes naturæ per hoc efficiamur, ad noſque dici poſſet, Ego dixi. Dij eſtis, & filij excelſi omnes. Hoc uerò deſiderium ſe communicandi, & effundendi, cum ex infinita eius bonitate, & amore emanet, (ea autem omnia, quæ dicimus naturalia, & ſupernaturalia dona, diuinum non æquarent amorem; nec amor quieſcit, donec amato det donum, quod amori æquari poſſit,) eo tandem Deum adduxit diuinus eius amor, ut filium ſuum unigenitũ nobis daret, quod donum æquale eſt amori, & bonitati, q̃ Deus ipſe eſt. Ecce impletum illud Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuũ vnigenitum daret, iam plane ſatisfactũ eſt hoc tanto dono amori diuino, poſtulanti pro nobis gemitib. inenarrabilib. Ac ſi amicus tibi eſſet adeo familiaris, & intimus, ut poſtquam oẽm tibi ſubſtantiam dediſſet, non quieſceret, donec aperto pectore cor extraheret, tibique daret dicẽs; Agnoſce amorem in te meum dono cordis mei. O diuine amor, quæ non a Deo nobis obtinebis, poſtq̃ obtinuiſti, ut aperto patris pectore, vnigenitus, qui eſt in ſinu eius, nobis daretur, & medulla illa cedri ſublimis ad terrã negotiatorũ tranſportaret? Mira hominis dignitas, qđ a Deo in tm̃ ſit dilectus, eiq. tam charus. Aug. lib. de vera relig. Demonſtrauit nobis Deus, q̃ excelſum locum inter creaturas habeat humana natura, in hoc, quod hominibus in vero homine apparuit.

A
2. Pe. 1
Pſa. 81
Ioan. 5
Simile
B
Ez. 17.
Aug. li. de uera relig.

Vt autem pro dignitate ſua, ac excellentia has diuinas miſericordias æſtimemus, eaſque magni faciamus, ut decet, diuina ſapientia neceſſaria nobis eſt. Vnde Pſal. Quis ſapiens, & cuſtodiet hæc, & intelliget miſericordias domini? Infinitæ ſunt collatæ cum Chriſto nobis miſericordiæ, quis niſi ſapiens eas agnoſcet? Paul. Nos autem nõ ſpiritum huius mũdi accepimus, ſed ſpiritũ, qui ex Deo eſt, Vt ſciamus, quæ a Deo donata ſunt nobis, cum Chriſto. n. recipimus remiſſionẽ peccatorum, gratiã, Dei filiorum nomen, cęlũ reſeratũ, denique oĩa bonã mihi venerunt pariter cũ illo. Et ideo ipſemet ad hoc opus perficiendũ è cęlo in terrã uenit, nec ad hoc angelũ miſit, aut hominem

Pſ. 106
C
2. Co. 2

A hominem purum. Nam ſi hoc opus creatura perageret, magis ei deberemus quã Deo creatori noſtro, quia maius eſt redimi, quam creari, & ex deteriori nihilo educitur peccator, cum iuſtificatur, quã homo cum creatur.

Vnde, qui tam immenſam in ſe collatam intelligere miam, ſummis uotis, ac deſiderijs procederet obuiam Xp̃o. Vniuerſus profectò mundus exire dẽt obuiã Redemptori, ſicut captiui ſuũ ſuſcipiunt Redemptorem, ſicut a tyranno oppreſſi, regẽ in libertatem ciues aſſerentem. Sed q̃uo excipitur in mundo Deus tãtus? Sui eũ non receperunt. Attende cæcitatẽ, & malitiã ſummã. Intellexere Phariſæi tp̃s
Ioan. 1 iam impletum, quo Meſſias in lege pro-
B miſſus adeſſe mundo debuit, & oculis hoĩum cerni, & ex Ioannis teſtimonio, & Chriſti miraculis cognouerunt Ieſũ eſſe Xp̃m, ſed ſua conſiderãtes dñt illud, ꝙ Spiritus S. multis retro ſæculis oñdit
Sap. 2. eos dicturos. Circunueniamus iuſtum, qm̃ inutilis eſt nobis, cõtrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ. Filium Dei ſe noĩat, factus eſt nobis in traductionem cogitationũ noſtrarum, grauis eſt nobis ẽt ad videndũ, nobiſcum nõ cõuenit, oĩno nobis vitandus eſt. Qũo ergo eum deijciemus? Accipiamus Ioã. Bap. in Meſſiam, & noſtra authoritate, & opinione ſanctitatis ipſi⁹ id efficietur, ut vniuerſus populus Ioannem ſequatur Ieſu derelicto. Ioannes uerò uidens ſe per nos in tanta dignitate cõſtitutum, nos reuerebitur, ac magnifaciet, diſſimulabit vitia noſtra, doctrinas
C noſtras ſequetur, ne eum loco tanto deturbemus. Vt hæc ergo male cogitata, opere complerent peius, eligunt ex ipſis grauiſſimos viros, qui huius rei cã Ioannem adeant, quorum legationem hodie in Euangelio ſcribit Ioannes. Quod uerò iſtud in hac legatione illi intenderint,
Ioan. 5 manifeſtè eis Chriſtus dixit. Ioã. 5. Vos miſiſtis ad Ioannem, & ille teſtimoniũ perhibuit veritati. Ille erat lucerna ardens, & lucens, uos autem voluiſtis ad horã exultare in luce eius. Qui locus manifeſtè oñdit, eos intẽdiſſe, Ioanẽ in Meſſiã aſſumere, ut ſub eius luce poſsẽt exul A
tare, ac ſe tueri. Sũma, & inaudita peruerſitas. Hoc eſt iudiciũ, q̃a lux uenit in mun Ioan. 3
dum, & dilexerũt hoies magis tenebras, q̃ lucẽ, erant. n. eorum mala opera. Similes hi facti patrib. ſuis, q in Aegypto clamauerunt ad Deũ, Redẽptorem poſtulãtes. Miſit eis Deus Moyſen, cui inobediẽtes, & rebelles extiterũt, & ideo in deſerto proſtrati ſunt. Similes his modo ſũt, qui tales deſiderãt prælatos, p̃dicatores, & confeſſarios, in quorum luce poſſint exultare, qui eos a peccatis non coerceãt, nec per deſideria ſua defluere contradicant. Sic illi dicũt. Loquimini nobis placentia, Et Paul. Coaceruabunt ſibi ma- Ez. 30.
giſtros pruriẽtes auribus. Qui ſi poſſent Deũ ſibi effingere conuenientem oĩno, ac conſonantem ſuis prauis deſiderijs, il B
lum efformarent, & è medio tollerẽt verum Deum. Ad hos Malac. 3. Nunquid affiget hõ Deum, quia vos affixiſtis me? Mal. 3.
Q. d. Vultis manus meas, & pedes ligare, & affigere, ut me trahatis ad ueſtra deſideria, & non magis uos affigendi, ut meæ pareatis voluntati? Qui conſciam exonerare uolens, cõfeſſariũ inuenit rectũ, uolentẽ eum configere, & affigere diuinæ legi, & ab eo diuertens quærit aliũ, qui eũ ducat per latam, quæ ducit ad interitum, & cum eo conſentiat, in eo, quod malè deſiderat, hic eſt, qui Phariſæorum imitat̃ perfidiam, qui Chr̃o relicto, Ioannem in Meſſiam ſuſcipere voluerunt. Iõ immittet illis Deus ſpiritũ erroris, ut credant mendacio, eo ꝙ veritatẽ charita 2. Theſſalon. 2
tis non receperunt. Sed interim attende in his impletum illud. Qui apprehendit 1. Co. 3
ſapiẽtes in aſtutia eorum, & conſiliũ prauorũ diſſipat. Ea namq. via, ac rõne, qua C
Xp̃m obſcurare intenderunt, Deus eum clarificauit, quia conſilium meũ ſtabit, & oĩs volũtas mea fiet, ut p Eſa. loqr. Eſa. 46
Iã ĩde ab ipſo naſcẽtis mũdi primordio, vſu, & quaſi exercitatione hoc oñdit De Ge. 42.
us, illis ipſis medijs, quib. ĩpi conant̃ Dei euertere voluntatẽ, eã implere. Promiſit Ioſeph exaltãdũ, & a fratrib. adorãdũ. Inuidẽt illi, & ne id fiat, venundant eũ Iſmaelitis. Sed hac via factũ eſt, ut ad eius ſe pedes illi abijcerẽt, & ꝓuoluerẽt. Sic ẽt modo

A modo à Ioanne clarificatur Chriſtus, qñ
eum Phariſæi obnubilare voluerunt.
Matt. 21. Sed miranda ꝑfectò Ioãnis firmitas,
& manifeſtè verũ oñdit eũ, qui ſuperio-
re Dñica dixit, non eum eſſe arundinẽ
vento agitatã. Tantus .n. in eũ irruit vẽ-
tus, vt turbo cõterens petras dici poſſit,
dum ei diuinus offertur honos. Ventus
hic, cedros illas Dei in cęlo plãtatas qua
ſi arundines ſic agitauit, ut oĩno eradica
uerit. Ioãnes tñ, q̃a ſup firmã petram do
mũ ædificauerat, ẽt ſi venti irruãt, & flu-
mina cõcurrãt, ſtat firmus, & ĩmobilis.

Accedunt ergo dicentes. [Tu q̃s es? Et
cõfeſſus eſt, & nõ negauit, & cõfeſſus ẽ.]
Ter repetit. Nec vero ẽ otioſa repetitio,
ſed vt vehementer eũ aſſeueraſſe oſten-
deret, illud Ioannes ter inculcauit. Dixit
B Aug. Aug. in Ioãnis Euang. Nõ tes tm̃, ſed &
modus dicẽdi maxima hẽt myſteria, my
ſterio ergo plena eſt repetitio iſta. Sed ꝙ
hic latet myſteriũ? Illud vtiq;, norunt, ſã
Aug. cti, ait Aug. qđ licet alia pctã aliqñ diſſi-
Sap. 11 mulet Deus, quaſi nõ videat, diſſimulãs
peccata hoĩũ pp pñiam, ſed qñ eo pctõr
peruenit, ut ſibi diuinã arroget gloriam
continuo in eũ deſæuit vltio. Sic contra
peccantem Angelũ continuò ſnĩa lata ẽ:
Luc. 10 Et videbã Sathanã, ſicut fulgur cadentẽ
Gen. 3. de cęlo. Eſſe vult Adã ſicut Deus, conti-
nuo adeſt irridens Deus. Ecce Adam,
quaſi vnus ex nobis factus es. Sic gloriã
Dan. 4 tẽ Nabuchodonoſor, Nonne hæc eſt ci-
uitas magna Babylon, q̃ ego ædificaui
in magnitudine roboris mei? ſeque Deũ
reputanẽ, cõtinuò Deus in beſtiam mu
tat, ei oſtendens, non ſolũ non Deũ eſſe,
ſed nec hoĩem quidẽ, donec confiteatur,
non ſe Deũ eſſe, ſed Dei facturã. Sic etiã
Act. 12 cũ Herode factũ Lucas memoriæ prodi-
dit, cuius innumera mala in multa patiẽ
C tia Deus ſuſtinuerat. Sed cũ auro, & gẽ-
mis ornatus, radiis oppoſitus ſolis eſſet,
fulgoreq. maximo irridiaret, audiẽs po-
pulus eius cõpoſitam, & politam oratio-
nem, acclamat, Dei, non hoĩs voces, per
cuſſit eum Angelus, eo ꝙ nõ dediſſet glo
riã Deo. Sic ad Aegypti Regẽ loquitur
Ezec. Ecce ego ad te ô Pharao draco ma
gne, q cubas in medio fluminũ tuorũ, &
dicis: Ego feci memetipsũ, ponã circũ in
narib. tuis. Hoc ergo Ioãnes rectè intelli A
gẽs maxima contentione negat oĩno ſe
Xpm eẽ, ne ĩ diaboli iudiciũ icidat. Nec
ſemel negaſſe cõtẽt⁹, ter negat, & addit.

[Non ſum ego Chriſtus, nõ ſum Pro
pheta, nõ ſum Helias.] Primò aduerten
da eximia Ioannis modeſtia, q̃ plenũ ſe
oñdit negationib. Oẽ ferè, qđ de ſe loqui
tur, eſt: Nõ ſum, non ſum, nõ sũ. Iuſtus
cũ humilis ſit, nihil ſe hr̃e putat, qui exi- Ad Gala. 6.
ſtimat ſe aliq̃d eſſe, cũ nihil ſit, ipſe ſe ſe-
ducit. Talẽ ſe ꝓbuit ille, de quo loquitur Ioã. Apo. 3.
Ioan. Apoca. 3. Qui dicis, Diues ſum, &
nullius egeo, cũ ſis pauper, miſer, & mi-
ſerabilis, cęcus, & nudus. Vidiſti hoĩem,
qui oĩa ſe hr̃e credit. Nobilis inquit, ſum
diues, ingenio polleo, &c. Hic diuerſus
oĩno a Ioanne eſt, qui nihil ſe eſſe dicit:
hic verò oĩa ſe eſſe credit. Sed hæc homi B
nũ miſeranda conditio eſt, quod nõ ſolũ
ſe nõ agnoſcant, ſed eſſe velint qđ ſunt,
& quod nõ ſunt. Nemo ſua ſorte conten
tus eſt, ſed eſſe deſiderat, ꝙ non eſt. Dux
Rex eſſe vult, Comes Dux, Nobilis Co
mes. Ciuis Nobilis cupit apparere, infi-
mus de plebe ciuis, & oẽs eſſe, qđ nõ sũt,
volunt; & appetũt. Quid inde? Innume- Eccl. 10
ra ex hac ſuperbia peccata: Quia initiũ
oĩs peccati ſupbia, & q tenuerit eã, adim
plebit maledictis. Hinc extremæ indi-
gentiæ, & egeſtates in republica. hinc fi-
liorũ, filiarumq; remedia, & collocatio-
nes difficiles, hinc debitis onerari, nec eſ
ſe ſoluẽdo. Contra verò humilis nil eſſe
& hr̃e reputat. Si tã humilis nõ es, vt no Ge 33.
uiſſimũ te uirorũ nõ repures, ſicut Xp̃s,
ſaltẽ intra ſortẽ tuã te contine, noli plus
eſſe, & apparere q̃ es. Cuius rei ſi ꝓclarũ
vis exẽplum, intuere Iacob. Qui obuiã
cũ factus eſſet Eſau veniẽti cũ quadrin-
gẽtis eq̃tib. dicit Eſau ad Iacob: Gradia
mur ſimul. Cui rñdit Iacob Gen. 33. No C
ſti Dñe mi, ꝙ paruulos habeã teneros, &
oues, & boues fętas mecũ, quas ſi plus in
ambulando fecero laborare, morientur
vna die cũcti greges. Præcedat dñs me⁹
ante ſeruũ ſuũ, & ego ſequar paulatim
veſtigia eius, ſicut uideã paruulos meos
poſſe. Non põt paſtor militem ſequi; nec
eius inhærere veſtigijs. Noli tu, qui ĩ mi- Eze. 2.
nore ſtatu es, maiorẽ æquare, ſed intra li

Digitized by Google

Gen .c. li. 1.offic. A Eſt via Dei,& e altera via dæmonis,mũdi,& carnis,uia virtutũ,via Dei,uia uitiorũ altera,De quib. Cic.li.1.officio. ex Xenophonte Herculis vitã ſcribẽte optime refert. Herculẽ cum adhuc iuuenis eſſet,in deſertum exiſſe locũ,ibiq; duas vidiſſe vias,inter quas dubio aio fuit, q̃ ſeligeret. Prima erat uia delectationis: i qua vidit mulierẽ pulcherrimã, ornatã ſerico,& auro,ei offerentẽ oẽs mũdi delicias,eumq; inuitantẽ, ut ſe per illã uiã ſequeretᷣ. Sc̃da erat uirtutis uia:in qua ſe ei pſentẽ exhibuit matrona grauiſſima, ac ſeuera,q̃ dixit:Non ego ꝓmitto delicias,& voluptates,ſed labores,ſed ſudores,ſed pericula:ſed horum finis,ac præmium erit,te Deum fieri. Dubius aliquã to tpe hæſit Hercules,ſed tandẽ decreuit B virtutis uiã ſeq,vt Deus eſſet. O ſi tu modo iuuenis,vel uir,vel grãdæuus hæc rectè attenderes,atq; ppenderes. Duæ hæc uiæ ante te ſunt:prius quã eligas,oĩa circumſpice,& cõſidera. Via uirtutis à dextris eſt,uia uitiorum à ſiniſtris. Prouer.4 Auerte pedẽ tuũ à malo:vias.n.q̃ à dex-

Pro. 4. tris ſunt,nouit Dñs:puerſæ uerò ſunt, q̃ à ſiniſtris ſunt. Ideo in iudicio ad dexterã iuſti,impij uerò ad ſiniſtrã cõſiſtũt:qa hi uiam q̃ à ſiniſtris eſt,illi q̃ à dextris,te

Pſ.118 nuerunt. De qbus vijs ſępe Pſ. 118. Viã iniquitatis amoue à me: in uia tua uiuifica me:& odiui oẽm uiam iniquitatis: & viã ueritatis elegi. A uia mala declinabat cũ diceret: Ab oĩ uia mala prohibui pedes meos. Viã bonã ingrediebatur, cum ait. Viam mandatorum tuorum cucur- C ri,in hoc enim uiri iuſti intendunt,hanc uiam tenere,ab illa declinare.

Differũt hæ duæ uiæ,ꝙ uia uitiorũ ſpacioſa eſt, & lata: ſed uiæ eius uiæ inferi, termin⁹.n. hui⁹ uiæ infernus eſt: ſed latitudine eius ineſcati hoĩes,multi hãc uiã ingrediuntur. Lata porta eſt,& ſpatioſa uia,q̃ ducit ad perditionem, & multi ſũt q intrant per eam. Matth.7. Si finis per-

Mat.7. ditio, quomodo tot ſequuntur uiã hanc? Quia lata eſt. Sed quomodo lata.

Quia eſt uia ſine uia. Oĩa.n.iniuſti uiã faciunt,hortos,uineas,lata,p oĩa, intrãt, ac ſi uia ubiq; eſſet. Non eſt eis ſeps; oĩa diripiunt,nihil ſibi uetitum arbitrantur, non ſit pratũ,qđ non ptranſeat luxuria A nr̃a. Oẽs in uiã ſuã declinauerunt: vnuſquiſq; ad auaritiã ſuã, à ſummo vſq; ad nouiſsimũ,Eſa.59.loquitur: Cuiusq; uo Eſa.56 luntas ſibi via eſt: & ſic multi hãc uiam ingrediunť prouocantes ſe inuicẽ: Veni te fruamur bonis,q̃ ſunt. O inſani,miſerrimi,q uiã hanc ingreſſi lęti eã incedıtis. Simile An non attẽditis uiæ finẽ? Quis tã amẽs, q cum ducitᷣ ad ſupplicium,lętus it,quia p pratum ducitᷣ? An nõ uides ſuſpendiũ i prati fine? Quid lętaris,qđ rides,miſer peccator? Qđ uia tibi eſt lęta? En in fine eius infernus eſt,mors æterna. Sed uia Dñi arcta eſt,& anguſta porta,ſed ducit ad uitã,ideo pauci inueniũt eã. Arcta eſt B Dñi uia,qa ſuis limitib. terminiſq; cõcluditᷣ: Et ſicut non licet uiatori ingredi ſata,hortoſq;,q propè uiam ſunt: ita hanc Dei uiam ingredienti non licet præterire mandata. Terminus poſſi tus eſt uolũtati eius,quem præteriri non licet.

Vis noſce, quo tibi tandẽ pueniendũ eſt: Cõſidera,q̃ ingreſſus es uiam:in qua uia via nũc ſtas,an in uia peccatorũ, uel Dei: ſi.n.uiã uerſus Romam capis,ad Indos nõ puenies. State ſup uias ueſtras,et Iere.6. videte, & interrogate de ſemitis antiqs, & ambulate in eis,& inuenietis refrigeriũ aĩab. ueſtris. Ierem.6. Ne ergo effrętnatus incedas. Siſte paluſũ, ſicut uiator, dubitans an recto incedat itinere. Conſideraui uias meas, & cõuerti pedes meos in teſtimonia tua,ait Pſ. Sed alij licet er- Pſ.118 rorẽ uiæ cognoſcãt, nolũt ſcire uiã rectã, nec eã ingredi,& dixerunt;Nõ ambulabimus,nihilomin⁹ cõſtitui ſup illos ſpe- C culatores,& dixi. Audite uocẽ tubæ(prædicatorum.ſ.) & dixerũt. Nõ audiemus, Contingit tibi modo cõcionẽ audienti qđ leuitis hodie interrogantibus Ioãnẽ., Audierunt eum de Chriſto teſtimoniũ phibentẽ, ſed non crediderunt, nec eius teſtimonium de altero receperunt, qui de ſeipſo recepiſſent. Sic accedis ad concionem, ut uiam cęli agnoſcas, oſtenditᷣ tibi,nec arripis. Audi tremendũ ſupplicium,qđ ibi Hierem.minatur. Ideo audite gentes,& cognoſcite,quanta ego fa- Iere.6. ciam eis. Ecce ego aducam mala ſuper uos,& ſuper populum iſtum. Ecce populus

A pulus venit de terra Aqlonis. Sagittá,& ſcutum arripiet,crudelis,& non miſerebitur. Sed qd hæc ad minas nobis intentatas. Traderis dęmoniis, quorum viã ſecutus es,& ĩ morté ibis ęternam, &c. Vnicum tibi remediũ eſt,reuerti ad Dei viã. Dirigite viam Dñi. Via Dñi lex eius eſt. Viã parare,& dirigere, eſt cõponere te,tuaq; oĩa ſm Dei legé. Venit Deus è cęlo ad nos,qs non ſeparet, vt tm̃ ſuſcipiat Dñm? Super monté excelſum aſcéde tu,q Euangelizas Sion:exalta in fortitudine vocẽ tuã, q Euangelizas Hieruſalé. Exalta,noli timere:dic ciuitatib. Iudæ: Ecce Deus veſter,ecce Dñs venit,& brachiũ eius dñabit:ecce merces eius cũ
Eſ. 40. eo,& opus eius corã illo. Eſai. 40. Vt hęc
B clamet,uenit Ioannes, & nos uobis hodie idẽ clamamus: Adorna thalamũ tuũ Sion,ꝓparare in occurſum Dei tui. Oĩa peccata proijce:munda domum tuã,orna eã uirtutib. vt digne ſuſcipias Deum
Chryſ. tuum. Sed notat Chryſ. Parate ait,& dirigite uiã Dñi,non dicit:Fac viã,facta iã eſt,cõpone tu eã. Aĩa noſtra Dei eſt imago,in ea ſcripta eſt naturalis lex. Gentes q legẽ non hñt, naturaliter q̃ legis ſunt,
Cicer. ſciunt. Semen Dei(ait Cice. in Tuſculanis)in nobis eſt,nos dirigens,ſi non impediat᷑. Inſuper tu qui fidelis es, Chriſti legẽ hẽs in corde ſcriptã,viã vides,eã in-
1.Re.6 gredere. Vaccæ arcam ferentes itinere vno gradiebant᷑ verſus Bethſames. Ne mutes viam,iam Dei uiam tenens, iam vitiorum deſere viã,vnã tenę uiã,nec dimittas uerſus domũ ſolis. Ibant mugiẽ-
C tes,quia eis erãt ablati vituli,ne laſciuiẽtes pp eos a uia declinarẽt, & ſic nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram declinabãt. Ablati ſunt a uituli Ieroboam. Appetit⁹ tuus domi recluſus eſt a Deo,ne tuũ impediat iter. Audis eius balatum,ac mugitum,ne tu declines,iter inceptum ne deſeras ꝑuenies ad domum ſolis. [Recte facite ſemitas eius.] Grego. exponẽs illud
Grego. Iob 24. Neſcierunt vias Dñi,nec intelle-
Iob 24 xerunt ſemitas eius, p viam intelligit innocentiã,p ſemitam pñiam. Qui viã agit ſi rectã illã tenet,ſemita non indiget,ſed ſi uiã pdidit,indiget ſemita ſtrictiori, vt ad uiã reuertatur. Sic qui innocentiã per-

didit. quæ via eſt,ad eam reuertatur per A
pęnitentiam ſtrictioré, quia quem facti pęnitet,penè innocẽs eſt. Vel aliter; Via Dei mandata ſunt,conſilia uerò ſemita; quia ſtrictiora ſunt. Aemulamini ergo charisſmata meliora. En excellentiorem viam uobis demonſtro,viam conſiliorũ perfectiorem. Sicut viam agit pauper cũ
vxore ornatus filijs,& ſarcina,grauis ꝓ Simile
fecto uia. Talem ducunt uiã,qui in mũdo oppreſſi curis,& ſolicitudine ſæcularium Deo inſeruiunt, perfecti verò ſine onere,& labore equo viam agunt,ab oĩbus ſe abſtinent,ut currere poſſint in ſta
dio,de quibus loquitur Iob 37. Nũquid Iob 37.
vidiſti ſemitas nubium magnas? qui ſũt
iſti,qui ut nubes uolant? ait Eſai. 60. Per E ſa. 60
fecti,nubes ſunt calore ſolis ſurſum ela-
ti,vt terrã pluuia fœcundent. His nubi- B
bus Deus magnificus eſt. Magnificen-
tia eius,& virtus eius ĩ nubibus. Hæ nu Pſ. 67.
bes per mirabiles conſiliorum ſemitas gradiuntur,quas ſi ingredi libet, quam miram uiam ages, cura in te impleatur
illud; In cubilibus,in quibus prius dra- Eſ. 35.
cones habitabant,orietur viror iunci,& calami,& uia ſancta vocabitur, vt ſponſo dicere poſſit; Veniat dilectus meus in hortum ſuum,& comedat fructus pomorum ſuorum. Si.n.quod ante in te fuerat deſertum,& horribilis mons, modo induſtria,ac labore tuo per Dei gratiam ſit voluptatis hortus, potes ſic ad hortũ tuum ſponſum vocare, qui uocatus aduenict per gratiam,&c.

Dominica IIII. Aduentus.

Vox clamantis,&c. Luc. 1.

IOannes,vox eſt baptizãs ĩ aqua,ſed C
Chriſtus verbũ mentis baptizans in Spiritu ſancto,& igne. Sic oĩs prædicator uoce reſonare põt,ſed Dei eſt ſpiritum concedere,& ignem, ſine quo uox eſt cymbalu tinniens,vel æs ſonans,hũc à Chriſto petamus per Mariam.

Appropinquãte iã Chriſti aduentu ponit᷑ hodie ante oculos veſtros tantę rei nũtius; Angelus annũtians mũdo maximũ illud Dei cõſilium,qđ prædicit,illud eſt. Videbit oĩs caro ſalutare Dei nñi. Tã

Digitized by Google

A tũ verò auditũ nuntiũ, q̃d in nobis effi-
cere dẽat, videamus: ſine dubio aĩorũ p̄-
parationẽ, vt ſpirituales hæ nundinæ ſi-
ne maximis nr̃is lucris non p̄tereãt. De
Eccl.14 his.n.dieb. ſcriptũ eſt: Et particula bonę
diei non te p̄tereat. Si.n. cũ deſcenderet
Angelus, Dei pſonã agens Exod. 19. p̄ce
Ex.19. pit populũ ſanctificari, multò magis ad
Dei ipſius aduentũ nos parari, atq; mũ-
dari oportet. Pro cuius rei intelligentia
aduertẽdũ, licèt Deus iã in mundũ vene-
rit, cum in Virginis viſceribus hõ factus
eſt, & ex eis ꝓceſſit tanq̃ ſpõſus de Thala
mo ſuo: ſed nũc hiſce dieb. quibus aduẽ-
tus eius celebrať, & in mundũ venire dr̃
peculiari quadã rõne, & infideliũ aĩas il
labitur ſingularib. eas efficiens benefi-
cijs. Et licet ppetuo miſericordias largia
B tur oĩ tp̃e, ſed hoc potiſſimũ, q̃n eius ad-
uentus celebrať, maiora p̄ſtat bñficia, &
maximè ad noſtras diuertit animas, q̃
omnium Sanctorum eſt doctrina.

Ea verò ꝓbať primo, q̃a oratio debi-
tè facta ſm̃ regulas Euãgelii, ſp obtinet
à Deo, q̃d petit, uel q̃d maius, q̃a Deum
maximè cõmouent miſeriæ nr̃æ debitè
Paulus ei ꝓpoſitæ, & exauditio orationis Eccle
Ro. 8. ſiæ à Xp̃o Dñ̃o promiſſa eſt, cũ vt opor-
tet, orat. Cum verò eccleſia ſicut in alijs
ſic in orãdo a Spiritu S. regatur, de quo
Pau. Rom. 8. Spiritus adiuuat infirmita
tẽ nr̃am, & poſtulat pro nobis, &c. Ma-
nifeſtè patet orationẽ Eccleſiæ exaudiẽ-
dã eſſe, illa verò ab initio aduẽtus poſtu
lauit, vt hoc tp̃e ad aĩas noſtras ueniat di
lectus noſter, & ſingularibus donis eas
ornet, ſine dubio id obtinebit.

Secunda rõ id ipſum concludens eſt:
q̃a modo fit renouatio natiuitatis Chri-
C ſti, & quaſi iterũ naſciť, iterũ in mundũ
venit. Hæc feſta, & comędiæ, quas Eccle
ſia p anni circulũ ꝓponit nobis de dile-
cto ſpõſo, nõ reputãdæ ſunt a nobis mor
tuæ, & ſine vita, ſicut aliæ comędiæ, in q
bus idẽ repræſentareť ab hiſtrionib, quæ
emortuæ ſunt, nec uitã, nec ſpm̃ verum
tribuunt rei, q̃ agiť, nec, qui in eis figurã
Chriſti, Marię, vel paſtorũ gerit, aliquid
amplius habent, quã externũ ornatũ, &
apparentiam. Non tã infimè cogitandũ
tu. eſt de Eccleſiæ feſtis. Imo intellige
eſſe uiuas rerũ imagines: q̃ vitam cõſe- A
runt perſonis, cũ ab Eccleſia proponiť,
& inducitur Dei mundũ aduentus, tũc
fit verè aduentus peculiaris Dei in aĩas
noſtras, & talis gratia fidelibus concediť,
vt ſe habeãt ad eũ modũ, quo ſe habue-
re, q̃ interfuerũt natali Xp̃i, naſciť Xp̃s
denuò in eis p gratiæ peculiaris aduen-
tũ, illis vniť nouo amoris nexu: quod de
Xp̃i natali dictũ eſt, idem intellige d̄ paſ
ſione, reſurrectione, & aduẽtu Spiritus
ſancti, &c. Et hoc eſt illud Pauli Hebr. Hebr.
10. Qui initiauit nobis viã nouã, & viuẽ 10.
tẽ p velamen, i. carnẽ ſuã, ſuo.n. corpore
cępit hanc eccleſiaſticã viã, perficiẽs ope
re myſteria, quæ modo ſub imagine cele
bramus. Sed via hæc uiua eſt, nõ eſt mor
tua, vitã donat ijs rebus, q̃ aguntur, oĩa B
enim, quæ in Eccleſia ſunt vitã plena, &
ſpiritu ſunt, q̃m ſpiritus uitæ erat in ro- Ez. 10.
tis, q̃ huc, illucq; voluebantur. Vñ ſicut Simile
Sol iſte corporeus cũ p anni circulũ re-
dit ad ſignum illud, in quo a Deo primũ
cõditus eſt, operať nunc, eademq; initio
operatus eſt, & eoſdẽ influxus in terram
demittit, quos prius. Sic Xp̃s ſol iuſtitię
rediens p Eccleſiæ repr̃ſẽtationem ad ea
myſteria, in quib. fuit, dũ cũ hoib. cõuer
ſatus eſt, eodem mõ operať, ac tunc ope-
ratus eſt, ſimilibuſq́. nos bonis ditat, ac
ditauit tunc in mundo eius cõ ſpũ frue-
tes. Quæ doctrina ſummæ cõſolationis
fidelib. eſt, ne ſe dicãt iſęlices, quod pñtes
non fuerint Chriſti myſterijs, nec illum
viderunt quos hac conſolatione leuam⁹
quod nunc iterum quaſi Chriſtus naſci
tur, quaſi reſurgit, quaſi Spiritum S. mit
tit. Dum.n. eccleſia hæc agit myſteria, ip
ſe gratiam confert, ac ſi naſceretur, &c.
Et ſic dicere non poſſumus, non ad fuiſ- C
ſe nos tantis factis. Huc ipſe ſignabit,
cum dixit: Ego vobiſcũ ſum oĩb. diebus Matt.
uſque ad cõſummationẽ ſæculi. Noli vlt.
mæſtus eſt, ꝙ Xp̃m non uideris. Ecce te
cum eſt oĩ die: tecũ in diuiniſſimo Eu-
chariſtiæ ſacramento, tecum, in adiuto-
rium tuum intendens: tibi in omnibus
proſpiciens, & accurrens, tecum demũ
per eccleſiæ repræſentationem, quæ vi-
ua eſt, per quam in te operabitur Chri-
ſtus ad modum, quo ſi eius myſteriis
præ-

Digitized by Google

A p̃ſens interfuiſſes. Cuius rei manifeſtũ indicium, & ſignũ eſt, qđ his in feſtis iuſti edulia guſtant è Dei menſa aſportata ſingulari dulcedine plena: experiunturque noua ad virtutẽ incitamenta, & hũc ſolẽ iuſtitiæ animis ſuis propinquare ſentiunt, nouo lumine illuſtrati, nouis ardoribus inflãmari. Et cũ feſtorum Eccleſiæ hic ſit finis, vt diſponamur quotidie magis, ac magis ad diuina ſuſcipiẽda: & mente tractemus, quæ in terra Chriſtus pro nobis perfecit: ſine dubio in mentib. noſtris maximo cũ fructu ea aguntur, quæ in terris per ipſum aliquando ſunt acta

Cum veritate eorũ, ꝙ diximus, ſtat ẽt veritas alia, non ad oẽs hos diuinos effectus ꝓuenire, nec oẽs tantis frui bonis: ſicut ẽt cum hæc myſteria peracta ſunt
B in terris ꝑ Chriſtum, non oĩbus profuerunt, qa omne agens agit in patiente diſpoſito. Vnde qdam fatebuntur in iudi-
Sap. 5. cio Sap. 5. Sol iuſtitię nõ ortus eſt nobis. Oĩs ergo, qui peccato delectatus reſipiſcere renuit, his oĩbus bonis ſe priuat. Licèt n. ad oẽs miſericordia Dei extendatur, ẽt ad peccatores, quibus oſtendit ingratitudinem tanto benefactori, ex quibus quidã pnĩam agunt, ad quos nõ exiguus horum feſtorum fructus venit, cũ mel in ore leonis, quem occiderant inueniunt loco ſupplicij, qđ illi merebantur: ſed alij qui in peccato manere volũt, nõ ꝓficiũt his feſtis, imò plus deficiũt. Eccl.
Eccl. 8 8. Non erit bonũ impio, qa eorum maior redditur ingratitudo, dum ſe ingratos exhibent ei, cui magis, ac magis vidẽt
C ſe obſtrictos beneficijs. Et experientia oſtẽdit hos in nullo his diebus meliores factos imo proficere in peius, maiora his diebus perpetrãres peccata. O miſeri, ſic ſuſcipitis Chriſtum venientem? Hũc, ex eius aduentu fructum colligitis? Hæc re-
Simile penditis beneficijs eius? Intras vicini domum, videſq; eum ſub pedibus atterere hoĩem, pugniſq; eum percutere, & calcibus, peneque illum extinguere. Interrogas, quæ tantæ iræ cauſa fuit. Reſpondit ille: Hoc tot numerantur anni cum ego in difficili bello eſſem inimicis circundatus, nec ullo modo eſſet mihi effugium, ſed oĩno moriendũ mihi erat, hic ꝑ medios intrans hoſtes, licet multis vulneri- A
bus ꝓ me liberando cõfeſſus, eripuit me de manibus inimicorũ, vitæq; reſtituit. Et in huius memoriã vnoquoque anno, eo die, quo id mihi p̃ſtitit beneficiũ, ego rependo ei alapas, calces, ictus, verbera. An nõ tibi ingratiſſimus, infeſtiſſimuſq; hic appareret? Simile uerò facinus te per agere cõſidera, ꝙ his feſtis, luxuriæ, ludo, ebrietatibus vacas. Audi Paul. Dicentẽ: Quantò magis q filium Dei conculcauerit, ſanguinẽ teſtamenti pollutũ duxerit.
Audi clamantẽ Chriſtum ꝑ Pſalmiſtam Heb. 10
ad patrẽ. Miſerere mei Deus, qm̃ concul- Pſ. 15.
cauit me hõ: tota die impugnans tribulauit me. Quã aliter nobis agendum ſit, rõ
maniſeſta cõuincit, & Paulus monet di- Ro. 13.
cens: Abijciamus opera tenebrarũ, & in-
duamur arma lucis, nõ in comeſſationi- B
bus, & ebrietatibus, nõ in cubilib. & im-
pudicitijs, ſed induimini Dñm noſtrũ Ie- Ma. 21
ſum Chriſtũ. Si tãto zelo inſequutus eſt Chriſtus tẽpli violatores dicens: auferte iſta hinc: quãto inſequeret̃ feſtorũ contẽptores? Propter hos dictum eſt: Neomenias ueſtras, & ſabbatha veſtra odiuit
aĩa mea: facta ſũt mihi moleſta, laboraui Eſa. 1.
ſuſtinẽs. Hi ſimiles ſunt Aſotij, q feſtũ ſe
ꝑ utãt arcæ agere, ſi iuxta Dagon eã collo- i. Re. 5.
cẽt, ſed eos dure cõtriuit Deus, & Dagõ deiecit. Sic hi Chriſtũ Dñm; & eius natale peccatis, vitijſq; adiũgũt. Suſcipe ergo Chriſtũ ueniẽtẽ, ac ſuſciperes, ſi p̃s ẽs eſſes eius natali. Lauamini, mũdi eſtote: auferte malũ cogitationum veſtrarum.
Agnoſcamus ergo miſericordiæ tem- Eſai. 1.
pus, quod pręmanibus eſt. Illud verò ad
eſſe oſtendit Lucas dicens. C

[Anno quintodecimo Imperij, &c.] Quibus verbis mõſtrat Iudæorũ regnũ penes extraneos iã eſſe, qđ ſignũ erat ad-
uẽtus Meſsiæ iuxta Iacob vaticiniũ. Sed Ge. 49.
ò miſera Synagoga, ꝙ nõ cognouiſti tp̃s viſitationis tuæ: elapſum tibi eſt miſericordiæ tp̃s, benignitatis annus, & in innumera incidiſti mala, eo ſed nõ cognoueris ſaluatorẽ tuũ. Sed caueamus nos
in ſimilẽ culpã incidamus. Audi Paulũ: 1. Co. 6
Fr̃es ecce nunc tp̃s acceptabile; ecce nũc dies ſalutis. Caue, ne te ꝑtereat hoc viſitationis tp̃s, ꝙ ſi elapſum fuerit, infinita

A te manẽt mala: hoc aũt dęmon maximè
Baſil. curat. Baſil. in homil. exhortatoria ad ba
ptiſmũ ait. Ad te dicit Dñs: Hodie ſi uo
cẽ eius audieritis, nolite obdurare corda
veſtra. Vt vero te dęmõ deludat, ait: Da
mihi hodiernũ diẽ, craſtinũ Deo dabis.
Idẽ cras dicet: & ſic te detinet, ut tps la-
Simile bat, & oĩno intereas. Vidi ego ait Baſil.
quis aſtutæ mirã artẽ. Videt aucupẽ ve-
nientẽ, dũ eſt cũ paruulis pullis in nido:
cumq; uideat pullos ob debilitatẽ prædę
expoſitos, qa non pñt uno volatu effuge
re, illa opponit ſeu aucupi, ut ſpẽ cõcipiat
facile illã capiendi, ut ille eã perſequatur
pullis relictis, cũq; appropinquat auceps
iterũ illa euolat, nec lõgè diſcedit, ut ſpẽ
B nõ deijciat auceps illã capiendi. Et ſic eũ
detinet, ac deludit, donec uidet pullos
ſuos iã lõgè abſceſſiſſe, licèt tenero uola-
tu, qm illis locus relictus eſt ab aucupe,
dũ matrẽ inſequtur. Et cũ pullos ſecuros
oĩno credit: tũc illa ĩ altũ volãs oĩno elõ-
gat, & deluſo aucupe ridet, qđ nec illã cæ
perit, neq; pullos. Simile dęmõ agir, qui
eſt ſerpens callidior cunctis aĩantib. ter-
ræ. Vt te deludat, detinet te, morari te fa
cit in pctõ ſpe falſa lõgi tpis futuri, quaſi
in manu tua ſint tpa, q̃ pr̃ poſuit in ſua
ptãte, ut pœnitẽtiã pdideris in æternũ do-
leas. Sed interim mirãdum maximè, q̃ fa
cile iacturã tpis faciamus, ac ſi tps nihil
eſſet æſtimãdũ, cũ tñ ſit immẽſi valoris.
Tunc.n. ptioſiſſima res eſſe cenſet, cũ pa
rũ illius tantundẽ valeat, quãtum multũ
alterius. Ideo ptioſum aurũ, qa eius par-
C ua q̃titate aliorũ maximã emere poſſu-
mus. Vide q̃to pretio tps ſit habẽdũ. vno
tpis inſtanti, ſi bene eo vti noueris, cęlũ,
Ma.27 & uitã æternã mercari potes. Quantum
una hora tpis ſit ęſtimãda, interroga à la
trone, q ea lucratus eſt cęlum. Interroga
mõ à dãnato, quanti æſtimaret horã unã,
q̃ ei mõ concederet, in qua infinitas poſ-
ſet euadere pęnas. Tu verò contẽnis, &
Simile pdis quaſi ſtercus eſſet vile. Qui ſtercus
domi retinet, conſiderat, quos tãlẽ illud
tranſportari poſſit, qa domi impedimen
to eſt. Sic conſiderare ſoles, qualiter tps
trãſiges, quo hoc veſperi, uel hoc die
ibis, ut tps cõſumas, quaſi nihil eſſet. O
q̃ tremẽdo iudicio à nobis exigẽda rõ eſt
deperditi tpi, in quo tm̃ aĩabus noſtris A
lucrari poſſumus: Sic tps aduolandũ in
noſtri dãnationem aſſerit Ierem. dicens: Thrē.1
Vocauit aduerſum me tps. Et rõ eſt illa, Pſ.118
q̃ Pſ. explicat dicens: Tps faciẽdi Dñe,
diſſipauerunt legẽ tuã. Ideſt, tps, qđ ad fa
ciendũ, ad laborandũ in Dei uinea datũ
nobis eſt, in eo nõ ſolũ id nõ pſtiterunt
impij, ſed eo in ſuperbiã uſi diſſipauerũt
legẽ tuã, dedit ei Deus locũ pniæ, & ipſe
abutitur eo in ſuperbiã. Aliqñ ergo Deus Iob.24
ſibi ſumet tps, ut tuum iam non ſit, ſed Pſ. 74.
Dei. Pſ. Cum accepero tempus, ego iuſti-
tias iudicabo. Qũo iudicabuntur iniuſti-
tiæ, & tpis perditio, cùm & ipſæ iudican
dæ ſint iuſtitiæ? Fieri hoc Dñe Deus meus B
poteſt? Credibile ne eſt, ut aliquando de-
neges nobis horam temporis, qui ſan-
guinem non negaſti tuũ? Vtique hoc no
bis eueniet. Luc. 17. Venient dies, quan- Luc.17
do deſiderabitis videre unum diem filii
hominis, & nõ uidebitis. Interroga hoc
ab eo, quem Gregor. narrat clamaſſe ho Greg.
ra mortis inducias uſque mane, nec ta-
men ei conceſſæ fuerunt. Et Angelus in
Apoc. Intrauit per uirtutem in ſæcula ſę Apo.10
culorum, quia iam non erit tẽpus. Quid
inde nobis colligendum, ſi ſapienter col
ligimus, ſi ſyllogizamus prudẽter? Vtiq; adGal.
illud Pauli: Ergo dũ tps habemus, opere 6.
mur bonum. O optima conſequentia. Col.4.
Audi ſimilẽ: redimentes tps, qm̃ dies ma Simile
li ſunt. Sed qđ eſt redimere tps? Sicut ut
captiuũ redimas, das nũmos: ſic tps ac-
cipe aĩæ tuæ conueniens, licet opus ſit
emere, & redimere datis nummis. Licèt
ergo negotium aliqđ, vel cura tempora-
lium tibi relinquẽda ſit, quære primũ re-
gnũ Dei, & iuſtitiam eius. Secundo redi- C
me tps: tps.n. tibi datum, ut ſalutẽ aĩę cõ
ſequaris, quaſi captiuum eſt, dum in ne-
gotijs ſecularibus inſumitur. Redime er-
go illud, in ſpiritualibus illud rebus im-
pendẽs: qm̃ dies mali ſunt: ideſt, quia iu-
dicium finale, & mortem expectas, quã-
do uidebis, quãtũ tua interfuerit in ſpũa-
libus exercitijs illud conſumpſiſſe. Vel
dies mali ſunt, id eſt, dies vitę noſtræ ple-
ni ſunt dolorib. & occupationib. & ne-
gotijs ſæcularib. & ideò oportet tps redi-
mi, ab his ſubtrahi, ut aĩæ tuæ conſulas.
Duo

Digitized by Google

A Duo præcipua in hac re tibi conſide-
rāda ſunt. Primū bona, q̄ operatus es 40.
annis, & profectus aīæ tuæ, qui tanto an
norū ſpatio a te pcurſus eſt. Si ambulaſ-
ſes ſolicitus cum Deo tuo, vno anno hęc
oīa facere potuiſſes. Vno anno hāc oēm
viā potuiſti conficere, ergo 39. annos per
didiſti. Quam ergo tot annor. rōnem red
Simile des, qui rōnem redditurus es etiā de mini
mo verbo otioſo. Laborat operarius in
vinea, vel domo tua, & cōſiderās eius o-
pus, vide vna hora illud perfici potuiſſe,
vel vno dia. Ille vero aſſerit vnū annū in
hoc intēdiſſe. Quid illi eſſes dictur⁹? Hoc
profecto audis a Deo in ſimili cā. Scdm
valde in hac re conſiderandū eſt, q̄ occa-
ſionē è manib. tuis elabi permittis, conſi-
B dera huius Iudaicæ gentes opportunita-
tem, q̄ habuere, Chriſto præſente, eisq; p̄-
dicante: qūo potuerunt tā facile bona ſpi
ritualia, & æterna acquirere, iudicē ami-
cū reddere, officiis obligare, & ſpreuerūt.
In ſimili te uerſari cā cognoſce. Ad ia-
nuas cordis tui pulſat modo Xp̄s ad por
tas domus tuæ iacet in pauperibus. O ſi
cognouiſſes tp̄s uiſitationis tuę. Sic dicet
in iudicio: Hoſpes erā, & non collegiſtis
me. O tp̄s opportunum, dies ſalutis. Stat
Simile rex ad ianuas domus tuæ, non agnoſcis,
non aperis. O q̄tum poſtea dolebis, cum
illud noueris, & opportunitatē tantam à
te amiſſam intellexeris. Veniēt ergo dies
in quib. deſiderabitis vnū diē filij hoīs, et
nō dabit' uobis. Ideo modo agnoſce tp̄s,
C vtere eo, ne tibi dicat', q̄ Iudæorum popu
Iere.8. lo dicit Iere. 8. Miluus in cœlo cognouit
tp̄s ſuū, turtur, hirundo, & ciconia, cuſto
dierūt tp̄s aduētus ſui: populus uero me⁹
non cognouit iudiciū dn̄i. Hoc ergo mīæ
tpe, & opportunè uenit Ioannes in oēm
regionē Iordanis p̄dicans baptiſmum pę
nitētiæ. Propter pn̄iam a Ioanne prędica
Soto. tā, ait Soto in 4. d. 14. q. 2. art. 2. dictū eſſe
Mat.11 a Chriſto dn̄o Matth. 11. A dieb. Ioannis
Baptiſtæ regnū cælorū uim patit'. Qd pp
pn̄iam dicit, a qua Ioannes cępit prędica-
tionē. Nā reliquæ virtutes p uiā regiā cū
Dei auxilio per adimpletionē mandato-
rum regnum aperiunt, ſed pn̄iam, qua in
momento pc̄tā dimittuntur, repēte facit
ex hoſte filium, & hæredē. Baptiſmus iſtę
pn̄iæ, uel erat Ioānis baptiſmus licet gra A
tiam non daret, uel erat Xp̄i baptiſmus,
quē Ioannes prędicabat, qui gratiam cō-
fert. Vnde Gre. quia baptiſmum, q̄ pecca Greg.
ta ſolueret, dare non poterat, prędicauit
ſaltē, dicēs: ille uos baptizabit in Sp̄ū Sā-
cto, & igne. Conueniēter vero Deo mun
dum intrante pn̄ia prædicatur, ut expul-
ſo uno contrario, regno, ſ. peccati, regnū Eſa. 57
Dei ſubintraret. Eſ. 57. Hæc dicit dn̄s ex
celſus, & ſublimis habitās, æternū & ſan
ctum nomen eius, in excelſo, & in ſācto
habitans, & cum contrito, & humili ſpi-
ritu, ut uiuificet ſpūm humilium, & uiui
ficet cor cōtritorū. Sic etiam Xp̄s, & oēs
Apoſtoli prædicant. Pn̄iam agite, appro-
pinquauit. n. regnum cęlorum. Deo adue
niente, & præſente cōtinuo indicit' pn̄ia.
Vide hoc in Iob. Nunc aūt oculus meus B
videt te, idcirco ego me reprehendo, & Iob 24
ego pn̄iam in fauilla, & cinere. Et Eſ. vę
michi, qa tacui, & uir pollutus labiis ego Eſa. 6.
ſum. Me uero pollutum agnoſco, quia rē-
gē dn̄m exercituum uidi oculis meis, qui
. n. uidet Deum, continuo agnoſcit defe-
ctus ſuos, & pn̄iam agit. Et nēceſſ prę cla
ra diſpoſitio, ut Deus in anima ſuſcipiat'.
Si. n. anima corā Deo ſuo poſita ſe fœda
tā, turpemq; conſpiceret, prę verecundia
id ferre non poſſet. Et ſi aīę in purgato-
rio igne ardēti daretur electio, ut uſq; ad
mundi finē ibi arderet, uel cōtinuo in cę
lū euolaret, & uno peccato ueniali inqui
nata corā Deo appareret, pręeligeret ar- Simile
dere, uſq; in mundi finē, ut purgata, & to
ta pulchra tandē in Dei cōſpectum veni- C
ret, ſicut ſponſa, q̄ mox oculi ſponſi obij-
cienda eſt, ut illi pulcherrima, amabiliſq;
ſit. Et ſi difficillimo aſperoque remedio
poſſet fœditatem tollere, tolleret. Si ergo
Deo tuo vis tota pulchra, decoraque ni-
mis eſſe, perfice in te illud Eſaię: Lauā-
mini, mundi eſtote. Pœnitentia te ablue,
quæ eſt fons patens domui Dauid in ab-
lutionem peccatoris. Si. n. coram Aſſue-
ro nullus apparet in ueſtem vili, quomo-
do coram Deo in uiliſſimis, & pannoſis Heſt. 6
veſtibus apparebis? Ideo ſuſcepturi Deū, Pſalm.
qui diligitis eum odite malum, & a uo-
bis per pęnitentiam abijcite, ſic. n. eum
conuenienter ſuſcipietis.

Sed

A Sed qa ſatis nõ putat homo Regem ſuſcepturus hoſpitio, ſi domũ mundet, niſi ẽt ornet ornanda etiã domus nr̃a eſt pijs operib. virtutumq; ornamentis. Sed inq ris. Qũo paup domũ ſuã ornabit, vt Regẽ hoſpitio ſuſcipiat? Qũo homo animã ſuã ſic exornare põt, vt infiniti Dei ſit apta domus? R n̄det, q̃ hẽs ornaměta, ppara, & vt potes domũ ornamentã: reliquũ

Simile vero qđ tibi deeſt, nec a te pſtare potes, Deus ſecus adducet. Sicut.n. Rex quacũque excipiat domo, vel ẽt ornatiſſima, ipſe tñ ſecum deſert lectũ, & plura alia ad regium cultum ptinẽtia: ita q̃libet tu orneris, vt Deus ſuſcipias, cum mentis tuæ domũ ille intrat, ornamẽtã ſecum ducit cęleſtia, vt digna ſit ei domus. Sic legimus

B de Iudith 10. quæ ſe mirè compoſuit, vt

Iud. 10 placeret Holoferni: ſed quia eius ornatus ſatis non erat, addidit ei Deus ſplendorem, & decorem.

Orna ergo p te virib. tuis, Deus nãq; tuus in mentẽ tuã veniens conferet præ-

Simile cipuum decorẽ, ut ei placeas. Sicut.n. formæ ſubſtantiales materias informantes ſuas, ſecum ducũt ultimas diſpoſitiones ad eum modum te Deus diſponet gratijs ſuis. Et ſicut virgines intraturæ ad Aſſue

Hester rum vltra cultum muliebrem, quẽ ex do

2. mo propria q̃uis ſecum ducebat, ex triclinio Aſſueri iterum ornabantur, vnde qđ qđ ad ornatum pertinens petebant, accipiebant: ſic ex Dei triclinio ornabit̃ aĩa tua, vt digne eum ſuſcipere poſſis. Pul-

C cherrimam, & appoſitiſſimã domũ Dño

2.Pa.3 pparaſſe putau't Salomon. Sed qa adhuc tanto Deo parũ hoc erat, impleuit eã nube, & gloria Dñi: & ſic fuit Deo digna domus. Vide ergo, q̃ tu facere potes, & illa pſta, aderit tibi Deus reliqua adijciẽs.

Sed ais? Qũo parabo domum mentis

Simile cipuum decorẽ, ut ei placeas. Sicut. n. formæ ſubſtantiales materias informantes ſuas, ſecum ducũt ultimas diſpoſitiones ad eum modum te Deus diſponet gratijs ſuis. Et ſicut virgines intraturæ ad Aſſue-
Heſter 2. rum vltra cultum muliebrem, quẽ ex domo propria quis ſecum ducebat, ex triclinio Aſſueri iterum ornabantur, vnde qd qd ad ornatum pertinens petebant, accipiebant: ſic ex Dei triclinio ornabiť aĩa tua, vt digne eum ſuſcipere poſſis. Pul-
C cherrimam, & appoſitiſſimã domũ Dño
2. Pa. 3 ꝑparaſſe putauit Salomon. Sed qa adhuc tanto Deo parũ hoc erat, impleuit eã nube, & gloria Dñi: & ſic fuit Deo digna domus. Vide ergo, q̃ tu facere potes, & illa ꝑſta, aderit tibi Deus reliqua adijciẽs.

Sed ais? Qũo parabo domum mentis
Nu. 11 meæ? Num. 11. Vt Coturnicũ cõuiuium ꝑbeat Iſrael, ꝑcipit, ſanctificamini. Hoc
Nu. 10 idẽ nunc Ioãnes clamat. Sicut. n. Nu. 10. duę tubę argenteę factę ſunt, vt vocarent ad bellum, & conuiuium. Sic grãdis hæc tuba Ioãnes uocat nos hodie in cõuiuiũ cęleſte. Sed qua ꝑparatione? Ierem. rñdet
Ier. 31. 31. Sume tibi ſpeculũ. pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in uiã rectã. Primo ergo ſume tibi ſpeculum. i. primum oĩum ſpeculatorẽ te oportet eſſe, & editum lo- A
cũ ad hoc elige tibi, vt inde ſpeculari poſſis, vt cõtẽpleris immẽſi magnitudinẽ be- Eſa. 5.
neficij, ne forte tibi dicatur, opus dñi nõ Simile
aſpicitis, nec opera manuum eius cõſideratis. Sed forte interrogas: Qũo hoc perficiã? Attende. Venit ex remotiſſima regione amãtiſſimus tibi: continuo ad eũ uiſẽdum te cõfers, & plura ab eo interrogas: Quã lõgã ſuſceperit uiã: qũo ſe hẽat poſt tã longum iter: cuius cã illud ſuſceperit: qd impulerit, vt tãto ſe labori committeret: An non hęc oĩa ab amico ꝑquireres? Id ipſum ꝑſta cum Deo è cęlo in terrã veniente. Amicus tuus eſt: inuiſe illum, interroga, cuius cauſa è cælo in terrã venerit: q̃ in terra negotia ei perficiẽda, & cu- B
ius illa negotia, cuius amor eũ huc duxerit. Si hæc oĩa interrogas, putas ne nõ rñdebit tibi? Verbum eſt, licet infans, verba negare non põt, dicet tibi. Tui cauſa hoc iter ſuſcepi: pp amorem in te immenſum negotia tua pacturus uenio. Qui pp nos hoĩes, & pp nr̃am ſalutẽ deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto, ex Maria Virgine, & homo factus eſt, non pp ſe, ſed pp nos. Si hæc attentè audis, & Eſa. 64
cõſideras, ſine dubio ardebis tanta charitate Dei tui inſpecta, implebiturq; in te illud Eſa. 64. Vtinã diſrumperes cęlos, & deſcẽderes, & aquę arderent igni. Primũ ergo ſume tibi hanc ſpeculã. Scđm addit Ierem. Pone tibi amaritudines. Hoc eſt, qđ ꝑdicat Ioãnes baptiſmum pniæ, & fa- C
cere fructus pniæ dignos, q amari eſſe debẽt. Si. n. delectatus es Deum offendens, amaricandus es, vt eum placet, & quo plus delectatus fuiſti in peccatis, es plus accepturus tormenti, & luctus. Quãtum glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tm̃ dare Ap. 18.
eijtormentum, & luctus. Vnde Gregor. Greg.
homil. hodierni Euangelij, notãdum ait, ꝙ nõ ſolum fructus pniæ, ſed dignos pœnitentiæ admonet eſſe faciendos. Quia q̃ſquis illicita nulla cõmiſit, huic iure cõceditur, ut licitis utatur, ſuaque pietatis opera faciat, vt tamen ſi uoluerit ea, quæ mundi ſunt, non relinquat. At qui illicita admiſit tanto a ſe licita debet abſcindere, quanto ſe meminit, & illicita ꝑpetraſſe. Nec enim par fructus boni operis

A ris dēt eſſe eius, qui minus, & eius, q amplius deliquit. Per hoc ergo, ꝙ d cit. Facite fructus dignos pniæ uniuſcuiuſq; conſcientia conuenitur, ut tanto maiora acquirat bonorum operum lucra per pœnitentiam, quanto grauiora ſit intulit damna per culpam. Hæc Gregorius.

Tertium addit Hieremias: Dirige cor
Hiero. tuū in viā rectā. Quæ verba Hiero. teſte. 70. verterunt. Sume cor tuū, & da ſuper humeros tuos. Quid ergo eſt, ſup humeros ponere cor: Qd magni pōderis eſt ſuper humeros ponis. Deſideria bona, nec oneri, nec pōderi ſunt, ſed executio eorū, cum opere complentur, hoc pondus eſt, onus eſt. Da ergo cor ſup humeros, i. cōple opere oīa bona tua deſideria, licet ibi
B ſint pōderi. Hæc Hier. ſuper illum locū. Hoc prædicat Ioannes. Parate viā dñi, rectas facite ſemitas eius. Quid n. deſideria proſunt, q̄ opere non implentur, cum perfici pñt? Num putas ppea dicendum te virum deſideriorū, ut Dan. dr̄: Abſit! Nec. n. fidendum tibi eſt in his, quæ deſi deras, ſed ī his, quæ opere impleuiſti. Cogitauerat Deus cogitationes pacis, quas modo opere complet. cogitaſti tu cogitationes bonas, eas modo opere pſta. Vbi
Pro. 30 nos legimus. Prou. 30. Digiti eius apprehenderunt fuſum, alij legunt, innixa eſt ſuper fuſum. Super qūo pōt mulier fuſo inniti. An non ad hoc opus melius deſeruiret colus. Neutiq̄, quia in hac illud eſt, ꝙ elaboratum nō eſt, in fuſo uerò eſt, ꝙ elaboratum eſt, iamq; factū utile filū eſt. Non. n inniti debes, nec fidere, in his, q̄ non egiſti, dicens. Poſtea pniam agam,
C in teſtamento reſtituam, ſed in his potius, quæ a te iam peracta ſunt.

Ma. 23 Vox clamantis in deſerto.] Sed ī quo deſerto clamat. Vtiq; peccator deſertum eſt, eſt. n. ſine Deo. Ecce relinquet domus veſtra deſerta, quia ego recedā, & abibo. Aīa peccatoris quaſi eremus, bonum ſemen non recipit diuini uerbi, nec ararrū patitur, quo durities cordis eius auferat, & ſic deſertum eſt aliud, non germinās quam ſpinas, & tribulos. Per agrum ſtulti tranſiui, & ecce totū repleuerāt ſpinæ,
Pro. 4. quia plenus malis deſideris, operib. &c.

Præterea, ſicut in deſerto ſunt uenenata, & fera aīalia, ſic d impij aīa dr̄ Iſa. A
34. Deſolabitur in ſęcula ſæculorum, nō Eſa. 34
erit tranſiens per eam, & poſſidebunt eā onocrotalus, & ericius, & ibis, & coruus habitabunt in ea. Et orient in domibus eius ſpinæ, & vrticæ, & paliurus, & erit cubile draconum, & paſcua ſtruthionū. Occurrent dæmonia, onocentaurus, & piloſus clamabit alter ad alterum, quia vnum peccatū alterum poſt ſe trahit. Si Simile
cut in deſerto, ſi aliqui naſcūtur fructus, ſunt inſipidi, & agreſtes ad mādūcandū non apti, talia peccatorū opera ēt bona, inutilia opera eorū, quia nullius meriti, hoc profecto mirum, ꝙ cū oēs horreant deſertū huius mundi, Deus tñ non horret, ſed ſp ī eo clamat. Elōgaris tu a Deo, Deus uerò elōgari nō vult, ſed ad te vociferatur. Tu cum fugis, ille te quærit, & cū ille ſit a te maximè offenſus, ea q̄ pa- B
cis ſunt, rogat, & hoc clamore grandi.

Sapientia foris clamitat, in plateis dat Sap. 1.
vocem ſuam. Vſquequo paruuli diligitis infantiam? Attende, ꝙ quotidie Dei uoces audis clamātis ad te, ut in eius redeas amicitiam, & Dei in te. Summam dignationem mirare. Non. n. viſus eſt, in terra rex, qui a miniſtro deſpectus eius cōtempta amicitia, ille tñ ſequatur illū magna voce, & clamore rogās, ne deſerat, ne eiꝰ amicitium ſpernat. Hoc ergo, ꝙ nullus Simile
regum terræ vnq̄ fecit, rex ille æternus tibi pręſtat. Sed inquiris, q̄ ſint hæ uoces, quibus ad me clamat? Multæ utique.

Primo beneficijs naturalibus, quib. te cumulat, ut ſaltem carbones congerens ſuper caput tuum te vincat. Dignus eras ęterno ſupplicio, recipis verò a Deo ſub- C
ſtantiā, honorem, uitam, ut dicas. Loco iræ, q̄ merui, innumera bona a Deo accipio. O q̄ bonus, & ſuauis eſt ſpiritus tuꝰ Sap. 15
in oibus, & ideo eos, qui exerrant, corripis, & admones, ut relicta malitia ad te cōuertantur. Sed multi ſurdi his uocib. ſunt, quos arguit Hier. 5. Populo autem Hier. 5
huic factum eſt cor incredulum, & exaſperans, receſſerunt, & abierunt, & non dixerunt in corde ſuo, metuamus dominum Deum noſtrum, qui dat nobis pluuiā temporaneam, & ſerotinam in tpe ſuo, plenitudinem annuæ meſſis cuſto-

dientem

Digitized by Google

A dientē nobis. Qua in re duriores ſumus, & ferociores tygrib. & leonibus, qui eũ ſequuntur, & ei obtemperant, a quo paſcuntur, tu uero quo plura a Deo quotidie recipis, eo durior, & inſolentior, verè ſurdus es, qui uoces tantas non audis. Clamat.n. hoc cœlũ, clamat omnis creatura. En ego tibi inſeruio, Deo iubente, vt tu Deo obtemperes. Quomodo tot vocibus non moueris?

Ma.10 Loquitur ſcđò Deus, & clamat in p̄dicatoribus. Nō.n. uos eſtis, q̃ loq̃mini, ſed ſpiritus p̄ris ueſtri, qui loquitur in uobis.
Theſ.2 Hinc Paulus, Gratias agimus Deo, quia cum accepiſſetis a nobis uerbum auditus Dei, non accepiſtis illud, ut verbum hominum, ſed ſicut uerè eſt uerbũ Dei. Et
Pſa.41 ſic abyſſus abyſſum inuocat ĩ uoce cataractarũ tuarũ. Abyſſus miſę abyſſum miſeriæ in uoce prædicantium, qui nubes
B ſunt in alto Eccleſiæ cōſtitutæ, ut doctrina ſua Eccleſiam irrigent. Cōcreſcat in pluuiam doctrina mea. Hac uoce mundus
Ro.10. conuerſus eſt, ergo fides ex auditu, auditus aũt per verbum Chriſti. Cuius vocis tanta antiquitus auditus fuit, vt ſe
Eſa.2. inuicem prouocarent dicentes; Venite,
Pſ.118. aſcendamus ad montē domini, & ad domũ Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas. Quam dulcia faucib. meis eloquia tua ſuper mel ori meo. Sed iam diſpicitur vox hæc, eamque peccatores fugiunt.

Huiuſmodi uox Ioannis fuit: de qua
Pſa.28 Pſ.28. Vox dñi ſuper aquas munitas, Deus maieſtatis intonuit, quia iuxta Iordanem Ioannes prædicauit, uox domini in virtute, uox dñi in magnificētia, vox domini præparantis ceruos ad curſum viæ
C rectæ, & reuelabit condenſa, i. opaca, digito demōſtrans Deum, ſ. in humanitate incluſum. Antequam homo peccaret, non clamauit Deus, ſed loquebat̃, dicēs, Fiat lux, &c. Sed poſt peccatũ ſtatim clamat ad Adam, dicēs. Vbi es? Et mō uox
Gen.3. clamantis, & ipſe ēt hæc dicens clamabat, oq̃a perditum ſemen dicebat.

Grande malum peccatum eſt, quod Deum clamare compellit. Elongatus eſt a Deo peccator, clamat ergo Deus, quaſi a longinquo vocās, accedamus ergo ſupplices, &c.

In vigilia Natiuitatis Domini. A

Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Matth. 1.

HAbitauit Deus inter homines in vmbra legis ſcriptæ triplici inhabitaculo. Primo in tabernaculis, & tentorijs. Tertiò in magnifico illo Salomonis templo. Sed inter hæc interceſſit parum temporis, in quo habitauit in regia Dauid. 1. Cor. 10. Omnia in figura cōtin- 1.Co.10
gebant illis, ait Paul. Significatum ergo eſt primum Deum inter homines habitaſſe in tabernaculis, ideſt, in Prophetis, & figuris legis. Et ſicut domo ædificata tentorium deſeritur, ſic dicitur Eſa. 1. re- Eſa. 1.
linquetur filia Sion, ſicut vmbraculũ in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario. Poſtea uerò inter hoīes habitauit in magnifico illo tēplo corporis ſui, de quo B
ait. Soluite templum hoc. Ioan. 12. Inter Io. 12.
hæc tempora fuit aliud fæliciſſimdm, ei maximè, cui tanta erat ſeruata fælicitas, in quo habitauit in regia Dauid, ideſt in Virginis ſanctiſſimæ uiſceribus, quod tempus his diebus celebramus. Eſt hodie lætiſſima Maria ſimilis auroræ iamiam pariturae Solem, nec vllo grauatur dolore, quia licet pariat filium, ſed talem, qui verbum eſt patris. Vnde Conci- Concil.
lium Epheſinum ait. Sicut uerbum ab Epheſ.
intellectu producitur ſine corruptione, & dolore, imo maxima ſui perfectione, & integritate, ſic peperit Maria verbum patris. Ad eam accedamus, &c.

Hodierna die lætiſſimum uobis nuncium damus, quia mane videbitis gloriã domini. De quo nuncio, in figura ſcriptũ eſt 4. Regum. 7. Hæc dies boni nuncij 4.Re.7
eſt, ſi tacuerimus, ſceleris arguemur. Sed C
quæ dies hæc. De ea dixit Eliſeus. Hæc dicit dominus in tempore hoc. Cras modius ſimile vno ſtatere erit, & duo modij hordei ſtatere uno in porta Samariæ. Cras enim uenit ad nos panis de cœlo viuus ad Bethlehem domum panis, ut famelicum mundum ſatiet, repleatque bonis. Quis ſilebit, tam deſideratum, & præclarum nuncium? Quomodo tacebit lingua carnis Deum pro carne

Digitized by Google

A ne carnem factum. Et ſi nobiſcum Deus factus Emanuel noſter, quid iã nobis deſiderari põt? Quid ei deficere põt, cuius Deus eſt? Tantæ in hoc nobis diuitię, tanta bona ſunt: vt ſi Angeli nos zelare, nobiſq; poſſent inuidere. De hac ſolſi re, zelo, inuidiaq; monerentur. Et Bernar. & alij dicũt hanc fuiſſe Luciferi inuidiam, qua affectus eſt, quia reuelatione diuina intelligẽs Deum naturam creatã aſſumpturum in ſuppoſiti unitate, induturũq; veſtem peregrinã, voluit eum indui. Angelico ſerico, non humana ueſte uili, & pannoſa, cum tñ nuſquam Angelos apprehenderit, ſed ſemen Abrahæ, videſq; ſe humiliandum hoĩ illi, eumq; adoraturum (qm̃ Pater ait. Heb. 1. Et adorent eũ oẽs Angeli eius) noluit ei humiliari: inuiditq; tantam humanæ naturę fęlicitatẽ, & Deus, qui humilia reſpicit in cœlo, & in terra, eum cœlo, vt fulgur deiecit. Hoc ergo nuncium hoĩbus præclarum, quod per antonomaſiam dr̃ Euangeliũ, i. bonum nuncium, ſi tacuerimus, ait, ſceleris arguemur. Sed alia ex parte audaciæ ſingularis, ac temeritatis eſſe ur̃ de tanta re loqui. Pſ. 86. Nunquid Sion dicet, homo, & homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam Altiſſimus? Ibi Sion eſt in datiuo, vt oſtendit litera, a met, illi adiuncta, qui eſt articulus datiui caſus. Vnde Hiero. verti t. Nunquid ad Sion dicet homo. Dicit ergo. Pſ. Nunquid homo aliquis audebit dicere ad Sion tale nuncium, quale eſt. C quod Altiſſimus, qui eam fundauit, naſcet in ea homo factus? Et impoſſibile putans hoiẽm tale dare nuncium ecclę, ait dñs. Narrauit in ſcripturis populorũ, & principũ horũ, qui fuerũt in ea, i. Deus ipſe hoc nunciũ dedit in ſcripturis ſanctis.

Bern.
Heb. 2
Heb. 1
B
Pſ. 137
Pſ. 83.
Hier.
Can. 8.

Fuit hoc nuncium mundo oĩbus votis deſideratiſſimũ, ſicut captiuis redemptio, infirmis ſalus. Vnde loqtur eccleſia Cant. 8. Quis det fratrem meum ſuggentem ubera ma tris meæ, ut inueniã te foris, & deu ſculer te, & iam nemo me deſpiciat? O quis det te Deum meum fieri fratrẽ meũ, ut ſis primogenitus in multis fratribus. An parum tibi ur̃ fratrem te Regis fieri. Quid quod frater Dei ſis? Quis ergo te uideat fratrem meum ſuggentem Virgines vbera? Nemo tunc me deſpiceret. Cum. n. omnis creatura adoret, & genufle ctat humanitati Chriſti, quis nos deſpiciet? Non pater, qui vos videt fiiij fratres, nec filius, qui dicit. Vade ad fratres meos? Nõ Angeli, qui licet ante ſe adorari ab oĩbus permitterent, ſed ex quo Deus factus homo eſt, dñt: Noli me adorare, conſeruus tuus ſum.

A

Hoc idem erat deſiderium Dauid ſũmis vocis petentis. O quis mihi daret aquam de ciſterna, quæ eſt in Bethlehem. Hanc. n. deſiderabat aquam, quę a Chriſto fonte patente domui Dauid colligitur, quam quia a ducib. non accepit, quã attulerant, non bibit: Videns Iob 9. Vitę ſuę terminũ appropinquare, nec tamen ab eo uideri hoc eximium bonum, ait: Dies mei uelociores fuerunt curſore: fugerunt, & non uiderunt bonum, pertranſierunt, quaſi naues poma portãtes. Operit uultus noſtros cõfuſio, ſi conſideremus, q̃ta dulcedine, quo deſiderio ſancti loquuti ſunt de diebus, quibus nõ fruimur, quos tamen nil curamus.

Ap. 19
3. Reg. 23.
Iob 9.
B

O (ait Iob) ſi tam fœlix forem ego, vt viderem deſiderium mundi. Sed fugerũt dies mei, & non viderunt bonum. Fuerunt, vt naues poma portantes, quæ fructum deferunt, quem non guſtãt, ſolum odore fructus flagrant. Quibus ſimiles fuere Prophetæ, qui nuntiarunt mundo Chriſtum: Sed eum nõ viderunt, ſolum odorem eius ſenſerunt. De quo Iſaac ad Iacob, in quo Chriſtum abſoluit: Ecce odor agri pleni, cui benedixit dñs. Attigit eius nares Chriſti odor, qui fuit ager plenus gratiis, de cuius plenitudine oẽs accepimus. Hebr. 11. Iuxta fidem defuncti ſunt oẽs, nõ acceptis repromiſſionibus, ſed a longe eas aſpicientes, & ſalutantes, Similes facti nauigantibus, qui per dies multos terram non vident, eam aũt maximè expetunt, cumq; ad malum cõſcendentes eam a longe vident, ſalutant eam etiã capite detecto. Et hac de cã tam ſolicite patres curarunt ſepeliri in terra Iſrael, vt qui videre Chriſtum non poterant, ſaltem ab eo calcarentur. Sic Paul. fide Ioſeph mandauit de oſſib. ſuis, idest, fide Chriſti in terram illam vẽturi. Hoc

Ge. 17.
C
He. 11.
He. 11.

nuncio,

A nuncio, & hac ſpe conſolatus eſt Deus
mundum annis multis, vt deſperatione
non rueret. Hoc primum Adæ reuela-
uit, ne omnino deſperaret. Cum enim
ille ſummo ſuo ingenio eſſet,& conſide-
raret bona, quæ amiſerat, mala, in quæ
inciderat,& quæ in vniuerſum genus ho
minum immiſerat, an non animo cade-
ret? Sed Deus dum etiam ſe iratum illi
oſtendit, & contra eum ſententiam tu-
lit,ſimul mali remedium ei manifeſtauit
dicens;ſemen mulieris futurum,ꝙ noxij
ſeminis caput contereret, illumque, &
eius poſteritatem a dæmonis erueret po-
Simile teſtare. Ad eumque modus ſe Deus cum
eo habuit, ac ſe habet pater cum vnigeni
to filio,cui iratus,aliquãdo eſt, ei malum
B precatur, de domo eijcit, non ſe eum vi-
ſurum promittit, de eo audire non vult.
Sed inter hanc omnem iram, ac indigna
tionem cubiculo incluſus ſuo, teſtamen-
tum conficit,in quo primum filium vni-
uerſorum bonorum hæredem inſtituit.
Conſidera Deum Adæ iratum eum è pa
radiſo eijcientem, maledicentem terræ
eius, eique minantem. Conſidera ſimul
Gen.3. in ueteri illo teſtamento,quod manu ſua
tunc conficit Deus,quomodo eum hære-
dem omnium inſtituat, infinita promit-
tat bona. Primo dat illi tunicam pelli-
ceam, vt eius nuditas operiatur. Quid
domine curas eius nuditatem, quem ini-
micum appellas? Quid mirum. Pater eſt
& quaſi filium Adam curat, & in ea ve-
C ſte figurata eſt veſtis,quæ nuditatem no-
ſtram erat opertura, de qua Paulus. In-
duimini dominũ noſtrum Ieſum Xp̃m.
Ro.3. Deinde ad eũ loquitur ironia, ſed my-
ſterijs plena. Ecce Adam, quaſi vnus ex
nobis factus eſt, ſignificans vnam ex di-
uinis perſonis,aliquando veſtiẽdam eſſe
ſimili veſte,qua Adam indutus erat. Po
ſtea in ſerpentis maledictione manifeſtè
oſtendit futurum ſemen ipſi Adæ, quod
caput ſerpentis contereret, hoĩemq; eri-
peret de eius ꝑtãte. En ergo Deum nunc
maledicentẽ Adamũ,quaſi inimicum:cõ
tinuò verò tanq̃ patrem eum curantem,
ac bona omnia promittentem.
Gen.8 Idipſum etiam Noe oſtendit in arcu,
Ioã.10 Abrahæ manifeſtè reuelauit,qui ideo di-
citur Chriſti diẽ vidiſſe. Moyſi apertius A
dictum eſt, & ſic omnibus id Prophetis
reuelatum, qui mundo illud prædicaue-
runt. Omnes Prophetæ annunciaue-
runt dies iſtos, & propter myſterii huius
apertiorem in dies cognitionem dicitur
Cantic. 6. Quæ eſt iſta, quæ progreditur
quaſi aurora conſurgens,pulchra vt Lu-
na,electa vt Sol? Quibus verbis triplex
Eccleſiæ ſtatus oſtenditur,naturæ, legis,
gratiæ. Naturę ſtatus aurora dicitur, in
quo parum erat lucis, propter Solis di-
ſtantiam:ita tunc myſterium hoc obſcu-
rius reuelatum fuit. Lex Luna fuit clario
re luce hoc oſtendens myſterium. Hebr. He.11.
11. Fide Moyſes grandis factus, negauit
ſe filium filiæ Pharaonis, eligens magis B
affligi cum populo Dei, quam tempora-
lis peccati habere iucunditatem, maio-
res diuitias ęſtimans improperium Chri
ſti Theſauro Aegyptiorũ. Prophetis e-
tiam omnibus hoc myſterium clarius re
uelatum eſt,& per eos mundo annuncia
tum,ut cum ueniret in mundum, crede-
retur inter eos uſus, ad quos Luna, &
Stellæ in cęlo firmatæ ſunt ille prior eſt,
quod ſi exigua illa, ac temperata luce nõ
vteremur, procederemus ab obſcuriſſi-
ma nocte in lucidiſſimum diem, nec ſu-
ſtinere poſſemus Solis lumen, ut cum ex
maximis tenebris in lucidiſſ.mam proce
dis Solis lucem. Hac eadem ratione mũ
do per Prophetas annunciatus eſt Chri-
ſti aduentus, ut ueniens credibilis nobis
eſſet. Sed gratię tp̃s iam Sol eſt,oĩa iam C
manifeſta sũt. Pariet filium cras, quem
uocabis Ieſum. Quid hac luce clarius?
Vere electa,ut Sol, Eccleſia dicit.
Sed tanto,ac tã fęlici nobis proponitur
nuncio operępretiũ eſt, ut illud nos Deũ Iud.15
oremus,ꝙ Iud.13. orauit Manue dñm,
dicens. Obſecro dñe,ut vir Dei,quẽ miſi
ſti,ueniat iterũ, & doceat nos,qd debea-
mus facere de puero, qui naſciturus eſt.
Apparuerat Angelus dñi eius uxori, &
dixerat,quid faciẽdum eſſet de puero Sã
ſone,qui naſciturus erat. Non hoc con-
tentus eſt Manue,ſed petit, ut iterũ appa
reat, & iterum dicat. Quo oſtenditur,
quanta nos debet vrgere cura,& ſolicitu
do, quod agere debeamus cum puero,
qui

A qui modo nobis naſciturus eſt,& ut hoc doceremur, Angelus nobis eſſet optãdus maius.negotium hoc eſt, quã ꝗ Manue perurgebat. Vñ ad Chriſti natalem non vnus Angelus, ſed militia vl'i cœli deſcẽdit. Grãdis ergo res,& oĩno ſcitu digna. Luc. 2.

Sampſonẽ figurã Chriſti geſſiſſe, qui brachium eſt,& potentia patris, omnib. eſt manifeſtum. Sicut ille a Dalila,q̃ dilexit traditus eſt in mortẽ: ſic Xp̃s a Synagoga. Quid ergo faciendum puero huic,qui naſciturus eſt? Si de figura iãta habita cura eſt, de eo, ꝗ peam figuratũ eſt non habẽda maxima? His ſolũ orieť Chriſtus, qui hac ianxij cura ſe præparauerunt ad eius natiuitatẽ. Mala.4. Vobis timentibus nomen meum orietur ſol iuſtitiæ. Sed qua ratione ſolis iuſtis Chr̃s oritur, cum ipſe dicat. Qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos,& malos. Vtique

Mal.4.

Mat.5.

B hoc de materiali ſole accipiendum eſt, ſol enim iuſtitiæ ſolis timentibus Deum oritur. Infœlix hõ,cui Chriſtus non naſcitur,ſed aliquando dicturus eſt. Sol iuſtitiæ non ortus eſt nobis. Sap.5. Maledictio hæc impiorum eſt. Io.3. Expectet ſolem, & non videat,nec ortum ſurgentis auroræ. Qui.n.terrenis occupatus feſtis, & comeſſationibus his diebus vacans, hunc ſolẽ non conſiderat, eius bonis nõ fruetur. Ad quẽ Eſa.5. Tibia, & tympanum, & lyra in conuiuijs veſtris, & op⁹ dñi non reſpicitis, nec opera manuum eius conſideratis. Quæ putas o. e. a eſſe manuũ Dei,niſi opera redẽptionis? Opera.n.creationis,etiam Angelorum,opera fuerunt linguæ Dei, verbo.n.eius omnia facta, ſed opus redemptionis opus ẽ magnum Dei. Vide, q̃uo deſcendat hoc opus perfecturus, in quo ſudabit, lacrymabitur,& morieť. Hoc ergo opus maximè nobis eſt inſpiciendum. De hoc.n. opere ſcriptum eſt. Mirabilia opera tua, & aĩa mea cognoſcet nimis Ioſ.3. Sãctificamini,cras.n.faciet dñs inter vos mirabilia. Et quę illa mirabilia? Quod arca tranſiret Iordanẽ. Sanctificemur ergo, cras.n.faciet domin⁹ alia mirabilia,quę obliuione antiqua oĩa obruant,procedit enim arca Dei, Maria in Bethlehem, in qua ſunt oẽs Theſauri ſcientiæ Dei. En

Sap.5.
Iob 3.

Eſa.5.

C

Pſ.138
Ioſ.37.

A arca iſta in via eſt,arca Dei in papilionibus,& ego domi manebo,ei nõ eſt locus in diuerſorio,& nobis delicię paranť. Eamus ergo cũ illa in Bethlehẽ, vbi eſt Rachel partui ꝓxima,ut filiũ pariat, dexterę ſim⁹ cũ ea,ut nobis orіať dexteræ fili⁹. 2.Reg. 11.

His ergo diebus primum tibi peragendũ eſt illud Thob.1. Cũ irent oẽs ad vitulos aureos, quos Ieroboam fecerat Rex Iſrael, hic ſolus fugiebat cõſortia oĩum, & ꝑgebat in Hieruſalẽ ad tẽplum dñi, & ibi adorabat dominum Deum Iſrael. Cum ergo alij ad ludos, ad comeſſationes,& ſimilia perrexerint,quæ ſunt vitu li,quos dœmon proponit, vt deſeramus Deum Iſrael, tu fuge horum conſortia, & aſcende dominum,Inuiſe uenientem Chriſtum conſideratione tua, lectione pia,pauperum ſubuentione. Tho.1.

Quod ſi dixerint ſocij tui. Vbi eſt ille? iam reſpõſum huius in diuina ſcriptura tibi pręſto eſt 1.Reg.20. Calendæ erant, conuiuumq; Regis Saul. Et cũ oẽs principes uiri menſæ Regis adeſſent, vacuus apparuit locus Dauid. Et interrogauit Saul. Vbi eſt ille? Cui Ionathas,rogauit me obnixè,ut iret in Bethlehẽ. Et ait, Dimitte me q̃m ſacrificium ſolenne eſt in ciuitate mea, vnus de fratribus meis accerſiuit me, ob hãc cauſam non uenit ad menſam Regis. An non optima tibi reſponſio, cũ his diebus ſeparatus ab alijs ſolus in cubiculo tuo fueris? An non modo tp̃s eſt, ut nos tranſeamus cum paſtorib.in Bethlehem? Tam dignum eſt illuc hoĩes properare, ut omnes etiam Angeli eo deſcenderunt his diebus, ut Paulo teſtante cognoſcimus ad Hebr. 1. Cum introduceret primogenitum in orbẽ terræ, dixit. Adorent eum oẽs Angeli Dei. Tranſeamus ergo & nos in Bethlehem, & uideamus hoc verbũ, quod factũ eſt: Contemplemur diuinam in nos dignationẽ. Vnus ex fratribus meis accerſiuit me, Chriſtus dñs primogenit⁹ meus me illo uocat, propter me.n.aſcendit, ideo adeſſe non poſſum ueſtris nęnijs. Primũ ergo, quod puero naſcituro facturus es hoc ſit, vt ei aſſiſtas, eum contempleris, et gratias agas: quoniã venit. Et hoc eſt, quod Angeli paſtoribus dicunt, ut puero

B 1.Reg. 20.

Luc. 2.
Heb.1

C

Luc 2.

Digitized by Google

A ro nato faciãt. Ite in Bethlehẽ, & hoc uobis ſignum, ĩuenietis infantẽ, &c. & Regib. idẽ dr̃ a ſtella, & Herode. Ite in Bethlehẽ, & interrogate diligenter de puero.

Secundum uerò, q̃ huic puero facere dẽmus, eſt, illum in cordib. noſtris reponere, ut ibi ſit ei habitaculum conueniẽs, vt vnum cum eo ſimus, qui pp nos unus nobiſcum factus eſt. Plato ait. Amor ita vnit amantes, ut deſiderent vnum fieri. Sed quia ſi hoc fieret, deberet vnus, aut ambo corrumpi, facit ſaltem vnionem, quã ſine corruptione põt, ut unum ſint intellectu, voluntate, & conuictu. Deus infinito amore hominem diligens cum eo uniri deſiderans. cum nõ ſit ei impoſſibile oẽ verbum, oĩa quæcunque uoluit, fceit, & ſic potuit homini vniri, ut Deus fieret hõ, & homo Deus. Deus & homo vnus eſt Xp̃s, & tali id arte fecit, ut neuter corruptus ſit, nec uerò naturæ confuſæ, nec perſonæ, diuerſæ, ſed vnica perſona, Deus, & hõ eſt. Ecce q̃ño ĩ Deo amor fecit, quæcunque voluit, & deſiderauit. Fecit inſuper amor eſtaſim, ut Dionyſ. dicit, effert. n. amantẽ extra ſe in amatũ. An non extra ſe, & in nobis Xp̃s, qui exiuit a patre, & venit in mundum? Sed qũo nos tanta reſpõdebimus amori? An non deſiderabimus in Deum mutari, & unus ſpiritus cum eo fieri? Ecce apparuit bonitas, & benignitas infinita, q̃ ames: apparuerat ante maieſtas, quã timeres, nunc bonitas, quam ames. Irriſerat Deꝰ Adam: Ecce quaſi unus ex nobis factus es. Impoſſibile attentaſti, vt fieres quaſi vnus de nobis, ſed ego fiam quaſi tu factus verus homo. Quid ergo eſt modo Bethlehem, niſi fornax ſeptuplum accẽſa ubi rubus ardens, ubi Deus amore infinito flagrare cõſpicitur. Ingredere hũc ignem, quia ignem uenit mittere in terram, & quid vult, niſi ut accendatur? Fieri ne poteſt inter tot igneos globos te eſſe, nec accendi? Verè qui non amat Dominum Ieſum, anathema ſit, ſi amare pigebat, ſaltem redamare non pigeat.

Nota vero Paulum, qui nihil ſciebat præter Xp̃m, tripliciter de noſtra cum eo ſocietate loqui aliquando dixit in Chriſto, aliquando cũ Chriſto, aliquando per Chriſtum.

Pla. in Thi. | Luc. 2. | Ath. in ſymb. | B | Dion. | Gen. 3. | C | Exo. 3. | Luc. 12 | 1. Cor. 16.

A Primo in Chriſto ſumus, ut membra in corpore, ut palmes in uite, a qua recipit, ut fructum det, a Chriſto. n. omne bonum noſtrum, ſine quo nihil poſſemus facere. Omnis inſpiratio a Chriſto in te prouenit, & omnis gratia, nec eam parui facias, quia quod tibi facile conceditur, Chriſto non facile conceſſum eſt, ſed per multas lachrymas, & ſanguinem. Ego ergo in Chriſto, ſed qui dicit ſe in Chriſto manere, debet, ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.

Secundo cum Xp̃o tanquam eius ſocij ſimus. Socius fuit Deus itineris mei, ait Iacob, ideo diues reuertor. Simus ergo ſocij Xp̃o dño, qui adhoc deſcendit, vt nos comitetur in uia, ſicut Raphael Thobiam. Macha. hom. 31. Sicut paruulus ſi nudꝰ eſt, ſi vulnere affligitur, nihil poteſt, nihil nouit niſi matrem adire, ſic nos ſemper cum Chriſto ſimus, eum adeamus in omnibus, quia non ſimus ſufficientes aliquid boni, uel cogitare ex nobis. Sed quomodo ei erimus ſocij? Reſpõdetur maximum illud uerbum Pauli. Exinaniuit ſemetipſum non ſolum homo factus, ſed cum naſcitur in præſepi, cum circunciditur, cum moritur, in omnibus ſe exinaniuit, tu in omnibus inflaris, ergo exinite, & cum eo eris.

Tertiò per Xp̃m, quia per eum omnia dedit nobis pater, iam enim non dicemus, memento Abraham, Iſaac, & Iacob, ſed reſpice in faciem Xp̃i tui, & per Chriſtum dominum noſtrum. Ei ergo vniamur, & adhęreamus, ut membra capiti, ut eius ſocij, a quo omnia nobis bona, & per quem omne bonum ad nos è patre deſcendunt.

Quod huis puero naſcituro facere debemus, eſt, domum noſtræ mentis ei pręparare, ut in ea naſcatur, & habitet, nec enim fugit nos, licet ſtabula fuerimus, beſtiarum habitacula, qui natus in præſepio eſt. Sed quomodo in mente noſtra congruam ei habitationem conſtruemus? Fac illud quod Sunnamitis 4. Re. 4. Quæ ait ad virum ſuum. Aanimaduerto, quod uir Dei ſanctus eſt iſte, qui tranſit per nos frequenter.

Mach. Ho. 13. | Geneſ. | B | Paul. | C | 4. Re. 4

Faciamus

Digitized by Google

A Faciamus ergo ei cœnaculũ paruulũ, & ponamus ei in eo lectulum,& menſã, & ſellã,& candelabrum,vt cum venerit ad nos,maneat ibi. Primum ait,aĩaduerto,conſidero, qđ ante non conſiderabã. Nobis ergo aĩaduertendum nõ eſt,quis, quantuſq; ſit,q ingreditur ad nos; quia hoc non aduertimus,licet frequenter trãſeat p nos ĩ Euchariſtia, Natiuitate &c. non eũ hoſpitio digno recipimus. Videte ergo quantus ſit iſte,qui ingreditur:expectantes ſimus beatã ſpem, & aduentũ gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Quia mulier hæc nõ aduerterat,non ſuſceperat Heliſeũ digno hoſpitio,vnde ille pertrãſibat nihil fructus ei relinquens. Modo aduertẽs excipit,ut dẽt,& ei conceditur aĩæ ſuæ deſiderium, .ſ. filius,quo carebat. Hæc ergo æſtimatio,& digna ponderatio Dei, quẽ recipimus initium eſt diſpoſitionis, qua diſponendi ſumus, vt eũ debitẽ ſuſcipiamus. B Tranſit Rex p diuerſorium habitu mutato,nec cognoſcit,nec ut decet, tractat, nil magnũ hoſpiti relinquit,vel donat:ſi verò aliqñ ab hoſpite agnoſcatur, excipiaturq, humaniſſime,cõfert in eũ maximũ beneficiũ. Agnoſce,ergo,qa De⁹ tu⁹ eſt,q tranſit,magnus Dñs,& laudabilis nimis,Deus in domib.eius cognoſcetur cum ſuſcipiet eam,ſ. Sion; qñ, ſ.aſſumpta humanitate in domib.nr̃is uerſatus nos ad ſe beneuolẽ traxit,tunc in domibus cognoſcendus eſt. Agnoſce ergo eũ, & dic cũ Sunamite: Aĩaduerto. Nonne aliqñ tibi cõtingit multo tpe ſacrã ſynaxim ſine fructu pcepiſſe,& poſteà ſemel pfundẽ cõſideraſti,quãtus ſit Deus,quẽ in te excipis,& tali eũ amore,ac reuerentia ſuſcipis,vt plus ea vice pficias,q̃ pſe ceteris centies cõicans? Quid hoc? Accidit tibi,quod Sunamiti dicenti: Animaduerto. Agnouiſti Regem,& vt decet,excepiſti,& maximas ab eo gratias accepiſti. C

Simile

Pſ. 47.

Faciamus ergo cœnaculum, ædificemus cubiculum nouũ,nouus ille hõ eſt, noua quærit omnia, pete ergo ab eo cor nouum,& ſpiritum nouum. Cor mundum crea in me Deus, ideſt, denuo fac. Ideò,vt accedat ad eum Moyſes, audit: Solue calceamẽtum de pedibus tuis. Dicunt Hebræi ex his,q̃ Moyſes eduxerat de Aegypto,ſola ei calceamẽta reſtabãt, q̃ ideò ei relinquenda ſunt, vt ad Deum accedat, cœleſti.n. Adamo oĩa in nobis debent eſſe cœleſtia,terrenũ nihil. Orig. homil. 13. in Geneſim explicans puteos Iſaac, quos Philiſtijm terra repleuerãt, ait,ſi locũ Dei requiris,cor mundum eſt locus eius. In hoc namq; loco habitaturũ ſe dicit,cũ propheta ait: Habitabo in eis,& inambulabo,& ipſi erũt mihi populus,& ego ero illis Deus,dicit Dñs. Vide ergo,qa in cuiuſq; nr̃m aĩa eſt pute⁹ aquæ viuæ. Eſt quidã cœleſtis ſenſus, & imago Dei latens hunc puteum Philiſtei,i.aduerſæ poteſtates repleuerunt terra. Quali terra? Carnalibus ſenſib.& terrenis cogitationibus,& ppea portauim⁹ imaginem terreni. Sed nunc, qm̃ venit noſter Iſaac,ſuſcipiamus eius aduentũ, & fodiamus puteos nr̃os, & abiiciamus ab eis terrã,purgemus eos ab oĩbus ſordibus,& a cunctis cogitationibus luteis,& inueniemus in eis aquam uiuam de qua dicit: Qui credit in me, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Vide liberalitatem Domini in aduentu ſuo, p. exili vena dabit intra nos flumina. Ergo hæc bona quæramus, qa intra nos regnũ Dei eſt. Non exterius, ſed in domo propria inuenit mulier illa dragmã,quã perdiderat,poſtq̃ accendit lucernam,& mundauit Domum ſordibus, quas lõgi tpis ignauia cõgeſſerat. Poſuit Deus ĩ te imaginem ſuam,& tali arte,vt obſcurari poſſit,deleri non poſſit. Sed ſordibus repleta aĩa tua, obſcuratur hæc imago, aqua putei non manat. Induxiſti ſuper imaginem Dei aliã imaginẽ terreni,cum te libido ſuſcauerit, induxiſti vnum colorẽ terrenum, ſi auaritiæ ſtudeas, miſcuiſti alium,ſi ira corriperis aliũ, & ſic in terrenam depingis imaginẽ. Ora ergo illum,qui per prophetã ait: Ecce ego deleo ſicut nubem iniquitates tuas, & ſicut caliginem peccata tua,vt deleat terrenos colores tuos, quos cum deleuerit, apparebit in te Dei imago. Hæc Origenes vbi ſupra. Prima ergo præparatio tibi ſit:omne vetus diſſolue ædificiũ, omnem terram abs te proijce, mundans

A Orig. B Ioan. 4 C

Exo. 3.

Digitized by Google

A Dei templum, & oẽm immunditiam in de eijce,ſicut Ezechias fecit, hæc.n. impedit Dei in te plenum aduentum.

Secundo hoc cænaculum ſit paruũ,q̃a ſoli paratur Eliſeo. Sic cor tuũ præpara, vt ſoli Deo illud ſerues,nec.n. Deum,& mundum ſimul capere pőt. Sella vna ſit

Eſ. 26. cordi tuo,qua Deus inſideat,licet.n. plura alia in cor tuũ ſe ingerant, non verò quieto ſedeant,da operã, ut ſtatim inde egrediant. Vnus lectul⁹ paruus,ſ.in quo ſolus Deus quieſcat,quia coanguſtatum eſt ſtratum,ita,vt alter decidat. Quiã ſolus Deus eſſe vult in hoĩs corde. Ideoq; illud tot verbis explicat. Vnũ,ait,cubiculum,vna menſa,vna ſella, unus lectus. Hinc ille ait: Videte, qđ ego ſim ſol⁹, & nõ ſit alius Deus p̃ter me. De his, q ſolũ

2.Co.8 Deũ in corde retinuerũt ait Pau.2.Cor.

B 8.loquens de Macedonib. Altiſſima paupertas eorũ abũdauit in diuitias ſimplicitatis eorũ. Altiſſima dr̃ paupertas, nã contemnens diuitias,altus eſt, ut ibi dicit glo. Abundauit verò in diuitias ſimplicitatis, q̃a cor eorũ ſimplex erat ſolũ ad Deum tendens,oĩa reliqua deſpiciẽs, ex quo ditiſſimi erant,nihil habẽtes, & oĩa in Deo poſſidentes. Vis grandis, & altus eſſe,nil tibi ſit altum,& grande,niſi Deus:nil niſi illũ ames,& cõcupiſcas. Quæ ſimplicitas ſignãr in eo,qđ oĩa quę ponunt Eliſeo vnũ ſunt, cęnaculũ vnũ, menſa vna,ſella vna,candelabrum vnũ quia vnum eſt neceſſarium. Dic ergo in

Pſ. 72. corde tuo cũ Pſal. Quid mihi eſt in cęlo & à te quid volui ſuper terrã? Deus cordis mei,ſpes mea Deus in æternum.

Sed ẽt ponamus menſam, & candelabrũ,q̃ ẽt in tabernaculo eſſe Deus præci-

Leu.23 pit.Leui.23.De qua re Orig.Hom. 13.ĩ

Orig. Leuit.p̃cipit afferri oleũ mundũ a popu-

C lo,& a ſacerdote incẽdi lucernã. Lux illius populi nõ ſol erat,q̃a Xp̃s nondum venerat,ergo lucerna erat, q̃a in nocte erãt,& ſicut lucerna ſolũ in domo lucet, nõ eſt.n. vera lux,ut ſol,ſic tunc notus in

Pſ. 75. Iudęa Deus,ſed Xp̃o veniente ſol ortus eſt omnibus ad oẽm hoĩem illuminãdum. Dũ ergo populus ille oleum habuit miſericordiæ,lucernã habuit,deficiẽte oleo deficit lux eius,lex,& p̃phetia. Sed ais: mihi oleum neceſſarium non erit,imò A

plus q̃ illis. An non ſtultæ virgines dñr, Matt.

q̃ oleo careant. Iob ait: Qñ lucebat lu- 25.

cerna eius ſup caput meũ. Splẽdet oĩbus Iob 26

nobis lucerna hæc, qñ oleo bono rũ operũ fuerit accẽſa,cum verò deficiunt opera bona,extinguit lucerna,& ſic in tene-

bris ambulamus,vt Ioannes dicit. Ideo 1.Io.1.

hĩc lucernas ardentes in manibus iube- Luc. 12.

mur,& cum illis Dñm expectare nr̃m. Cum attuleris hoc oleum,eris oliua fructifera in domo Dei. Hoc vero oleum ex oliua eſſe dẽt,non ex aliis ſeminib.& alicubi fit oleum,quia oĩa opera nr̃a in pace,& charitate fratrum facienda ſunt,ut

Deo placeant. Sic Iacob 3. Fructus aũt Iacob.

iuſtitię in pace ſeminatur: iõ concinunt

nunc Angeli in terra;Pax hoĩbus. Opti Luc. 2.

ma diſpoſitio,ut Chriſtus ſuſcipiat,vni-

tas pacis,& charitatis. Ideo ingreſſurus B

mundum totũ orbem pace uoluit diſponi,quia uenit ille,ut faciat vtraq; unum, & pacificare ſiue q̃ in cęlis,ſiue,q̃ in ter-

ris ſunt. Vbi ergo ſunt fratres congrega Luc.10.

ti in vnum,ibi naſcitur, ibi ſum in me- Pſ. 118

dio eorũ. Q̃d ergo dixeris; Lucerna pedib.meis,verbũ tuũ,qñ aliã lucẽ nõ hẽs, qua dirigas greſſus tuos,niſi Dei legem, qñ operibus charitatis hac lucem nutrieris,candelabrum appoſuiſti Eliſæo.

Hæc etiam ardens lucerna eſt feruẽs deſiderium,quo Chriſti in te aduentum exoptas,eiuſque flagras deſiderio, cum ardentiſſimè deſideras,ut in te naſcatur, & ad te ueniat,q uæ optima eſt diſpoſitio,ut ad te diuertatur. Sicut.n.ut in mũdum ueniret,tam uoluit deſiderari,ut di-

ctus ſit, Deſideratus cũctis gentibus,&,

Deſiderium collium æternorũ, &, Qui Ge.49.

venturus eſt.&,Expectatio gentium,ſic vt ad te uen at,ardet deſiderio eius: pete

eius in te aduentum gemitibus inenar- C

rabilib. Hoc ſignificat, O,illud Eccleſię Eſa.64

toties hoc tempore, repetitum, quo ſuit 2.Reg.

explicat deſiderium. Vtinam diſrumpe- 23.

res cęlos,& deſcenderes? O ſi quis daret mihi aquam de ciſterna,quæ eſt in Bethlehem? Hoc deſiderium miris uerbis ex

poſuit Iob 30. Si occidit, occidat ſemel, Iob 30.

& nõ de pęnis innocentium rideat. Gre

go.9.Moral,ca. 20. ex ardenti deſiderio Grego.

humanæ

A humanę redemptionis id dixit. Riſus.n. Dei eſt non miſereri humanæ afflictionis; pęna verò ē deſiderij dilatio, quia ſpes q̃ differtur, affligit animam. Pœnæ ergo innocentium ſunt ardentiſſima patrum deſideria videndi Xp̃m, ridere Dei fuit, non implere eorum deſideria. Quouſq; ergo illa deſideria non impleuit, pęnas innocentium riſit. Dicit ergo Iob, hoc maximè deſiderans; Quotidie pp culpas nos Deus flagellat; veniat ille, qui ꝑ nobis ſemel ſine culpa moriatur, ut de innocētiū pęnis amplius nō rideat, ſi ipſe carne paſſibilis appareat, in eius deſiderijs mens noſtra caſtigat. Sed ut inquis, hāc lucernā, hoc deſiderium accēdam, ut ardeat. In meditatione mea exardeſcet
B ignis, ait Xp̃s. Conſiderate nihil eſſe ſine
Pſ. 38. Xp̃o, oīa verò bona cum ipſo ad te uētura, & huius conſiderationis igne lucernam tuā deſiderij accendēs. Reſtat ponēda menſa Eliſeo. Audi S.S. Prou.23. Qñ
Pro.23 ſederis, ut comedas cum principe, diligēter attēde, q̃ poſita ſunt ante faciem tuā. Proponit ergo Deus tibi menſam, ſed & tu menſam Deo propone cibans illum, à quo ēt cibandus es. Vtrunique ille dicit: Ego ſto ad ianuam, & pulſo, ſi quis mihi aperuerit, intrabo ad eū, & cœnabo cum eo, & ipſe mecum. Cibat te Dn̄s donis cęleſtibus, ciba illum in pauperibus, ciba eum bonis actibus, & pane ex ſimilia facto ſignificante ſumma virtutum opera.
Orig. Optimè Origenes: Suſcipit Angelos Abraham, imò Deum in eis, ꝓponit eis panē ex ſimilia, ſuſcipit eoſdem Loth, &
C ꝓponit eis panē vulgarē, non ex ſimila. Non q̄d diuitias non hēat, vt panem ex ſimila proponat, ſed in hoc meritorum dr̃ia deſignatur. Abraham.n. plus dilectus, cui reuelantur myſteria, alium panem, id eſt, maiora virtutum opera præ-
Ecc.34 ſtat, q̃ Loth. Ergo tu ī oībus operib. tuis præcellens eſto. Cura maximum habere amorem, Xp̄i deſiderium eximium: opera charitatis grandia, & menſam præpo-
Pſa. ſuiſti ex ſimilia, ut dicatur tibi, Adipe fru-
Ge.30. menti ſatiat te, ſi ſic te paraueris, erit tibi quod Iacob ait. Geneſ.30. Cras reſpondebit mihi iuſtitia mea, cras videbis in te Chriſtum natum, &c.

A

In Natiuitate Domini.

Verbum caro factum eſt. Ioan. 1.

DIes feſtus, ac ſolēnis agitur in Hieruſalem cum Salomon regio dia- 3.Re.1
demate ornatur. Sed tunc etiam exultabat Adonias, & qui eum ſequuntur. Sic hodie cum ſpiritualiter gaudendum nobis eſſet cum Rege noſtro Chriſto, ingerit dœmon, & immiſcet gaudiū aliud, inane, & mundanum. Si autem ueram animi lætitiam exoptas, in hac ſolemnitate ſacra, inquire quis ſit, qui na- Ge.24.
tus eſt. Sicut uidens Rebecca Iſaac venientem obuiam, quærit quis ille eſt? au- B
diens autem quòd ſponſus ſuus eſſet, deſcendit è Camelo, & operit vultum ſuū. Si ergo interrogas, Quis eſt, q naſcitur? audies. Sponſus tuus. Quomodo ergo ei non aperies? Quomodo pulſantem ad ianuam detinebis, cum caput eius plenum ſit rore? Quomodo, non confunderis, ſi adulterum dœmonem domi contines? Vt ergo tantum beneficium fruſtra nobis non ſit, opus eſt gratia.

Si hominibus concederetur locutio angelica, qua inuicem ſi poſſent oſtendere conceptus ſuos, hic modus loquendi aptus eſſet tanto myſterio, ut Verbū Patris caro factum uerbis intellectus exprimeretur: lingua enim carnis lingua eſt rudis, nec tam grādia ſignificare poteſt. Quòd uerò linguis Angelorum hæc per- C
tractanda ſint, patet ex Angelorum dicto: Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus. Gloria in altiſſimis dan- Luc. 1.
da eſt Deo, de opere tali ab Angelis: in terra uerò fructus tanti operis in hominibus ſit pax. Aliud autem locutionis genus adhuc altius eſt beatis ſpiritibus, & omnibus ſanctis in cœlo: qui tali ſunt in Deum affectu, vt non ſolum exterioribus uerbis, ſed nec interioribus cōceptibus ſe ualeant explicare. Et ideò corda igne amoris ardentia ſibi inuicem demōſtrant, quo exprimunt, ut poſſunt, quanta ſit diuina bonitas, quæ ſic eos inflammat. Ideò de illa ciuitate cœleſti dicitur Apoc.21. Ipſa uerò ciuitas aurum mun- Apo.21

A dum.ſimile uitro mundo. Dicit' aurũ pp eximiam charitatem: ſed ſimile uitro, pp träſparentiã, quia diaphana oĩa ſunt. Sicut.n. De⁹ à beato nihil ſui abſcōdit: ita nec beatus à beato. Ergo poſtq̃ ſibi inuicem oſtenderunt conceptus, corda ẽt patefaciunt ignem ſpirantia, quia caminus ignis eſt in Hieruſalẽ illa cœleſti. Talis verò locutio conueniens eſſet pñti feſtiuitati: oẽs.n. corda aurea igne charitatis accenſa hrẽ deberemus, & ea inuicem oſtendere tanto Dei beneficio ſuſcepto.

Simile Tali ſol ardore terram urit: ut verè qm̃ proprius nos accedit, caloris uim ſuſtinere non ualeamus: quid obſecro foret, ſi Sol è cęlo auulſus, in medio terræ poneret? Arderet ,pfecto uniuerſa terra, quaB ſi caminus ignis. Tam lōgè antiquis fuit olim Sol iuſtitiæ, vt diceret Eſaias; Sicut

Eſa.55 diſtāt celi à terra, ſic uiæ meæ à uijs vr̃is. A longè aſpiciebant, & ſalutabāt repromiſſiones, & tñ ſic animas ſanctorum. igniebat, ut omnino liquefierent deſide-

Ioan.8 rio uidendi eum. Abraham exultauit, ut uideret diẽ meũ: uidit, & gauiſus ẽ. Qualia corda nr̃a modo eſſe deberent, cũ ſol iſte in terrã deſcẽderet? Ignea ,pfecto, & quæ nos nobis ad inuicem oſtẽdẽtes, ſic de hac tanta feſtiuitate loqueremur.

O quam multi hodie muti apparerẽt, ſi ſic eis loquendũ eſſet? quorum animi frigidi ſunt, nec tanto igne caleſcũt; Stupẽdũ dæmonis miraculum, qđ humanũ cor ſit in medio tãti ignis, qualis eſt De⁹ homo factus, & adhuc frigidum ſit: fieri

Simile ne hoc pōt? Si opulentiſſimus Rex, quẽ C in nullis offi.ijs aſtitiſſes, ea in te eſſet liberalitate, & munificentia, ut tibi diceret: En tibi trado totum meum regnum, meaque oĩa, q̃ hereditario iure ad filium meum ptinebant, & ipſe filius meus ſeruus tuus, an nō tãto hoc bñficio moueretis? an nō cũ maximo amore ,pſequereris? an non illi oĩa obſeqa pſtares? Vtinã dirũperes cœlos, & deſcenderes: a facie tua mōtes turbarent', & aquæ arderent igni. Ita planè futurum putabat Eſaias,

Eſa.46 aquas ẽt frigidiſſimas arſuras igne tãto, hoc eſt, corda hominũ pctōrũ frigore gelida tanto beneficio inflammanda, & in corde tuo bñficiũ iſtud nihil operatũ eſt? nihil cōmotus es? Caro pueri calefacta A eſt, cum Helias incubuit ſup puerũ, quo ſignat', oẽm carnẽ igne diuini amoris accẽdẽdã, cũ Deus mirabilẽ illã unionẽ cũ carne faceret, quam ſignificauit illa, qua vir puero eſt cōmenſuratus, & tu alges?

Alter adhuc loquẽdi modus de Deo ẽ beatis illis mentibus excelſior, his, quos hucuſq; diximus. Cũ.n. uoce exteriori, q eam hñt Deum laudauerũt, & deinde interiori conceptuum manifeſtatione amplius loquuti ſunt, & deinde cordium, & affectuũ oſtenſione; demũ ingenuè fatet' illa cęleſtis curia, oĩa pdicta nihil eſſe tãta, & tam infinitę maieſtati cōparata, & à diuina magnitudine ſe ſuperatos cognoſcentes, Deum dñt ineffabilẽ: & ſic B à laude ceſſantes cōticeſcunt. Hæc ſumma diuina laus, de qua Pſ.ſm. Hier. träſlationem. Tibi ſilẽtiũ laus Deus in Siō. Pſ.69 Dr̃ uerò hæc maxima laus à Dionyſ.qa Hier. dum quis conatur rem laudando explicare, quaſi luctatur cum illa, ut eam dicen Dion. do uincat, uel æquet, quod non eſt eã tã magnam agnoſcere: ac qñ ſe à magnitudine eius uictum uidet, & ei cedit tacẽs. Hæc optima laus huic myſterio, hic loquendi modus eo dignus, ut audientes; Verbum caro factum; in eſtaſim per admirationem raperemur, nec uerbum vllum proferremus. Sic Abacuc.2. Dñs in Aba.2. templo ſancto ſuo, ſileat à facie eius oĩs terra. Vbi Hebręi ſic hñt; Iehoua in templo ſanctitatis ſuæ, ſileat coram tanto Deo oĩs terra. Verba autem illa; In templo ſancto ſuo, ſic accipienda ſunt, ac ſi diceret, in humanitate, de qua ſcriptum eſt. Soluite tẽplum hoc. Sed quid mirum ꝙ oĩs terra ſileat, & attonita hæreat, cũ Ioan.7 ẽt ipſi Seraphini attoniti, & ſtupentes C hoc intuẽantur myſterium, ut figuratũ eſt in Cherubinis propiciatorium ſpectantibus, uerſis ad ſe uultibus, quaſi ſtupentes ſint. Sic etiam Ezechielis primo, Ex.25. cum fieret uox ſuper firmamentum, qđ erat ſuper caput eorum, ſtabant aĩalia, Ezec.1 & ſubmittebant alas ſuas. Vox, q̃ fiebat ſuper firmamentum à Chriſto procedebat, quia dicit cōtinuo: Et ſimilitudo hominis erat ſup firmamentum. Audita ergo Chriſti uoce, audiẽtes hoc; Verbum caro

A caro factum, alas ſubmittunt, cognoſcẽ-
tes ſe inualidos, vt ad tm̃ myſterium vo
Cypr. lare poſſint. Cypr. ſermone de Xp̃i Na-
tali: In cæteris mirabilib. quocunq; mo-
do aliquę ſatisfaciunt rationes, hic ſolus
me complectitur ſtupor. Hic ergo con-
gruus modus de tanto myſterio loquen
di, ſi audiẽtes, Verbũ caro, oẽs nos inui-
cẽ ſpectãtes attoniti ſtupenteſq; hærere-
m⁹, & ſic domos reuerteremur noſtras.

Sed licet conuenientius de hoc myſte
rio loqueremur modis p̃fatis, q̃ lingua
rudi, & imperita, adhuc tñ illa nobis lo-
quendum eſt. Nã qũo taceat lingua car-
nis Deum pro homine carnem factum?
Non ſemel pannis inuolutus eſt Xp̃s,
B non ſemel in præſepio reclinatus: modo
etiam id ipſum fit, dum verbis humanis
quæ uiles ſunt panni, vile pręſepium, tm̃
myſterium inuoluitur, tm̃ ſacr̃m decla-
rari, præſumitur. Sed ideò verbũ in car-
ne ponit, vt caro de tanto myſterio ver-
ba proferat. Laudate Deum quantum
poteſtis, ipſe enim maior eſt omni lau-
de. Carnis ergo lingua aliquid dicamus,
& Hiſtoriam rei tantæ explicemũs.

Exijt [edictum] Orbe vniuerſo in pa
ce ſumma compoſito, clauſit Auguſtus
Oroſi⁹ tẽplũ Iani, vt teſte Oroſio rubigo ianuas
corripuerit, vt notaret̃ ſumma pax per
Xp̃m in mundo efficienda, qui erat pax
Pſ. 71. noſtra, & fecit utraque vnum. Pſ. Oriet̃
Eſa. 2. in diebus eius iuſtitia, & abundantia pa
cis. Et Eſai. 2. Non leuabit gens contra
gentẽ gladium, nec exercebuntur vltra
ad prælium. Iuſſit ergo Auguſtus, deſcri
C bi vniuerſum orbẽ, ſibi ſubiectum dato
Ioſep. cenſu aliquo, ꝙ Ioſepho teſte lib. 18. an-
tiquitatum cap. 1. Iudæi initio ægre tule
runt. Sed Iocaro Pontefice, perſuadẽte,
ne Romanis reſiſterẽt, paruerũt, licet ut
dicit Ioſephus, Iudas Gaulonites auertit
poſt ſe plebis partem dicens, ſoluẽdum
non eſſe. De quo meminit Luc. 5. in ora-
Act. 5. tioue. Gamalielis dicens. Poſt hunc exti
tit Iudas Galilæus, in diebus p̃feſſionis
ideſt, deſcriptionis, de qua mõ dr̃: qui cẽ
ſus poſteà annuatim colligebat̃. Qua oc-
caſione Xp̃m poſtea ĩterrogabãt, an lice
Matt. ret cẽſum dari Cęſari, annon. Matt. 22.
22. [Quę deſcriptio facta eſt à Syria præ-

ſide Cirio.] In Iudæa, quę ſub Syriæ no A
mine comprehendebatur, Plinio teſte, Plin.
tunc præſidem non habebat, Herode re
gnante. Qua in re licet Auguſtus aliud
intenderit, Deus aũt voluit ut Maria cũ
Ioſepho a Nazareth iret in Bethelehem
ciuitate Dauid, vt ibi naſceretur Chri-
ſtus iuxta vaticinium Micheæ 5. Qua in
re illud eſt conſiderandũ: quo modo uni Mich.
uerſum euertit Deus mundum, vt Ma- 4.
ria veniat in Bethlehẽ. Nec enim Deo
maximum vr̃ vniuerſum, ſi oportuerit,
mundum commutare, ut iuſto bene in
hoc ſit. Ibi ergo cum Maria eſſet.

[Pepetit filium ſuum primogenitum,
& pannis inuolutum, reclinauit in pre- B
ſepio.] Vbi primum conſiderandũ, Ma-
riam virginea integritate ſalua peperiſ
ſe. Refert Innocentius III. fuiſſe Romæ Inno. 3
templum Paci dicatum, quod pronun-
ciauit Apollo duraturum, donec uirgo
pareret: quod illi impoſſibile putantes,
æternum crediderunt. Sed hoc dic cor-
ruit, Maria pariente.

Baſilius, homilia de Natiuitate Chri- Baſil.
ſti aſſerit, traditione vſque ad ipſum de-
latum, quod Zacharias pater Ioãnis Ba
ptiſtę, fuerit occiſus inter tẽplum, & alta
re, quia Mariam in tẽplo inter virgines Simile
collocabat, poſt partum eã aſſerens vir-
ginẽ permanſiſſe. Sicut enim Stella ſine
ulla ſui corruptione, imò p̃fectione ma-
xima, radiũ emittit: ſic illa ſtella maris,
filium ſuum enixa eſt, qui radius eſt, &
ſplendor patris. Et ſicut verbũ mentale
abſq; mentis corruptione concipitur, &
procedit, qn potius mentis corruptio p
fecti uerbi conceptionem nõ patitur: ſic Simile
Verbum patris infinitè perfectũ in ma C
tre conceptũ, & ex ea natũ ſine eius cor
ruptione fuit. Et licèt caro factum eſſet,
cum eſſet caro Verbi Dei, ſic gigni, &
edi debuit, ut uerbũ decebat ſine ulla læ
ſione, ut dr̃ in ſermone Cõcilij Epheſini. Epheſi.
Vñ oẽs ſancti eã intelligũt ſignificari in Ezech.
ea porta Ezech. 43. Et conuertit me ad 43.
viã portæ ſanctuarij exterioris, ideſt, cor
poris, quæ reſpiciebat ad orientẽ, ideſt,
eum, de quo, oriens nomen eius Zach. 6.
Et erat clauſa, & dixit Dominus ad mei Zacha.
Porta hęc clauſa erit, & nõ aperietur, &

Digitized by Google

A vir non tráſibit per eam, quoniam Dñs Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritq; clauſa principi. Hæc de Maria exponit Hieron. ibi. Chryſoſt. Homilia de Ioanne Baptiſta, Ambroſ. Epiſt. 81. Cypria. de Symbolo Apoſtolorũ, Aug. ſermo. 2. de Natiuitate Chriſti, & ſermo. 14. & Damaſc. lib. 4. c 15. Euſeb. Emiſſe. Homilia 1. de Natiuitate Chriſti.

Hero. Chryſ. Ambr. Cypri. Augu. Dama. Euſeb.

Nec hoc ſolum fuit Marię priuilegiũ, ſed alia multa egregia, & eximia, Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Si vniuerſæ ciuitates maxima tributa regi ſoluerent, vna verò eſſet tãtum, quæ nec quadrantem ſolueret, magna illi gloria tribueretur. Omnes filij Adæ maledictionibus pluribus obnoxii cum ſint ſola. Maria libera eſt, ſicut terra ſacerdotalis ſola a tributo libera, Gene. 47. Eſt. n. B Maria terra eius, qui fuit ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech.

Simile. Ge. 47.

Videns ergo Beatiſſima Virgo perfectionem parari in Bethlehẽ, gaudet maximè, tanquam quæ a ſcripturis nouerat Xp̃m in Bethlehem naſciturum. Iã vero hora appropinquante partus diuini, incipit facies Mariæ immutari. Et ſicut paulò ante ſolis ortum rutilat lætiſſimũ cœlũ, & aureum apparet aſpectui, talis tũc Maria erat, & cum oẽs mulieres triſtantur: mulier cũ parit triſtitiam habet, tũc maximum Mariæ gaudiũ extitit, quia cũ bonum ſit ſui diffuſiuum, cũ ſummum bonum diffunditur a Maria in mundũ, eſt ei maxima gaudendi ratio. Exultauerat, ut ipſa teſtatur, ſpiritus eius in Deo ſalutari ſuo in conceptione tanti Verbi. Nunc cor, & caro exultant in Deum viuum. Exultatio eius ante Natiuitatẽ. Similis gaudio eſt animarum ſanctarum, C quę ſunt in cœlo, quę ſolis oculis mentis Deum contemplantur, ſic. n. Maria mẽte Deum in ſe incluſum contemplabať. Sed poſt partum gaudium Marię ſimile eſt gaudio Beati poſt iudicium, cum anima, & corpore Beatus erit, ſic mõ Maria cum oculis corporeis uidet etiam Ieſũ. Si enim beati oculi, qui vident, quę uos videtis, dictum ad diſcipulos, cũ adhuc obtuſos haberent oculos, an non beatiſſimi oculi Mariæ oculos habentis aquili-

Luc. 10

nos, ut tantum ſolem contẽplentur? Ambroſius. Quis nobis poſſet tui cordis arcana reſerare, cum natũ tuum hinc adorares, vt Deũ, hinc oſcularetis ut filium? A

Ambr.

[Natus eſt uobis hodie Saluator.] Id eſt liberator, cum Iſrael dabatur in manus inimicorum clamabãt ad Dñm, & cõtinuò ſcriptura dicit, Suſcitauit eis Saluatorem. Sed ais, modo non videtur oppreſſi. Romanorum. n. imperium facile tolerabatur. Non ad hoc venit, ſed vt a peccato liberaret, & pœnis æternis ei debitis, & temporalibus per peccatum inductis ſuo tempore, & hoc eſt verum eſſe Saluatorem. Fingamus duas Reſpublicas. Vnam, quæ libera ſit, & domina mundi, ſed fame, peſte, & doloribus innumeris oppreſſa. Aliam verò a tyranno dominatam, ſed ſine fame, ſiti, dolore, infirmitate. Quam harum dicis tu liberiorẽ? q̃ pronuntiares captiuam? Sine dubio primã iudicares captam, peior. n. multo illa captiuitas, quam ſecunda. Vnde illa magis indigeret Saluatore, & potentiore, quam ſecũda. Vide quanto magis indiget mundus ſaluatore, ut ſaluet a morte æterna, quæ tanto maior captiuitas eſt. Vide verò quantò magis, ut ſaluetur a culpa, quæ multò maius eſt malum. De hac ergo primũ ſaluat nos Chriſtus, ut Angelus dicit Ioſepho: Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum, ſecundo a morte æterna, tertio ſaluabit tandem ab omni dolore, anguſtia, & captiuitate, nunc uerò a tyranni de peccati, quę ſumma eſt.

Simile. B. Mat. 1.

[Hoc vobis ſignum, inuenietis infantẽ.] Promittẽs Deus libertatẽ cuicunque illam promittat, ſiue vniuerſo populo ſuo, ſiue alicui de populo, continuo etiam ſignum eius dare conſueuit. Sic Gedeoni datur ſignum duplex in uellere, & rore. Ezechiel in ſole, Achaz offertur ſignũ, quod ille elegerit, modò verò promittitur tantus Saluator, tantaque ſalus, ut porè æterna. Saluatus eſt Iſrael, a Domino ſalute æterna, meritò ergo, magnum ſignum exhibendum eſt. Sed qd ſufficiens ſignum eſſe poteſt, vt res tãta credatur? Nam vt temporalis liberatio corporũ crederetur per hominẽ facienda,

C. Iud. 1. Eze. 1. Eſa. 7.

Digitized by Google

A da,ſigna poterant dari,vt quæ data ſunt
à Deo Moyſi,vt faceret corã filijs Iſrael
vt ſe crederẽt ſaluãdos à ſeruitute Aegy
ptiaca,at vt credat tãta ſalus, qualis eſt
æterna,ꝙ ſignum ſufficere poterit? Sine
dubio ſignũ,ꝙ Angeli paſtorib. dãt,mul
tò maius eſt eo, ꝙ promittitur; ꝓmittit
quidẽ ſpũalis ſalus, & æterna ſalus, ſed
datur ſignum, Verbum caro factũ, poſi-
tũ in præſepio,ꝙ multò maius eſt. Sicut
non valde mirandum eſt,ꝙ rex ditet ſer
uum ſuum, ſed maximum planè, ꝙ pro
eo pauper eſſe velit: ita certè non adeò
mirabile eſt,hoĩem liberari, ſalutẽ reſti-
tui,gratia gloriaq; donari, ſed mirabile
prorſus atq; ſtupendum, Deum carnem
fieri, & pauperem pro nobis factum, ut
nos ditaret, in præſepio collocari. Hoc
B verè ſignum eſt maximum,diuinum. Er
go conſilium fuit, Deum carnem fieri,
& locum ei non eſſe in diuerſorio, vt in
præſepio poneretur, ut hoc ſignum eſſet
eximij amoris,& facile crederetur ſalus
ſpiritualis ab his,qui viderẽt Deũ ꝓ no-
bis pauperem factum,cum diues eſſet: ſi
cut ſummum regis ſignum eſſet, vt oſtẽ
deret ſe facturum pro amico oĩa, ſi eum
uideremus amici illius gratia regno reli
cto pauperem factum. Hoc ergo ſum-
Ioan. 1 mũ eſt ſignum. Vnde Io. 1. cum rem tan
tã dixiſſet,qualis eſt: Dedit eis ꝑtãtem fi
lios Dei fieri,ut tanta res crederet, majo
rem ſubiungit, & Verbum caro factum
eſt,quod tñ opus eſt,ut ſi cum eo confe-
ratur,oĩum Angelorum creatio,& glori
ficatio,multò minus ſit. Quia hoc in o-
C pere,ſ. in Verbo carne facto,naturæ crea
tæ communicatur diuina ſubſiſtẽtia, ut
verè ſit Deus. Poſt myſteriũ Trinitatis
Bern. ait Bern. ad Eugenium,ubi tres perſonę
ſunt in una eſſentia, maximũ myſteriũ
Deus homo: vbi tres naturæ in una per-
ſona,maxima potentia tam diſtãtes res,
ita conuenire,& talẽ inuenire alchimiã,
ut ſine naturæ diuiuæ, & humanæ con-
fuſione,& corruptione,ambę naturæ de
ſcenderent, & aſcenderẽt in infinitũ in
noĩbus & idiomatibus ſuis. Deus fit ho
mo,mortalis,exiguus,uermis: homo ue
rò Deus immenſus, infinitus,æternus.
Eccleſ. Quod admirata eccleſia,ait; O admira-

bile commercium, creator generis hu- A
mani,&c. Quod figurat Ezec. 1. De me Eze. 1.
dio ignis,quaſi ſpẽs electri. Greg. 38. Mo Greg.
ralium c. 2. ait, Electrum mixtum eſt ex
auro,& argento, in qua mixtione argen
tum clarius reddit auri fulgori, auri ve-
rò fulgor tẽperatur: Significat uerò Ver
bum carnẽ factũ, in quo argentũ huma-
nitatis purgatum ſeptuplũ Spiritus ſan-
cti donis, ſignis redditum eſt clarius, &
maximi Verbi coniunctione, aurũ uero
diuinitatis!(caput eius,ait ſponſa aurum
optimũ, caput vero Chriſti, ait Paulus) Can. 4.
paſſionib. & dolorib. abſconditũ. Sum-
mum ergo opus hoc ſummũ ẽt oſtendit
amorẽ. Ideo maximum eſt ſignũ ſpũalis
noſtræ liberationis, qa in hoc pro hoĩe,
cuius nõ indigebat,fecit ꝙ nullus homi-
num pro ſeipſo feciſſet. Poſſet cũ homo
fieri voluit in cœlo Empyreo,humanita B
tem creare glorioſiſſimã; vel,ſi cum ho-
minib. conuerſari volebat,potuit conde
re humanitatem in virili ætate, ut condi
tus eſt Adam,& ab oĩ dolore immunem
conſeruare, vel ſi aliquid ei patiendũ eſ-
ſet,in horam mortis id reſeruare. Sed, ò
dñe,tanta tua benignitas, ut qui extra ſi
num patris nullo alio locorum ſpatio ca
peris,voluiſti te ſic cõſtringere, ut in ma
tris eſſes vtero. Non horruiſti Virginis
vterum,vir ibi cum eſſes perfectus ſapiẽ
tia,& gratia, & ante guſtaſti amaritudi-
nẽ paſſionis,q̃ lactis dulcedinẽ. Et tu,q
nr̃æ peregrinationis finis, & terminus
es,tñ voluiſti peregrinus eſſe,ut nõ ſit ti
bi locus in diuerſorio. Qui cęlum habes
ſedem,in præſepio poneris. Qui medius
es inter Patrem,& Spiritum ſanctũ me-
dius voluiſti eſſe aĩaliũ. Qui operis lilia C
& roſas,iam nudus vilib. pannis indue-
ris. Immẽſus amor iſte. Non ſine cã me-
nia nocte naſceris. Cum.n. quietum ſilẽ Sap. 18
tium contineret oĩa, & nox in ſuo curſu
medium iter hr̃et, oĩpotens ſermo tuus
dñe,exiliens de cęlo a regalib. ſedib. ve-
nit. Quia charitas,quæ te ad iſta trahit,ẽ
humano intellectui incomprehenſibilis,
ſupereminet oĩ ſciæ. Et ideo ſicut habita
re in tenebris diceris, quia incomprehẽ-
ſibilis tua eſt celſitudo, ita media nocte
naſceris,quia omnem intellectum ſupe-

A rat tua charitas, quapropter homines, homo factus es.

Sed quia hoc datur in ſignũ Paſtoribus, vt puerum agnoſcant, qui Deus eſt, notandum, tam neceſſariam eſſe Xpi cognitionem in mũdo, ut ſine ea ſalus nulli contingere poſſit. Non eſt in aliquo Act. 4. alio ſalus. Nec.n. eſt aliud nomen ſub cęlo datum hoib⁹, &c. ait Petrus. Et ideo, vt cũ veniret in mundũ agnoſceret, multò ante eius ſigna data ſunt, dictumq; erat à prophetis: Tali loco naſcetur, ſic & ſic loquet, tali erit præditus ingenio, hæc & hæc opera faciet, ad viuũ illum S.S. expreſſit, ne non agnoſceretur, quia qui eum inuenerit inueniet vitam, q non inuenerit, perdet uitam. Et oĩa illa ſigna B adhuc non ſufficiebant, niſi adeſſet cęleſtis lux. Sicut contigit Aſtrologo legenti Simile in libris, talis planeta hoc ſigno agnoſcetur, & poſtea eum uolēs intueri nō agnoſcit. Si hæc ſtella ſplendida, & matutina luce ꝓpria nō oñdit, oĩa ſigna non ſufficiunt. Fides eius donũ eſt, iō lumine diuino circũfuſos paſtores Euãgeliſta dicit.

Sed audiamus ſigna paſtoribus data: Berna. [Inuenietis infantem pannis inuolutũ, poſitũ in præſepio.] Bernar. Signũ circũciſionis potius vr Deum occultare, q̃ manifeſtare, ſ. Pr hæc ſigna Angeli non ad Deum inueniendũ pertinere vr̃, ſed oppoſita oĩnò Deo eſſe. Primò.n. dicit: Inuenietis infantem. Infans verò eſt puer ſine verbo, ſi eſſe eius perſonale eſt verbum eſſe, in principio erat Verbum, quale erit ſignum infans ſine voce? Sedò pā Ioan.2 nis inuolutũ. Quis.n. immenſum, pānis C inuoluit, qui cęlum & terram implet? de Eſai.6. quo Eſaias, & ea, quæ ſub ipſo erāt replebant tēplum. Ideſt, veſtitum ſuperabundantia templũ implet. Tertiò, poſitũ in præſepio. Quō in præſepio, qui ait. Cęlũ mihi ſedes eſt, terra āt ſcabellum pedum meorum? Et cum in mundo reuelandus Eſa.40 erat, ait Eſaias. Et reuelabit gloria dñi. Cum ergo ſperabat mundus videre Dei gloriā maieſtatemque ecce ſignum eius, infans pānis inuolutus, poſitus in præſepio. Quæ ſigna hęc? Vt ergo in his ſignis gloriā Dei iueniam⁹, & nobis illa ſigna ſint, neceſſaria eſt cęleſtis lux, ut dixim⁹.

Attende ergo, q uult maximus hr̃i, & A magnus apparere, & a ſubditis timeri, magnũ ſe oñdat neceſſe eſt ĩ terrore, & iuſtitia. Tp̃s fuit cum hoc verbum timeri uoluit, & nũc loquebat terribiliter, ita vt mundus eũ formidaret: hic modo infans ſine voce. Tunc q̃ſiuit Adā tremenda illa voce: Adā vbi es, & fugit Adam. Gen. 3. Idem loquebatur in monte tanta maieſtatis oſtenſione, ut diceret Iſrael: Non Ex 20. loquatur nobis dñs, ne fortè moriamur. 1. Re. 2 Et idem ait; Ecce ego verbum facio in Iſrael, & qui audierit, tinnient ambæ aures eius. Iam ergo ſe Deus maximũ oſtēderat, potentem, atque terribilem.

Sed nunc dñe reuelet gloria tua, non vt timearis, ſed, ut diligaris. Oñde te maximum amore, bonitate, ac dulcedine. B Loquere eo modo, vt non te timeant homines, ſed ut diligant, non fugiāt, ſed veniāt. Appareat immēſa bonitas, q̃ oĩum ſummum ab oĩbus puraf. Primus Deō titul⁹ ab antiq̃s datus. Optimus eſt. Poſt hunc eum dicebāt, Maximũ. Maximus Romanorũ titulus: Pater patriæ. Volēs ergo Deus hr̃i optimus pater patriæ maiora fecit, q̃ fecerat, vt ſe oſtenderet potētē, & iuſtũ, maiora pſtitit opera, vt diligeretur, q̃ præſtiterat, vt timeret. Iō hodie apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri Dei. O diē fęliciſſimũ, Tit. 3. ò diem ſummis uotis in mundo exoptatum. O diem meliore lapillo numerandum. Dixerat ille; Dabo in Sion ſalutē, Eſ. 46. & in Iſrael gloriam meam. Quaſi dicat: Oſtendam gloriā meā, mittens ſalutē in Siō. Apparuerat ergo antea iuſtitia, nũc C apparet bonitas, & mīa. Cuius ſigna pręclara notat Angelus. Infans eſt, non cũ peccatorib. terrorē incutit, quē nr̃o primo parenti, quis.n. infantē timeat? Qualis exterius apparet in molli teneraque carne, talis nobis eſt diuinitas iterius ab ſcōſa, mollis, amabilis, tractabilis. Cui nocet infans? quē carpit? Talis ergo tibi iā eſt De⁹: accede, ama, dilige, amplectere, oſculaf. O btā dies, ĩ qua talis De⁹ mũdo apparuit. Iā cęli aptiſũt: iā melliflui facti ſũt nobis. Sed ait: Peccaui nimis: quō accedam ad Deum? Sicut tu times, ti- Ge. 45. muerunt fratres Ioſeph, audientes: Ego

ſum

Digitized by Google

A ſum Ioſeph frater veſter, quem vendidi-
ſtis,& ſe morti obnoxios iā putauerunt.
Sed accedit ad eos Ioſeph,complectitur,
plorat ſuper eos,cum autē eum viderunt
plurantem , tunc fidenter ad eum acce-
dunt.O dn̄e,qui ploras,& eiulas? Num
pœnitet te mundū intraſſe? Abſit.Pœni-
tuit aliqñ eū, quod hoīem feciſſet in ter-
ra,ſed nunquam pęnituit, vel pęnitebit,
quod homo factus ſit:imo hic eſt dies læ
titiæ cordis eius. Vt qd ergo lachrymæ?
amoris,& dulcedinis ſunt, ut eas uiden-
tes fiducialiter accedamus ad eū.Pro no
bis.n.plorat,plorat ſuper ſingulos,& Io
ſeph,quia omnium hominum memora
tus,pro omnibus eis plorat? Agnoſcis in
Deo eximium tui amorem,& deſideriū,
& non emolliris.

[Pannis inuolutum.] Veſtes ſignum
B ſunt peccatoris: pp peccatum.n.veſtibus
hō indiget. Ex quib. qui honorem ſibi de
ſumit,ex ignominia hoīs amplitudinem
Simile ſibi conciliat,Similes ei,cui ab inquiſito
ribus hæreticæ prauitatis veſtis ignomi-
nioſa paratur velletq: eā ex ſerico confi-
ci. Sed ſi veſtis ſignum eſt peccati,qūo ea
Chriſtus induit? Hæc dies mīa abūdat,
atq. ſuperfluit . Non.n ſolum miſit filiū
Deus in mundū in ſimilitudinē carnis,
ſed carnis peccati,& ſic induit veſte pec
catoris. An exigua hęc tibi mīa videtur?
Nam alioquin roga amicū, vt tua eā in-
duatur veſte,qua notantur ij,qui ab inq
ſitoribus damnantur, nullū plane inue-
nies , qui hmōi ignominiam perpeti ue-
lit. Et tñ Chriſtus dn̄s,quæ ſua eſt infini
ta mīa, cum tam peccatum execretur, q̄
ſui Patris gloriam exoptet, peccatoris ſi
C militudinem induit deſte vſus fœda , &
ignominioſa,& amor qui eū impulit,no
ſtras miſerias ſuſcipere , impulit etiā , ut
Nu.17. ſummam,q̄ peccatū eſt, eo mō ſumeret,
quo pōt , ſ.ſimilitudine , factus ſerpens,
ſed æneus,qui venenum,vere nō habuit.

Pannis etiam induitur , quia in hunc
modum procedit feras venaturus. De q-
bus Pſal. Increpa feras arundinis. Et ſi-
Pſa.67 cut Rex in venatione procedens indui-
Simile tur veſtibus in illud munus conuenienti
bus,quæ vulgo dicunt(de mōte) ſic Deus
filio venatoris dat veſtes. Pānis verò in
fantiæ inuoluendū aliqñ diuinū Verbū A
ꝑdixit dn̄s Iob,cū ait: Quis concluſit o- Iob.37
ſtijs mare,qñ erūpebat,quaſi d vulua ꝓ
cedens, & ponerē nubem veſtimentum
eius,& caligine illud, quaſi pānis infan-
tiæ obuoluerem . Mare hoc immenſum
Xp̄s dn̄s eſt,concluſus tam parua huma
nitate, & infantiæ pannis obuolutus.

[Poſitum in præſepio.] Sed, ò Virgo
beatiſſima,tanto, digna filio, quem nūc
peperiſti in præſepio reclinas ? An non
melius inter vbera tua cōmorabitur hic
myrrhæ faſciculus? Sicut miſit Deus ſo
porē in Adam, ut ex eius coſta Euā edu-
ceret,qui ſopor ecſtaſis fuit in contēpla- Gen.2
tione creationis, ita ut ſecūdus Adam ꝓ
diret ex ſecūda Eua, immiſit in eā Deus
ſoporem altiſſimæ contemplationis my
ſteriorū reparationis mundi. Editus er-
go eſt Chriſtus ſummo cum gaudio Ma B
riæ, quem intuens attingere non audet,
ſciens Deum ſuum eſſe,ſed perfecta cha
ritas foras miſit timorem : & quaſi ma-
ter accipit, oſculatur,ſecumque comple-
ctitur,ſed ſtatim reclinat eum in præſe-
pio. An nō hoc crudele & inhumanum
videtur, tenerrimum infantem nunc na
tum in duro ponere pręſepio?

Hoc nobis certum ac indubitatū ſit,
aīoq. inſideat noſtro, ſicut Spiritu San-
cto Maria concepit Chriſtum, ſic Spiri-
tu Sancto inſpirante facta non dubites
oīa quæ circa eum egit. Idem ergo Spūs
Sanctus eū mouet, & Chriſtus incitat ,
vt in pręſepio reclinetur. Sed dn̄e nō ti-
bi aptior locus maternum pectus? Vtiq;
poſt paternū pectus nullibi dulcius con-
quieſcit q̄ in matris gremio, nec in thro C
nis, nec Seraphinis, ut quid ergo dn̄e in
præſepio reclinare vis? Rn̄det. Erat Adā
in paradiſo in honore non intellexit ,
comparatus eſt iumentis,mittitur in be-
ſtiarum locum,homini enim paradiſus,
hic mundus beſtijs , conditus fuit . Ve-
nit Chriſtus , peccatum Adæ ſoluturus,
eius perſonam induens, ac agens . Ideo
poſtquam fuit in virginalis vteri , & pe-
ctoris paradiſo , exit in beſtiarum locū,
quod eſt præſepe. Ad quid enim putas
venit puer hic, niſi ut hominum perſol-
uat peccata , & hoc ex toto iuſtitiæ ri-
goro,

Digitized by Google

A gore,qui tot debita ſoluturus eſt, an non a puero ſoluere incipiat? Qui pr̄ factus futuri ſæculi, tot oneratur filijs miſeris, an nō incipiat laborare,vt eis prouideat? Iam ergo aſperitate præſepis pęnitētiam agit pro delictis noſtris, iam merita nobis cumulat,quo ēt ſupbiam, & delicias noſtras carpit. Quis locus durior,& abiectior,quam præſepe puero, Crux viro? Hos elegit Chriſtus: tu vero, ò homo,
Bern. quid eligis? Bernardus: Aut Chriſtus decipitur,aut mundus errat. Ille decipi nequit,qui ſapientia eſt, ergo mundus. Sed tu,ò fidelis,quid alta,& delicioſa quęris, cum videas Chriſtum in præſepio.

Vidimus cur Chriſtus præſepe elegit, ſed uidēdum reſtat, propter quid Maria
B eum id reclinat? Habet regina ornamenta? Vnum erat ei ornamētum,Chriſtus. Quo pulchrior illa eſt, quam terra omni arbore,& flore,& quam cęlum ſtellis ornatum, tam pulchra, vt ad eius conſpectum inuitare poſſimus, non homines tantum, ſed & angelos patris faciem videntes,in quem deſiderant angeli proſpi
1. Pe. 2 cere,ait. 1. Petr. 2. Quomodo ergo Luna noſtra tam pulchra Sole iuſtitiæ,quomodo Regina noſtra tanto ornata monili,illud a ſe tollit,& in præſepio ponit? Maximè cum omnia in eo uno haberet, & ſummis gaudijs perfrueretur ex illius conſortio. Quam gratia erat illi beneficio immenſo,dicens. In meis habeo brachijs eum,qui me condidit,qui me in matrem elegit,quomodo ergo eum in præſe
C pio reclinat?

O Virgo benedicta, ſi hoc mente ualemus comprehendere, quas tibi referamus,gratias pro munere tanto? A te tollis filium,vt nobis des,ponis illum in pręſepio,loco beſtiarum, vt nos beſtiæ eo fruamur. Ego eum nutriam,ait virgo,& hominibus dabo,ſicut pater dedit. Sicut
Simile qui uitulum ſignatum nutrit, ac impinguat,vt cum impinguatus, & dilatatus,
Lu. 15. optimuſque fuerit, illum dono det amico ſuo,ita Maria ſe habet. En vitulum noſtrum ſignatum paſcualem, quem nobis nutrit,& donat Maria.

Quę tibi debemus mater matrum,ſancta ſanctarum amantiſſima inter amantes filium det tibi pater, & tu eum matris,nobis das, & cum illum lactas, hoc cogitas: Hunc agnum nutrio hominibus,laborabo,vt eum nutriam, & craſſum hominibus præbeam, & huic tanto dono gratus non eris? Fingit Poeta Didonem in ſinu fouentem. Cupidinē,igne illius comburi. Ecce Maria in ſinu fouet infinitum amorem Chriſtum,& quos ille in ea excitaret ardores? Adhuc tamen a ſe tollit,ut tibi det. Fęlix beataque dies, qua nobis a patre,& matre Chriſtus conceditur. A

In Natiuitate Domini.

Verbum caro factum eſt. Euangelizo nobis gaudium magnum. &c. Io. 1. B

TRitum eſt ſermone prouerbium. Vbi rex adeſt, ibi regia curia eſt. Cum ergo rex cœli in ſtabulo Bethlehem ſit, ſine dubio ibi eſt uniuerſa curia cœleſtis. Et hoc ita eſſe confirmat Paulus. Hebr. 1. Cum introduceret primogenitum in orbem terræ,dixit. Et Heb 1.
adorent eum omnes angeli Dei. Illuc enim miſit cœleſtes omnes ſpiritus pater æternus, ut regem adorarent ſuum, eiuſque pedes deoſcularentur. Quod ille, qui in regis aula amicum habet familiariſſimum, & ſanguinis etiam coniunctione aſtrictum, certum auxilium ſe habere credit, ut omnia negotia perficiat ex voto,nos,qui in cœleſti Bethlehemitica curia matrem habemus ſanctiſſimam C
Virginem, quæ & mater regis eſt,certiſſimum in ea habebimus confugium. Ad eam ergo accedamus, vt matrem cum vnigeniti filii Dei,tum omnium noſtrū, Eccle.
dicentes. Monſtra te eſſe matrem. Sumat per te preces. Qui pro nobis natus. Tulit eſſe tuus.

Agēdum hodie nobis eſt de uniuerſali totius orbis letitia, quam Angeli paſtoribus annunciant futuram omni populo. Quæ. vt ab ipſo principio intelligatur oſtēdendū nobis erit,Chriſtum Verbum carnem factum,finē eſſe,& fructum vniuerſi huius mundi,qui in hoc conſtitutus eſt,

A eſt, vt nunc præberet fructum, quo dato, mūdus omnium perfectus eſt: gaudereque debet, ut qui finem aſſequutus eſt, in quem conditus fuerat.

Aduertendum ergo, ꝙ licet Deus uniuerſa decreuerit condere ſimul, & ſemel ab æterno, hoc tñ non tollit ordinem inter ea, q̃ voluit, vt hoc uoluerũt pp illud: ſic voluit mundum condere pp hominē.
Deu. 4. Deut. 4. Quæ creauit Deus tuus in miniſterium omnibus gentibus, ſic gratiam propter gloriam. Oſtendēdum ergo nobis eſt, primum omnium, quæ Deus decreuit facere, fuiſſe; Verbum carnem fieri, propter quod omnia alia condidit, ſiue, quæ in cęlis, ſiue quæ in terris.

Pro cuius intelligentia notandum,
B Deum aliquid creare, non eſt aliud, quā aliquid ſui cōicare creaturæ. Cum vero in Deo ſit infinitum eſſe, poteſt infinitis modis ſe diffundere, creans perfectiores, & adhuc perfectiores, ſine ullo limite creaturas. Sed optimus modus, quo ſe Deus pōt cōicare, eſt per hypoſtaticam vnionem: nec ullus eſt, qui hūc ſuperet: nec uerò ęquet. Nec. n. par ei eſt cōicatio illa, qua ſe beatis oſtendit in gloria, nec alia quæuis imaginabilis. Et ratio eſt manifeſta. Qm̄ in unione hypoſtatica non datur creaturæ Dei participatio, ſed ipſū eſſe diuinū, ut vere dicatur, & ſit Deus. Quare excellentius nihil excogitari pōt: & quo effecto, plane factum eſt ſatis diuinæ bonitati, quę infinitè fundere ſe vult. Attendentes quidam Philoſophi Dei infinitā bonitatem, & deſiderium, ꝙ ex ea proficiſcitur ſe diffundendi, dixerūt, impoſſibile eſſe, Dei bonitatem huius mun-
C di fabricam ſolummodo conſtruxiſſe, q̃ nihil eſt, ſi Dei bonitati comparetur, ſed plures, vel infinitos condidiſſe mundos. Si enim nihil aliud feciſſet, quam mundum iſtum, perinde fuiſſet, ac ſi ſummus pictor ſolum formicam unam depinxiſſet. Qua in re aliquo modo uerum dicebant: quorum tamen rationi multo melius occurritur opere iſto perfecto, verbum caro, quam ſi innumeros mundos cōdidiſſet. Cū enim videret Deus Optimus Maximus, quod etiam ſi plures, vel infinitos condidiſſet mundos, ſui partem ſolum dabat, ſeque imperfecte diffundebat, A decreuit alia viā ſe totum diffundere, pfectiſſimèq; ſe cōicare per hypoſtaticam unionem, qua non ſui partē, ſed totum ſuum eſſe humanitati dedit, & in illa omni creaturæ: quo effecto nihil ſui reſtabat effundendum, quia totus hic effunditur.

Ex quibus tandem ſequitur, cū Deus ſummo ordine omnia velit, quæ efficienda ab eo erant, primum, quod intendit, fuit; Verbum caro factum, & reliqua oīa pp ipſum, ut illud comitarentur, eiq; aſſiſteret, ad eum modum, quo pictor intendit in tabula præcipuam aliquam imagi- Simile
nem effingere, ſed in circuitu eius plura alia depingit, quæ Hiſpanè dicuntur [Lexos] ut præcipua imago magis, ac magis B
eluceat, & ſe in oīum conſpectum det, pulchriorque appareat. Ad hunc prorſus modum præcipuum opus, ꝙ diuinus ille artifex intēdit in oībus, quæ extra ſe operatus eſt, fuit Verbum caro, reliqua uerò oīa, ut ei inſeruirent, illique ornamento eſſent, & decori. Et ratio huius eſt, quia cum in omni opere ſuo voluerit Deus ſuam potentiam, bonitatem, ſapiētiam, & gloriam manifeſtare, hæc autē omnia maximè manifeſtauerit in hoc opere, in quo ſe totum effudit, hoc primo fuit ab eo intentum, quia in omnib. reliquis operibus, etiam ſimul congregatis, non ſic oſtendit, quæ mundo voluit eſſe manifeſta, ut in hoc opere.

Præterea, cum oīa q̃ a Deo ſunt, ordinata ſint, ſicut oīa pp ſui gloriam fecit, ſic vnum pp aliud, & ſic aut Chriſtus ꝓpter nós, aut nos pp illum. Quod ille pp C
nos, non adeo in eius gloriam cedit, ac maieſtati illius cōſonat, quam ſi nos pp illum, & maioris momenti eſt bonum animæ Chriſti, quā bona omnium Angelorum, & hominum. Nos ergo pp illum eſſe oportet, ut minus bonum propter maius. Si Regi natus eſſet deſideratiſſimus filius, ac optatiſſimus, diceret uero quiſpiam: Rex lætatus eſt magnificè, Simile
quia natus ei eſt filius, qui ſeruum curet, reſponderes, immo lætatur præcipue ꝓpter filium, cuius bonū multò maius eſt bono ſerui, ꝓper accidens uerò de ſerui bono

A bono lætabitur. Hæc q̃ diximus, manife-
ſtis verbis Paul. aſſerere vr̃, cum ait. Co-
Colo.1 loſ 1. Qui eſt imago Dei inuiſibilis, pri-
mogenitus oĩs creaturæ, qa in ipſo con-
dita ſunt uniuerſa, quę in cęlis, & ĩ terra
uiſibilia, & inuiſibilia, ſiue Throni, ſiue
dñationes, oĩa p ipſum, & in ipſo creata
ſunt, & ipſe eſt ante oẽs, & oĩa in ipſo cõ
ſtant, & ipſe eſt caput corporis eccleſiæ,
qui eſt principium primogenitus ex mor
tuis, vt ſit in oĩb. primatum tenẽs, quia in
ipſo complacuit, oẽm plenitudinem in-
habitare, & per eum recõciliare oĩa. Lo-
quit ibi de Verbo in carne, ut patet cum
illud uocat, caput eccleſiæ, primogenitũ
ex mortuis, & qđ mundum inſtaurauit,
q̃ oĩa conueniunt Verbo in carne. Dicit
ergo eum primogenitum oĩs creaturæ,
B nõ quod ante oĩa natus, ſed quia de illo
ante oĩa decretum fuit. Et ſic ẽt accipien
dum eſt illud Baptiſtæ: Ante me factus
Ioan.1 eſt, ideſt, decretum eſt, ut fieret, antequã
de me decretum eſſet, ut ſic. Ait Paulus:
In oĩb. primatum tenens. Nihil ita pręci
puum, vt locum primum tenere in volũ
tate diuina, & primũ eſſe, de quo decerne
ret Deus, ut fieret. Hoc plane eſt, prima-
tum in oĩb. tenere. Vocat ẽt eum princi-
pium, & quod fuit ante oẽs, quod aliter
ei nõ conuenit, niſi quia de illo primum
Pſa.39 decretum eſt. Et hoc eſt illud Pſal. 39. In
capite libri ſcriptum eſt de me: ideſt, in
principio decretorũ a te fui ego electus,
vt tuam gloriam manifeſtarem.

Deinde verò reliqua oĩa ordinauit pa
ter pp ipſum. Fuit oĩs creatura ordinata,
vt cõueniens domus pareretur tãto prin
cipio, & ut oĩs creatura eſſet ornamen-
Eſa.49 tum eius, ſm illud Eſa. 49. Viuit dñs, qa
C oĩb. his velut ornamento veſtieris, & cir
cundabis eos tibi, quaſi ſponſa, quia. n. ſi
bi deſponſauit humanitatem, oẽm crea-
turam effecit in eius ornatum. Hoc di-
Colo.1 cit ad Coloſ. 1. In ipſo condita ſunt vni-
uerſa. i. pp ipſum, ſicut dicere ſoles ĩ ami
co. Diligo oĩa, quæ ad eum pertinent. Et
Eph.1. Epheſ. 1. Elegit nos in ipſo ante mundi
Ap.22. conſtitutionem. Ideo Apoc. 22. dr̃. Ego
ſum radix, & genus Dauid, quia tu non
radicem portas a Dauid, ſed radix te.
Quia ſecũdum diuinam ordinationem
prior eſt Chriſtus, quã Dauid, ſicut finis A
prior in intentione, licet poſterior execu
tione, & ideo Chriſtus in ſcriptura dr̃
germen, Eſa. 6. In die illa erit germẽ dñi Eſa. 6.
in magnificẽtia, & gloria, & fructus ter-
ræ ſub imis. Quo loco interpretatio
Chaldaica habet in die illa erit Meſſias
dñi in magnificẽtia, &c. Et Pſ. 67. Terra
noſtra dabit fructum ſuum, ideſt, Meſ- Pſa.67
ſiam. Sicut. n. fructus præcipuum eſt ar-
boris, & cuius producendi gratia, arbor
plantata eſt, ita Chriſtus eſt, cuius produ
cendi gratia, tota rerum mola cõſtituta
eſt. Ideo tp̃s Meſſiæ dr̃ a Paulo plenitu- Gal.4.
do tp̃is, quia tunc res eſt perfecta, & ple
na, qñ aſſequitur finem ſuum, ad quem
condita eſt. Quia ergo dum Deus factus
eſt homo, mundus aſſequitur finem, in
quem eſt conſtitutus, ideo tunc tp̃is ple- B
nitudo dr̃. Cum autem uenit plenitudo
temporis, miſit Deus filium ſuum. Hæc
ẽt fuit Hebræorum ſñia, quam illi colli-
gunt, ut refert Galatinus lib. 7. De arca- Heb.1
nis fidei. c. 1. & 3. ex illo Hierem. 33. Niſi Galat.
pactum meum ſtetiſſet, diem, ac noctẽ, Ier. 2
leges cœlo, & terræ non poſuiſſem. Sic
.n. locum illum illi legunt aliqua diuerſi
tate a noſtra lectione. Vbi nomen pactũ
hẽt literas, q̃ conſtituant eundẽ numerũ
ac Chriſtus, ut innuat, niſi Chriſtus futu
rus eſſet, nihil condidiſſem, quaſi ſolum
eius gratia omnia fuiſſent condita.

Ex quib. tandẽ colligit, mundum uni
uerſum ſolum, & quaſi ſolitariũ, & imp
fectum fuiſſe, donec Verbum caro fieret.
Id uerò hoc exemplo cognoſces. Plantas Simile
arborẽ, vis, primum radices mittat. Iam
hoc factum eſt, nõdum quieſcis. Vis, cre
ſcat, creſcit, nec dum contentus es, vis, fo
lia, & flores mittat. Hoc pactum eſt, ad-
huc deſideras fructum: quẽ cum videris,
quieſcis, & arborem pfectam dicis. Vni
uerſum hoc arbor magna eſt. Plantauit C
eã Deus mundi initio radicata eſt, dilata
taque folia, floreſque miſit Angelorum,
& hominum, ſed Chriſtus dominus fru
ctus illius eſt, ſolus ergo erat, & imperfe
ctus mundus, donec ille ueniret, dum
venit iam fructum colligimus. Ideo di-
citur Eſaia 9. Lætabuntur coram te, ſi- Eſa. 9.
cut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant

uictores

A victores capta prȩda, quando diuidunt
ſpolia. Omnis creatura ſemen fuit Chri-
ſti, in eius tendens productionem, illiúq;
expectans, qui dum venit, collectus eſt
ab oibus deſideratus fructus. Et demum
ſicut familia principi conſtituta, & ordi-
nata ſola eſt, dum princeps non eſt natus
nec quiſquam miniſtrorum perfectè fun
gitur officio ſuo: ita cum mundus vniuer
ſus fuerit domus, & familia Chriſto ordi
Simile nata, omnia ſola, & imperfecta erant, do
nec ipſe uenit. Rectè ergo vniuerſus mũ-
dus. Lætatur Chriſto nato tanquam in fi
ne aſſequuto, in functu, in deſiderio mun
di completo in Domino domum adue-
niente.

Idem autem, qđ de magno mundo di-
B ctum eſt, et intelligẽdum eſt de homine,
qui paruus mundus appellatus eſt a Phi-
loſophis, Chriſtum non habes, nihil es: ſi
eum habes perfectus es: qm̃ fructus tuus
Chriſtus eſt. Hinc Sapiens: Si quis erit
Sap. 9. conſummatus inter filios hominum, ſi
Gen. 1 ab illo fugerit ſapientia tua, in nihilũ con
putabitur. Terram appellat ſcriptura ina
nem, & vacuam ante Solis creationem:
quia homo ſine Sole iuſtitiæ eſt, ac terra
ſine ſole materiali. Ideò Paulus: Filioli,
quos iterum parturio, donec formetur in
Gal. 4. vobis Chriſtus. Cura ergo, in te Chriſtus
naſcatur, tunc enim perfectus, conſuma-
tuſq; eris, tunc exultare, & lȩtari poteris.

Sed viſa uniuerſali omnium, cõique lȩ
titia in Chriſti natali, ſigillatim percurre
C inus omnium creaturarum lȩtitiam. Leo
Leo Pa pa. Papa, Sermo 1. de Natiuitate Saluator
noſter dilectiſſimi hodie natus eſt: gau-
deamus: nec enim fas eſt, locum eſſe tri-
ſtitiȩ, ubi natalis eſt uitȩ. Nemo ab huius
diei alacritate ſecernit. Gaudeat iuſtus,
quia appropinquat ad palmam: gaudeat
peccator, quia inuitatur ad ueniam: gau-
deat Gentilis, qm̃ vocatur ad vitam. Ho
die uniuerſa creatura exultat: cœlum, &
terra, & Angeli præ lætitia geſtiunt, &
cãtant, & uſque ad infimam creaturam
deſcendit gaudij ratio. Omnis enim crea
tura nobilitata eſt: aſſumpta humana na
tura a verbo, in qua eſt collectio omniũ
creaturarum. Quis ergo tam vniuerſali
lætitia non perfruetur? quis in domo re-
gia cũ princeps naſcit̃, & oẽs lætantur, & A
parietes ipſis lætis tapetib. induuntur, nõ
gaudeat? Dicebat Franciſcus: Hac die, ſi
Rex eſſet, frumentum per campos diſper
ſurum, ut aues etiam tali die lætarentur.

Quis Angelorũ lȩtitia explicabit? Lo-
quit̃ Angelus: Annuncio vobis gaudium
magnum. Non eſt angelus ut homo, qui
dicet tibi: Eſto bonus, & ille erit deperdi
tus: Eſto lætus, & ille erit forſan triſtis.
angelus illuminatus illuminat: purgatus
purgat: lætus lȩtificat. Qui ergo hodie an
nunciant lȩtitiam, lȩtiſſimus eſt. Sed quȩ
angelis cauſa gaudii? Innumeræ ſane.

Prima: quia uident in hoc opere, ma-
ximè oſtendi Dei ſapientiã, potẽtiam, bo
nitatẽ, ſicque maximè Deum glorificari,
quod eſt ſummum eorum deſiderium. B
Scđa: vident ſibi germanã naturã a Deo
ſuſceptam in ſuppoſiti vnitatem, ut im-
pleat cœli ruinas, & dæmones ſibi inimi
ciſſimos uincat, & ex præſepio opus hoc
inchoat. Tertia: cum illi cuſtodes ſint ho
minum, nec huius cuſtodiæ finem aſſeq
poſſent pp cœlum clauſum, uident ueni
re eum, qui habet clauem Dauid, & ape-
rit, & nemo claudit: aperiet cœlum, &
creſcente numero beatorum, eis gloria
creſcit. Quarta: vident animam Chriſti
beatam, de cuius gloria magis illi gaudet
quam de ſua. Vident iam principem, &
caput ſuum, quo eorum regnum perfe-
ctum eſt: unde hodie lætantur vt regni
principes, cum Rex corona decoratur.
Sanctos uero patres in Limbo detentos, C
tanta lætitia diei huius fraudatos non eſt
fas credere. Hãc diẽ ſummis illi expetebãt
votis, & ſine dubio Angeli, qui hȩc paſto
rib. annunciarunt, ipſis et annũciauere!
Ibi.n. conſolationib. & viſitationib. An- Lu. 16.
gelorum fruebantur, ut dicit Abrahã ad
diuitem. Sed quo alio nuncio eos Angeli
magis conſolari poterant, q̃ Chriſti Na-
tiuitate? Et multis eorum reuelatum eſt
tempus huius Natiuitatis, vt Iacob, & Pſ. 11.
Danieli. Cum ergo Angeli hæc euange-
lizauerunt eis, tunc impletum eſt illud:
Vox exultationis, & ſalutis audita eſt in
tabernaculis iuſtorum: ſiue ea, quæ futu-
ra ſunt, conſiderent: ſiue quæ pceſſerũt,
vndique illis gaudii materia eſt. Si futu-
ra,

Digitized by Google

A ra: quia natus eſt ille, de quo ſcriptũ eſt:
Pſ. 15. Tu es, qui reſtitues hrẽditatem meã mihi,
Simile qui eos in libertatẽ vindicabit, & ducet
in regnum æternum. Quę lætitia eſt ca-
ptiuis, cum redemptor iam venit: maxi-
mè cum in patria, ſummis ſunt pfruituri
diuitis. Si vero, q̃ pceſſerunt, reſpiciãt,
gaudent maximè uidẽtes omnia eorum
promiſſa, quæ Deo præcipiente mundo
prædicauerunt impleta, & omnes figu-
ras ſimiliter veritati reditas.
Gen.2. Videt ibi Adam ſeipſum formatũ ſex
ta die ex virgine terra, ſignificaſſe ſcdm
Adam qui ſexta mundi ætate, ex Vir-
Gen.2. ginis viſcerib. erat proditurus. Videt fontẽ
illum exeuntem de Paradiſo, vt irrigaret
vniuerſam ſuperficiem terrę, ſignificaſſe
B Chriſtum, qui ex Maria oriebatur, quæ
Paradiſus eſt omniũ gratiarum, in qua
vt in Paradiſo cęleſti vidit aĩa Chriſti di
Gen.3. uinitatem. Videt ibi Adam impletam iro
niã, imò veritati redditam: Ecce Adam,
Gen.8. quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bo
num, & malum. Videt Noe, ſe arcã fabri
caſſe, in quam ingreſſus mundum reſti-
tuit diluuio deletum: id, verò ſignificabat
ſapientiam ædificaturam ſibi domum, in
quam intraret, vt mundum peccato per-
ditum reſtauraret. Videt arcum verũ, cu
ius Dñs recordatus iram placat, nec vn-
quam terram aquis diluuii perdet. Videt
Abraham è propinquo diem, quem a lon
Ioã. 10 ge videns exultauit. Videt impleri, quod
Ge. 15 ad eum dixit Dñs. Suſcipe cœlum: nume
ra ſtellas, ſi potes: ſic erit ſemen tuum,
C Chriſtus, ſ. cuius virtutes nullis numeris
Ge. 27 pñt cõprehendi. Videt Iſaac illud: Ecce
odor filij mei, quaſi odor agri pleni, cui
benedixit Dñs. Chriſtum Dñm hæc ver
ba reſpiciebãt: hic.n. ager eſt plenus, cui
benedixit pater omni benedictione: de
Ge.28. cuius plenitudine omnes accepimus. Vi-
det Iacob ſcalam, cui Dominus erat in-
nixus eam ſuſtentans, per quam angeli
aſcendunt, & deſcendunt, eſſe pueri hu-
manitatem, quam ſuppoſitum diuinum
ſuſtentat, per quam angeli aſcendunt,
& deſcendunt. Sicut ille dixit: Videbitis
angelos aſcendentes, & deſcendentes
Ioan.1 ſ[illegible] filium hominis: quia per eum ho-
mines aſcendunt in cœlum, ſimiles an-
gelis, & angeli deſcendũt vt nos tueanť. A
Sed, & Ioſeph nomen, quod accepit Ge. 41
Saluatoris mundi agnouit accepiſſe ſeſe
nomine huius pueri nati, qui vere Salua-
tor eſt mundi. Ibi videt Moyſes ſigna li- Exo.4.
berationis populi ſui, quæ ei Deus præſti
tit mirabiliora magis ſignificatione, quã
re. Virga illa, dum in eius eſt manibus,
virga eſt: at in terram proiecta, ſerpens Pſ. 109
apparet. Hic Chriſtus eſt, qui in pectore,
paterno, virga eſt virtutis Dei, quã miſit
ex Sion, & factus homo in terram deſcẽ
dens, ſerpens apparuit in ſimilitudinem
carnis peccati. Sed ſerpens æneus ſine vẽ Nu. 17
neno, quem aſpicientes morſi a ſerpenti
bus ſanantur. Manus Moyſi in ſinu ſa-
na, extra ducta leproſa apparens: Chri-
ſtus in ſinu patris incolumis, exiens in B
mundum, reputatus eſt lepra infectus.
Sic loquitur Eſa. 53. Et nos reputauimus Eſa. 53
eum quaſi leproſum. Videt etiam Moy- Nu. 17
ſes petrã, quæ largas dedit Iſraeli aquas,
Chriſtum ſignificaſſe, ex quo oĩb. gratia
dimanat. Ibi videt Aarõ florere virgam
ſiccam, & fructum proferre ſine ulla hu- Eſa. 7.
mana induſtria, ſignificaſſe, quod egre-
dietur virga de radice Ieſſe, & flos de ra-
dice eius aſcẽdet. Et tres pueri, qui in me- Dan.4
dio ignis viderũt ſimilem filio Dei cum
eis ambulantem, qui fecit rorem flãtem,
ne comburerenť, agnoſcunt hunc Chri-
ſtum eſſe, qui gratiæ ſuæ rore ſuos defen
dit ab igne cõcupiſcentiæ. Dies nobis de
ficeret, ſi omnia, quæ hunc puerum figu-
rabant, recenſere deberemus: omnia au-
tem hæc impleta viderunt ſancti illi pa- C
tres, & ſumma lætitia perfuſi ſunt.
Sed iã Chriſti lætitiam in hac die quis
enarrare ſufficiet? Rẽ.n. deſideratiſſimã
adeptus eſt, coniunctus dilectiſſimæ hu-
manitati: Omne uero impletum deſide-
rium gaudium ingenerat. Quodnam pu Pro.8.
tas fuiſſe Chriſti deſiderium maximum?
Vtique deliciæ meæ eſſe cum filijs homi Simile
num, quæ verba dixit, antequã fieret ho-
mo. Sicut enim quãdo decreuiſti feſtum
aliquem diẽ agere omnibus, quę lętitiam
pręſtare poſſunt in eum diem congre-
gatis, etiam antequam dies hic ueniat,
quando mente conſideras, & ordinas in
tellectu oĩa, quę in illa agenda ſunt die,
dele-

Digitized by Google

A delectaris eorum conſideratione, & tibi
dulceſcis, ſic diuina ſapientia cogitãs diē
hãc,qua inter hoĩes verſari debuit, & in
terris apparere, & uideri, maximè dele-
ctata eſt,dicẽs. Deliciæ meæ eſſe cũ filijs
hoĩum. Si verò ſola cogitatione delecta-
bit qd nõ delectet opere,& te deſiderata
fruente? Egredimini ergo,& videte filiæ
Can. 3. Sion regem Salomonem in diademate,
quo coronauit eũ mater ſua in die deſpõ
ſationis eius,& in die lætitiæ cordis illi⁹.
Sed,ò dñe, qd lætaris de hoĩum conſor-
tio,ac ſocietate? q̃ inde tibi cõmodo vene
rũt? Adeo deſideras hõ apparere, vt oẽs
hoĩes nunc ſcribi feceris ab Auguſto, ut
inter hoĩes numerareris? Tã gloriaris de
humanitate tua,vt ſp te filiũ hoĩs dicas?
Dama. Et ideo ait Damaſ. Pœnis,ærumnisq. ſu
bijci voluit. His.n.oſtẽdit hoĩem ſe eſſe,
B at peccatum oĩno recuſauit, atq; reiecit
quia contra hoĩs naturã cũ ſit, nõ eũ ho-
minẽ oſtẽdiſſet,ſed beſtiã potius. Qui.n.
Pſalm. peccat,quaſi iumentum efficitur, dicẽte.
Pſ. Comparatus eſt iumentis inſipienti-
bus. Ideo in diuinis literis ſæpe peccato-
res beſtijs ſimiles dicũtur, vt ergo in om
nibus ſe oſtendat hominem, peccatum,
vel leuiſſimum non admittit,hoc.n.con
tra hominis eſt naturam. Mira,fratres,
confuſio hinc nobis oritur.

Conſortio,& ſocietate tua Deus gau-
det,gloriaturq; tu ergo de eius familiari
tate nõ gaudebis? Ille incõmodis multis
obnoxius, de nõ cõſortio adhuc gaudet
&,tu eius ſocietate ditatus oĩbus bonis,
nõ gaudebis? Vidiſtine aliqñ regẽ, qui fa
miliariſſimè, ac humaniſſimè cũ vili ho
mine ageret,gloriamq; ſuã diceret,cũ eo
C verſari,& colloqui, ille uerò hoc faſtidi-
ret,Regiſq. amicitiã repudiaret? Viſum
hoc nunq̃. Sed cum Deo noſtro ſic a no
bis agitur,lætatur ille nobiſcum,delicias
ſuas dicit eſſe cum filijs hominum, glo-
riam ſuam hanc eſſe teſtatur, nos verò
eum deſpicimus,& faſtidimus,&c.
Ioã. 16 Sed iã de Mariæ lætitia,qs dicere vale
at? Si mulier cũ parit,triſtitiã hẽt,qa ve-
nit hora eius, cũ aũt peperit, iã non me-
minit preſſuræ pp gaudiũ,quia natus eſt
homo in mundum,quod Mariæ gaudiũ,
quæ exultatio, cum peperit ſine dolore?

Eſa. 35. Lætabit deſerta, & inuia,florebit A
ſolitudo,ſicut liliũ, germinans germina Eſa. 35
bit:exultabit lætabunda,& laudans, glo
ria Libani data eſt ei,decor Carmeli, &
Saron. O Virgo pulcherrima,qs te ho-
die intueretur ſpecioſam,ſicut Aurorã So
lem parientẽ, oĩum virginũ reginã Vir-
ginẽ, & oĩum, q̃ pepererunt reginã ma-
trẽ. Si Sara facti nouitate cõmota dixit.
Riſum fecit mihi dñs, & quicunq. audie Ge. 21
rit,corridebit mihi,eo q̃ ſterilis, & in sũ
ma ſenectute peperiſſet, ideoq. filiũ ap-
pellauit Iſaac,ideſt,riſum,qd dicat Ma-
ria cũ virgo conceperit, virgoq. pepere-
rit? Qũo non ridẽs gaudebit? Et oĩs au-
diens, virginẽ Deũ parere,nõ cũ ea ride
bit? Lætamini cũ Hieruſalẽ,& exultate Eſa. 66
in ea oẽs,qui diligitis eã,gaudete cum ea
gaudio. Sed interrogo ego a te,ò Virgo
oĩum beatiſſima,q̃ tibi optabilius, q̃ ti-
bi iudicas melius? Xpm in vtero retine- B
re,an editũ brachijs amplexari? Dũ eſt
in vtero tã tecum vnus eſt, ut fructus cũ
arbore,dum eſt in ea. Si naſcitur,& eum
brachijs tenes tuis eſt, vt fruct⁹ in manu
eius,q decerpſit ex arbore. Quod ergo
præeligis? Vt primũ præeligendũ, quia
maior eſt cum Xpõ unio. Ideo.n. ante
natiuitatem puero Angelus cuſtos non
aſſignatur, quia tunc vnum cenſent ma
ter,& filius,ſed cũ natus eſt, deputat,qa
duo iam numerantur. Adhuc tñ Maria
deſiderat natũ uidere, & deſideriũ illud
Eccleſiæ,uotũ ẽt Mariæ eſt optatiſſimũ. Can. 8
Sed q̃ inquis eccleſię deſideriũ? Illud uti
que,q̃ Spõſa uerbis illis ſignificat. Quis
det te fratrẽ meũ ſuggentẽ ubera matris
meæ,ut inueniã te foris, & deoſculer te. Simile
Sicut,q theſaurũ inuolutũ,& abſcõditũ
inuenit,domũ properat,& theſaurũ ape C
rit,intuetur,cõplectiturq. ſic Mariæ cõ-
tigiſſe non dubitandum. Poſuerat Deus
pater theſaurum abſconditum in agro
vteri uirginei,deſiderat Maria hunc ab-
ſconditum videre theſaurum, manibus
euoluere, amplexari, & exoſculari. O
immenſa gloria matris; Gloria matris
filius ſapiens. An non infinita gloria
Mariæ, dum ſe videt virginem, & ma-
trem,& matrem Dei tanti? Tanta glo-
ria matris eſt,ut dicat Ber. neſcire ſe,qd Berna.
maius,

Digitized by Google

A maius, humiliatio filij, an exaltatio mřis.
Exaltatio, q̃ cõparanda, conferendaque
eſt infinitę Dei humil ationi, qualis futu
ra eſt? Et inſuper cũ virgo perpetuò maneat, eã
ſalutare, & ei Aue dicere poſſumus abſ-
que illius vllo verecundiæ rubore, ꝙ nul
li conceditur mulieri, niſi Mariæ, q̃ ſola ſic
peperit, ut virgo permãſerit. Sicut. n. glo
ria Chriſti eſt, taliter hoc idem factum, ut
non deſierit Deus eſſe, ſic Mariæ gloria,
ꝙ taliter mater eſt, ut non deſierit virgo
eſſe. Et ſicut ſumme gloriatur Chriſtus,
ꝙ Deus hõ ſit, ita Maria, ꝙ mater virgo
ſit. Et ſicut optimus Deo titulus, & opti-
mum nomen, quo eum uocemus, Deus
homo, ſic Mariæ, mater virgo. Summa
ergo eius hodie eſt lætitiæ.

B De paſtorum gloria, atque lætitia, qui
primi vocati ſunt, ut Chriſtum viderẽt,
quid dicemus? Nouus homo Chriſtus,
nouũ regnũ, & oĩa noua facit, Ecce no-
ua facio oĩa. Ex his verò, quæ noua fiunt
a Chriſto dño in regno nouo, illud vnũ
eſt, quod pauperes principes ſui regni fe
cerit, quib. primũ cęleſtis regni promiſ-
Luc. 8. ſio datur. Beati pauperes, qm veſtrũ eſt
regnũ Dei. Vnde ſicut in hoĩum regno
nuncia oĩa læta, primum principib. dan-
tur, indique ad pauperes deſcendunt, ſic
Chriſti nati nuncium primum Euange-
lizatur pauperib. paſtoribus. Non ſine
Eſa. 6. grandi myſterio dictum eſt. Euangeliza
Mat. 11 re pauperib. miſit me. Et papuperes Euã
gelizantur, quia illis prima regni cęlorũ
nuncia læta dantur, non Romanis, nec
alijs principibus, vel Iudæorũ, vel gẽtiũ.

Et hinc poſtea eligit non diuites mun
di huius, ſed pauperes, diuites in fide hæ
C redes regni, vt primum fidem reciperẽt,
quam alijs prædicarent, quod iam a nati
uitate incipit. Meritò verò pauperib. hoc
tribuitur, quia illi ſolũ integrũ reciperẽt
Euangelium. Diuites enim dimidiũ ac-
cipiunt Euangelij, ſcilicet, illud, quod eis
futurum eſt honori, non verò quod one-
ri. Fidem quidem recipiunt, & ſe anti-
quos in fide gloriantur: fidemque mul-
tis ſucceſſionibus radicatam a patribus,
& auis gloriantur ſe habere, ſed opera
Chriſtiana exercere, quod onus eſt, reij-
ciunt, pauperibusq; relinquunt, ieiunia
cilicia, mortificationem, non hæc ab eis A
accipiuntur. In labore hominum non Pſa. 72
ſunt, & cum hominibus non flagellabũ-
tur, ideo tenuit eos ſuperbia. At paupe-
res vtrunque ſuſcipientes, fidem, & ope-
ra, digni ſunt, q in eccleſia primi, & prin
cipes exiſtant, ad quos proinde nuncia
præclara primum perueniant.

Sed iam de oĩum noſtrum lætitia ali-
quid reſtat dicendum. Lætandum ergo
nobis in Chriſti ortu, ſicut lætatus eſt
mundus orto Noe, de quo eius pater ꝓ-
nunciauit: Iſte conſolabitur nos ab ope Gen. 8.
ribus, & laboribus manuum noſtrarum
in terra, cui maledixit dñs. Hoc vero pa-
ter eius dixit, vel quia artem colendorũ
agrorum adinuenit, vſus ab hoc beſtia-
rum opera, quib. minus laborat homo:
vel quia vinum inuenit, quo laborantes B
in laboribus ſuis recreantur, viresque re
cuperẽt. Merito proinde pater Noe, ait.
Fælix, lęta, hilariſque ſit natiuitas Noe,
qui hoĩes leuauit in laborẽ ſuo, ſed nos
potius lætemur, & exultemus, quia na-
tus eſt nobis Chriſtus dñs, qui verè con
ſolabitur nos ab operib. manuũ noſtra-
rum, in terra, cui maledixit dñs. Laboras
ne tu: dolore affligeris, angeris aliqua an
guſtia? Vtrique. Dic ergo illa, & vide, an
Chriſtiani ſit anguſtia, an verò Ethnici?
Dolor, & anxietas Chriſtiani nõ de hac
re eſt, ꝙ pauper ſit, ꝙ honore careat, qd 1. Co. 4
infirmitate grauetur. In his enim cum 2. Co. 7
Paulo dicit. In oĩbus tribulationem pati
mur, ſed non anguſtiamur, &: Supera-
bundo gaudio in oĩ tribulatione noſtra,
& dum infirmor, tunc potens ſum, & ite
rum: Nõ ſolum aũt, ſed & gloriamur in
tribulationibus, hoc eſt Chriſtiani cor, C
hæc uox fidelis. Quę ergo eius anguſtia?
quis mæror? Certè terra, cui maledixit
dñs. Tolle a me terrã, cui maledixit dñs,
reliqua facilia mihi erunt. Sed quæ terra
iſta? Illa, propter quam ſe infœlicem pro Ro. 7.
clamat Paulus. Infœlix ego homo, quis
me liberabit de corpore mortis huius?
Tolle a me hanc terram, quæ ſpinas, &
tribulos germinat, hanc, quæ me accen-
dit ira, eleuat ſuperbia, deijcit timore, in-
flammat cupiditate diſſoluit tepiditate,
Hæc eſt Chriſtiani moleſtia, hoc onus,
hic

Digitized by Google

A hic labor. Angeris, affligeris hac de re?
Exulta naſcit' tibi mũ ver⁹ Noe,q labo-
Exo. 3. res tuos leuet gratia ſua,q irã mitiget,li-
bidinẽ extinguat, carnẽ domet, ſupbiã
frangat. Vnde poſtq̃ ſe infęlicẽ dixerat
Paulus,addit:Quis me liberabit de cor
pore mortis huius? Gratia Dei per Ieſũ
Rom. 7 Chriſtum. Hic plãtauit uineam, ex qua
Pro. 31 vinum illud profleat,de quo dr̃: Dare ſi-
ceram mętentibus,& vinum his,qui a-
maro ſunt animo. Iſte conſolabitur te,
iſte manſueſcere faciet ferociſſimas be-
ſtias paſſionum tuarum, vt eas non ti-
meas,nec tibi noceant. Inde Eſa. 11. pro
phetato Saluatoris aduentu, ſubiungit
propheta eius fructum,dicens: Et dele-
ctabitur infans ab vbere ſuper forami-
ne Aſpidis,& in cauernam Reguli, qui
ablactatus fuerit,manum ſuam mittet.
B Non nocebunt, & non occident in vni-
uerſo monte ſancto meo, quia repleta ẽ
terra ſcientia dñi,ſicut aquæ maris ope-
rientis. Quib. verbis ſignificat paſſiones
noſtras,crudeles,ac venenatos ante ſer
pentes,gratia Chriſti incantãdos,vt ve-
neno amiſſo non noceant iuſtis. Veniat
ergo hic Saluator noſter, ſuſcipiamus
Eſa. 9. eum cum gaudio. Ad hoc. n. venit,ut iu-
gum oneris eius, & ſcept rum exactoris
eius ſuperaret,noſque in libertatẽ vindi
cet,&c. Omnis ergo cauſa lætitiæ nobis
hodie proponitur Videmus. n. portam
Ezechielis principi ſeruatam,q́ eſt Ma-
ria,in qua ſedet dominus in ſignum cle-
mentiæ,ut Dauid cum in porta ſedit. 2.
Reg. 19. & 2. Paral. 5. deſcendit nubes ĩ
domum domini,lætante vniuerſo popu
lo,quia intelligerent,ad eos venire Deũ,
vt eos protegeret. Sed hodie,vt Iſa. loq-
C tur,deſcendit dñs ſuper nubem leuem,
Iſa. 19. & ingreditur Aegyptum, vt nos ſaluet.
Miſerat ante Angelũ ſuum, nunc uerò
ipſe deſcẽdit. Summa hæc miſericordia,
potior multo,q̃ illa, ſicut multo plus eſt
regem venire in ciuitatis auxilium, quã
Simile ad hoc miniſtrum deſtinare. Lętandum
nobis,quia uenit princeps, cuius impe-
rium ſuper humerum eius. Paſtor,qui
eripiet gregẽ a leonib. vt Dauid, doctor
iuſtitiæ,iudex qui ex vſuris, & iniquita-
te nos liberet: Sacerdos, qui thurribulo

Deum placare nouit, hodie ex ſacrario A
exit,& officium plorando incipit. Sed ei
reſpondent Angeli canentes,& laudãtes,
perficiet officium in cruce,dicens. Con-
ſummatũ eſt,ꝙ eſt. Ite,miſſa eſt. Naſcit
agnus,q aperiet librũ,& ſoluet ſignacu
la eius. Agnus,q tollit peccata mundi.

In die S. Stephani Prothomartyris.

Video cęlos apertos,et Ieſum ſtantẽ,&c.

DVo planè mira ſunt ſponſalia. Al-
terũ Spiritus ſancti cum Maria, ꝙ
tunc præcipuè contractum eſt,cum diui Luc. 1.
nus Spiritus ſuperuenit in illam, & vir
tus altiſſimi obumbrauit ei. Huius de
ſponſationis fructus extitit Ieſus,qui he
rinatus eſt nobis. Alterum verò Chri-
ſti Seruatoris noſtri cũ Eccleſia, in quo
tanta fuit huius ſponſi in chariſſimã ſibi B
ſponſam eccleſiam amoris magnitudo,
vt in ipſo virginis vtero, quaſi in thala-
mo voluerit arctiſſimo omnium fędere
cum illa copulari,exiuitque in hunc mũ
dum quaſi ſponſus procedens de thala-
mo ſuo. Nec verò in hac deſponſatione
fructus deſiderantur vberrimi, ſancti. n.
omnes quaſi virgulta quædam, germi-
na, & tandem filii extitere ex hac orti
deſponſatione, miſit. n. filium ſuum in
mundum,ut adoptionem filiorum reci-
peremus. Illi uerò præcipui filii Eccleſię
Chriſtique numerantur, qui martyrij Gal. 4.
palmam ſunt cõſecuti. Quorum primo-
genitus hodie celebri feſto recolitur Ste
phanus,qui uerè naſci dicuntur,cum ex
huius mundi anguſtiis in cœleſtem pa-
triam euolãt,& ſic eorum mortem eccle
ſia natale dicit. Sicut enim puer ex angu Simile
ſtiis vteri prodit in ampliſſimum orbẽ, C
ita martyr,ex anguſtijs mundi huius ꝓ
cedit in ampliſſimam gloriã,ſic eis Chri Ioã. 16
ſtus dixit. In mundo preſſuram hẽbitis.
Naſcitur ergo Chriſtus in terra, ut hõ
renaſcatur in cęlo. Ponitur Chriſtus in
præſepio inter aĩalia, vt homo colloce-
tur in throno gloriæ inter Seraphim. Vt
tantum hoc natale explicemus, opus eſt
gratia,&c. Miſſi exploratores à Moyſe, Nu. 17
vt conſiderent terram promiſſam, eam
quidem laudãt,ſed animo defecit popu-

Digitized by Google

A lus,audiẽs,difficilẽ eſſe pugnã,vt eã obti
neant,qa vt illi dñt, in ea Gigãtes ſunt,
& terra deuorat habitatores ſuos. Sed
Ioſuè,& Caleb,multis verbis exhortati
ſunt Iſrael,ne animum deſponderet, &
tandẽ poſt alia multa,aiunt. Sicut panẽ
eos poſſumus deuorare,qa Dñs nobiſcũ
eſt. Oẽs viã in cęlũ aggreſſi ſumus,innu
mera patriæ illius bona nũtiata ſunt no
bis,ſed itineris difficultate,& pugnæ,ali
qñ aĩo deficere ſolemus. Ideoq; propo-
nit nobis Dñs uiros,q uerbis, & exẽplis
nos erigant,qđ munus pcipuè martyres
pręſtant,quorum dux hodie proponitur
Stephanus,q prior ſanguinem reddidit
Saluatori,vt erubeſcamus,qui nondum
B vſq; ad ſanguinẽ reſtitimus. Et licet eos
facilè liberare poſſet,& manus lapidan-
3.Re.3 tium Stephanum ariditate debiles red-
dere,ſicut manũ Ieroboã cõtra prophe-
tam extenſam,noluit tñ,qa & ipſis expe
diebat,& nobis,vt è varijs paſſionib.vi
tam conſumarent. Illis quidem,qm̃ ſic
maximas adepti coronas ſunt nobis, vt
exemplum relinqueretur patiendi mino
ra,vt Dei regnum aſſequamur.

Nullus planè eſt,qui cęleſtẽ non deſi-
deret beatitudinem, at plures eam, ſine
vllo labore,ac difficultate adipiſci vellẽt:
in quo Luciferi imitant ſuperbiã, cuius
Anſel. fuit illud pctm̃. Ait Anſel. & D. Tho. 1.
D.Th. par.q.63.art.3.quod gloriam quidem ſi-
bi reuelatam appetit, ſed eam concupi-
uit ac ſuam,& ſibi naturaliter debitam,
non aduertens à gratia Dei ipſi prouen-
turam. Cum vero ſoli Deo naturalis
C illa beatitudo ſit, q eã vt ſibi natura de-
bitã uult,interpretatiuè,& tacitè ſe Deũ
dicit,ideoq; dñt. Luciferum Deo æquari
uoluiſſe. Eũ verò illi imitãt, q in regnũ
quod præcepturus ſit filijs ſuis, & Do-
mui ſuę poſt ſe, ut cuſtodiant vias meas.
Hoc vero tam mihi gratum eſt, vt fami-
liariſſimus mihi ille ſit, qui hoc præſtat,
nec ſecretum ullum ab eo abſcondere
valeam. Hanc uerò parentum curā in fi
liorū educatione ſuis ſacris, hierogliphi
ciſq; literis Aegyptij pingebant piſce, q
dr̄ glanis. Fœmina.n.relinquit oua, pa-
Simile ter uerò eis incubat, eaque defendit, do-
nec creſcēt, & ſe tueri ualeant filii, & ſic
in eorū cuſtodia eſſe ſolet per quadragin
ta, & quinquaginta dies. Hæc refert Ae-
Aeli.6. lianus, dicitq; hunc piſcē ſpēm eſſe Silu-
ri, quē nos dicimus, ſollo. Athenęus illū
dicit, ycam. Sed his nuptijs, de quib. huc
B uſq; diximus, & ad quas nunc Chriſtus
vocatus eſt, alię nuptię ſignificantur, ad
quas Chriſtus uenit, & deficiente uino,
ab eo large conceſſum eſt. Has uero his
diebus Eccleſia explicuit, dicens: Hodie
cęleſti ſponſo iuncta eſt Eccleſia, qm̄ in
Eph.5. Iordane lauit Chriſtus eius crimina, cur-
runt cum muneribus Magi ad regales
nuptias, & ex aqua facto uino lætantur
conuiuæ. Vnde cum Paul. extuliſſet ma-
trimonij ſacr̄m, adiunxit: Ego autē dico
in Chriſto, & Eccleſia. Primò.n. deſpon
ſatus eſt Chriſtus naturæ humanę, eam
aſſumens in ſuppoſiti unitatem, & dein
de Eccleſiæ, q̄ ardentiſſimo dilexit amo
re, eiq; arctiſſimo uinculo, ac fœdere co-
pulari uoluit. Sed attende Dn̄e, quā tibi
ſpōſam accipias, an non Aetiopiſſam?
C an non deformem? an nō fœdam, atque
ignobilē? Ita ſe res habet. Sed Chriſtus
dilexit Ecclām, & tradidit ſemetipſum
p̄ ea, vt exhiberet ſibi glorioſam Eccle-
ſiā, non habentē maculam, aut rugam,
mundās eā lauacro aquæ in verbo vitæ.
Abluit eā in Iordane, ut iam pulcherri-
ma ſit, omniq; exuta ſorde, columbæ ſit
Oſeę 2 ſimilis Oſeæ 2. Sponſabo te mihi in fide
ſpōſabo te mihi in iudicio, & iuſtitia, &
in mīa, & miſerationibus, & ſcies, quia
ego dn̄s. Et deſpōſatio hęc tāto uinculo,
ac fędere copulata fuit, adeoq; verum eſt
mr̄imoniū, ut hoīum mr̄imonium dicat
Eph.5. Paul. huius figurā. Hoc ego aūt dico in
Xp̄o, & Eccleſia. Ad has nuptias, vt ve-
niret, inuitatus eſt Xp̄s multo ante per A
oēs prophetas, & tandem. Fiunt in Cha
na, q̄ eſt zelus, & amor, qa huius aduen Eſa.37
tus cā ſolus fuit amor. Sic Eſa. expoſito
Xp̄i aduentu, continuo oñdit gentiū vo
cationē, q̄ eſt ſpōſam, quoq; venire ad
nuptias. Et cum hæc dixiſſet, reddēs cau
ſam, addit: Zelus dn̄i exercituum faciet
hoc, non.n. hoīum meritum hæc obti-
nuit: ſed ſolus diuinus amor id perfecit.

In his nuptijs aquā in uinū vertit, qd
.n. nobis erat, niſi ullis, frigidaque aqua,
cæcitas in intellectu, debilitas in uolūta
te? Eramus natura filij iræ, & nos aliqñ
conuerſati ſumus p̄ deſideria carnis no-
ſtræ, ait Pau. Quis ergo calorē, & feruo- Eph.2.
rē Eccleſiæ dedit? Quis aq̄ in uinum uer
tit, niſi Xp̄s? Ante Xp̄i Dn̄i aduentum, B
qualis fuerit mūdus, oñdit Deus, cū aqs Gen.9
illū obruit diluuij. Quaſi diceret: Aqua
implemini exterius, qa interius ea pleni
eſtis. Quis tāto malo mederi poterat, ni-
ſi Noe, uineā plantans, uinū inueniens,
qui figura extitit Xp̄i, reparantis diluuii Ioā.15
dāna. Ille aq̄ in uinū uertit, q uitis eſt ve Ge.41
ra, hoc.n. uitis p̄ſtat, à qua rigat' uitis, q̄
illa in uinū uertit. Ille ergo ſpūm, feruo-
remq; Eccleſiæ dedit. Qd optimè expli-
cuit Iacob Gen.49. in Iudæ bn̄dictione,
a quo Xp̄s deſcendit, quē potius, q̄ filiū
reſpiciens, ait: Lauabit in uino ſtolā ſuā,
& in ſanguine vuæ palliū ſuū. Pulchrio-
res ſunt oculi eius vino. Qd Xp̄i palliū
niſi Eccleſia? Oībus his uelut ornamen
to veſtieris, dicit ad eū Eſa. Hāc ergo ve Eſa.9.
ſtē in uino lauat, dum ei cōfert ſpūm, ca- C
lorē, atq; feruorem. Hoc expectabat ſpō-
ſa, ideoque expetebat ſummis uotis eius
deſcēſum ī terras. Cāt.8. Quis det te fra-
trē meum &c.] Et dabo tibi poculū ex ui
no cōdito, & muſtū malorū granatorū
meorū. Quaſi dicat: Si tu Dn̄e uenires,
eſſet nobis uinū cōditū, qd tibi dare poſ
ſumus, eſſet feruor te præ ſente, & chari
tas oī ornata uirtute, atq. feruore. Et cū
ueniſſet ille gloriat' illa. Introduxit me ī
cellā uinariā, & ordinauit in me charita
tem. De quo uino nouo, atq. ferventi dr̄, Cant.2
Mat.9. Vinū nouum in utres nouos mit Mat.9.
tēdū eſt. Et in Actib. Muſto hi pleni ſūt, Acto2.
Vñ feruor Ecclæ, niſi ex Xp̄i p̄ntia? Ioel Ioel 2.
2.de-

Digitized by Google

A 2. deſcribens Chſi aduentũ ait: Filię Siõ
exultate, & lætamini in dño Deo vrõ,
q̃a dedi uobis Doctorẽ iuſtitiæ, &c. ſub-
iungit: Et implebunt᷑ areæ frumento, &
redundabunt torcularia vino. Apoſtolis
manifeſtè patet vinum redundaſſe, cum
eis dictũ eſt: Muſto hi pleni ſunt. Sed &
in primitiua Eccleſia redundauit hoc vi
nũ. Vnde namq; diuitiarũ contẽptus, &
voluptatum, virginitatis cultus, heremi
habitatio, angelica vita, niſi ex huius vi-
ni feruore, q̃ Xp̃s in Eccleſia redundare
fecit? Verè mutauit aq̃ nrãm in vinum.
Sed iã quis videat Eccl̃am, qui nõ dicat,
iterum eam in aq̃ verſam eſſe. Tãtus iã
B tepor, tanta tp̃alium cura, acſi Chr̃s non
Eſa. 1. veniſſet. Verè ei dici põt illud Eſaiæ: Ar
gentum tuũ verſum eſt in ſcoriã, vinum
Can. 5. tuũ mixtũ eſt aqua. Vbi iã illud, Bibite
Simile amici, & inebriamini chariſſimi. Deſpõ
ſat᷑ Rex uili fœminæ, vidẽs ea tãtam in ſe
Regis dignationẽ, eũ feruentiſſimè dili-
git, oĩa illi obſeq̃a p̃ſtat, ſed tpe procedẽ
te, tanti oblita beneficij, tepet. Cum ſe
principio vidit Eccl̃a a Xp̃o in ſponſam
aſſumptam, cũ feruore ſummo dilexit,
ſed iam refrigeſcit charitas multorum.
Hier. 2 De quo ad Synagogã loq̃tur Hier. 2. Re
cordatus ſum tui miſerans adoleſcentiã
tuã, & charitatẽ deſponſationis tuæ, q̃n
ſecuta es me in deſerto. Quid inuenerũt
in me patres veſtris iniquitatis, vt dereli
querint me, & ambularent poſt uanita-
tẽ? An non ad Eccl̃am ſimilia verba di-
ci p̃nt? Renouamini ergo fr̃es ſp̃us mẽtis
veſtræ, & tanta mĩa non excidat a men
te veſtra, ut Dei ſponſi obliti ſitis, &c.

Alia eſt deſpõſatio Xp̃i, qua deſponſa
i. Co. 2 tur aĩæ, q̃ in gr̃a eſt, de qua Pau. deſpondi
Ap. 19 vos uni viro, de qua & Apoc. 19. Gaudea
mus, & exultemus, & demus gloriam
C Deo, q̃a uenerunt agni, & uxor eius prę
parauit ſe, & datũ eſt ei, ut induat ſe byſ
ſino cãdenti. Byſſinũ aũt iuſtificationes
ſanctorũ ſunt. Merito dr̃, Gaudeam⁹,
Lu. 15. Quia gaudium eſt in cęlo ſup uno pc̃tõ-
re pn̄iam agẽte. Tunc. n. aĩa Xp̃o deſpõ-
ſatur, datur aũt ei byſſina ueſtis iuſtitię,
& gr̃æ. Sicut ut Rachel ei det᷑ ſponſa, la-
borat Iacob multis annis, ſic etiã ut aĩæ
Ge. 29. Xp̃s ſpõſetur, uſq; ad mortẽ laborauit,
nec unq̃ ab opere vacat. Adhuc. n. inſpi A
rationib. plurimis curat, ut ipſi copulet᷑.
Sed dñe q̃ aĩam in ſponſam uis, an non
uides, q̃ q̃ras? q̃ diligas? q̃ uelis? quãtum
inter te, & illã diſcrimen, nobilitate, diui
tijs, pulchritudine? An non illa filia iræ,
venundata ſub pc̃õ, denigrata ſup car- Lc. 21.
bones, debitis onerata? In lege p̃ceptum
eſt, ſummũ ſacerdotẽ ducere uxorem de
populo ſuo virginẽ, tu ducis fornicariã,
alienigenã, & oĩa eius debita ſoluturus
es tanq̃ uir eius, unde capiẽdus es, flagel-
landus, crucifigendus? Adhuc hanc ſpõ- Eze. 16
ſam ſibi Xp̃s ſumere deſiderat, nec legẽ
violat, quia cum ei fit uxor, ex fornicariã
virgo efficitur. Vñ ait ille: Amodo uoca
me, pater meus dux virginitatis meæ. Et B
Paul. Virginẽ caſtã exhiberi Xp̃o. Ipſe 1. Co. 2
dotat eã, ditatq; gr̃a, virtutib. ac donis, ut Heſt. 2
tãto ſponſo digna ſit, & in triclinio ſuo,
vt Aſſueri ſpõſa digna p̃cipit ornamẽta
tãto uiro. In his verò nuptijs, cum aĩa a
pc̃õ recedens, Xp̃o deſponſatur, vinum
deficit, q̃a oĩs terrena conſolatio abijciẽ-
da eſt, quæ verò ſine cõſolatione eſt, ſine
vino lætificate cor, eſt. Sicut. n. cum ſer- Deu. 21
ua ducenda erat in vxorẽ, lex p̃cipit, ca-
pillos, unguenſq; p̃ſcindere, ſic oĩa ſuper
flua reſcindẽda ſunt aĩæ Deo deſponſan
dæ. Hinc Pau. Cõtinuo nõ acquieui car- Gal. 3.
ni, & ſanguini, & q̃ mihi fuerunt lucra,
arbitratus ſum vt ſtercora. Sic Magdale
na, ſic oĩs aĩa Deo in mr̃onij iungenda,
aut illud Hie. Vſquequo delicijs diſſoluę Hie. 31
ris filia uaga? Vinũ ergo nõ eſt, ſed aqua
lachrymarũ in his nuptijs copioſa. Nũ
ſic aĩa relinquẽda? abſit, ſine conſolatio-
ne. n. hõ diu viuere non põt, ait Ariſt. Et Ariſt.
Aſſueri conuiuio vinum abundans eſſe Heſt. 2
perhibetur, ut magnificẽtia regia dignũ C
erat. Qd ergo vinum, q̃ conſolatio dabi-
tur aĩæ reijcienti oẽm terrenam? Illud Pro. 31
vtiq; vinum, de quo ſcriptum eſt: Date
ſicerã mœrentibus, & vinum his, q̃ ama-
ro ſunt aĩo. Bibant, & obliuiſcãtur pau-
pertatis ſuę, & dolorum ſuorum nõ re-
cordent᷑. Aqua hic in vinum vertitur, cũ
dulces illæ lachrymæ ſunt, & diuina in-
funditur conſolatio terrenã relinquenti,
impleturque illud Pſalmi. Iuſti epulen- Pſa. 6-
tur, & exultent in conſpectu Dei, & de-
lecten-

Digitized by Google

A lectentur in lætitia,&, guſtare,& uide-
Pſa.33 te,quã ſuauis eſt dñs. Hanc verò aĩæ cũ
Deo deſponſationẽ, miris uerbis deſcri-
Eze.16 bit Ezech. 16.exẽplo Regis,qui uidit pro
Simile iectã in via puellã vilẽ, q̃ ille ſibi ſumit,
nutrit, ditat, & ornat, & demum eã in
vxorẽ ducit. Illa verò tãtorum oblita be
neficiorum, meretrix in oĩum oculis fit
Simile viro ſuo relicto. Si mõ Hiſpaniẽ Rex ex
poſitã,& ignotã puellã nutriret,ornaret,
& ſibi in ſponſam aſſumeret, beneficiũ
ſummum in eã cõtuliſſe diceremus. Qđ
putas in te collatum bñficiũ cũ uilẽ, &
peccatricẽ aĩam tuam gr̃a donauit? An
non viliſſimã aĩam in ſpõſam ſibi Deus
aſſumpſit? Audi ergo mirabile factum.
Eze.16 Ezec.16. Facta es mihi,laui te aqua,emũ
daui ſanguinem tuũ ex te, unxi te oleo,
veſtiui te diſcoloribus, calcaui te Iacin-
tho,ornaui te ornamento. Dedi armil-
las in manibus tuis, & torquẽ circa col-
lum tuum, & circulos auribus tuis, &
coronã decoris in capite tuo, & ornata
es auro,& argẽto, & veſtita es byſſo, &
polymito, & multis coloribus, & deco-
ra facta es vehementer nimis. Facta,in-
quit, es mihi,i. meo copulata coniugio,
laui te aqua baptiſmi,emundaui te a ſan
guine peccati, vnxi te oleo miæ, veſtiui
te diſcolorib⁹,i.diuerſis uirtutibus, Aſti-
Pſa.44 tit Regina a dextris tuis in veſtitu deau
Colo.3 rato,circundata uarietate. Audi hãc va-
rietatẽ ad Colo.3. Induimini ergo uiſce
ra miæ,bonitatem,humilitatem, mãſue
tudinẽ,patiẽtiã. Quid hac uarietate pul-
chrius? Calciaui te Iacintho, dum affe-
C ctus tui cęleſtia petunt,cinxi te byſſo,ar
millas in manib.tuis,i. bona opera, tor-
ques colli aurea,eſt charitas,inaures au-
ribus dat,cum aures dat legi obediẽtes.
Gen.3. Sicut Gen.24. In aures Rebeccæ dãtur,
corona in capite regni inſigne eſt, ſpon-
ſus.n. Rex,ſponſa Regina eſt. Ornata
es auro,& argẽto,i.diuina ſapiã, & ver-
bis. His facta es decora uehementer ni-
mis,in uxoremq; meã ꝑfeciſti. En nu-
ptias cum aĩa tua celebratas,en ornamẽ
ta tibi a ſponſo tua data. Sed quid obſe-
cro poſt nuptias tales, poſt tanta bñficia
a diuino ſpõſo collata,ſperãdum a ſpõſa
foret? Quid ſperares a puella vili,q̃ i ſpõ
ſam aſſumere Hiſpaniẽ Rex, ſicq. eã or A
naſſet. Vtriq. immẽſum amorẽ in Regẽ,
ſummã fidelitatẽ,immenſa obſeqa, hæc
oĩa a te pſtãda fuiſſent Deo tuo, ſponſo
tuo. Quid uerò feceris,audi ab eodẽ,pro
pheta tibi nunciata: Fornicata es ĩ noĩe
tuo, & expoſuiſti fornicationes tuos oĩ
trãſeunti,ut eius fieres. Tãta res hæc eſt,
vt iterum exẽplo nobis ſit explicanda.
Si Hiſpaniæ Rex uilẽ, & expoſitã, & Simile
ſine parentib. ſed terræ filiã puellã ſibi ĩ
vxorẽ aſſumeret, maximã illius puellæ
fęlicitatem diceremus. Si paulò poſt nu
ptias audires: Regina nõ cõparet, & qd
de ea factũ ſit, nec Rex nouit, maxima
oẽs admiratio teneret,eo auditu. Paucis
interpoſitis diebus audis: Iã qd de Regi
na factum ſit,nouimus,illa.n. fornicata
eſt cum ſeruo neq̃ Aethiope, cum eoque B
egreſſa ẽ regia,p mundum diuagat̃. An
nõ hoc facinus deteſtãdum,execreandũ-
que diceres? Rurſus audis: Regina in cu
riã reuerſa eſt,ibiq. in lupanari meretri-
ciã uitã ducit corã Regis, & oĩum oculis,
an non obſtupeſceres hac audita mulie-
ris impudentia? Sed rurſum interrogas.
Quid rex in hac re geſſit? quas adhibuit
vltiones? Quib.eã diſperdidit ſupplicijs?
Imo eã ſic diligit, ut mille ad eã miſerit
nũtios,rogãs,q̃ pacis ſunt,ut domum re-
giã reuertat̃,Reginaq; ſit,& oĩum iniqui
tatũ eius nõ recordabit̃ amplius. Et illa
qd ad hæc dicit? Nolle,ſed in lupanari p
manere velle. Si tale factum in mundo
ſtuporẽ induceret, qũo nõ maiora mira-
mur? Propter huiuſcemodi facin⁹ dictũ
eſt Hier.2. Obſtupeſcite cęli ſup hoc, & Hier.2
portæ eius deſolamini vehementer. Duo
mala fecit popul⁹ meus, me dereliq̃runt C
fontẽ aq; viuæ, & foderũt ſibi ciſternas
diſſipatas,q̃ cõtinere nõ ualẽt aquas. Si
pctõr adeo demẽtatus eſt, ut nihil ſe egiſ
ſe putet,nec doleat, paueat,ſtupeatq; fa-
cinus tm̃, cũ creatura ſtupeat dicatque,
fieri ne põt,ut hæc tu cõmiſeris? Qđ ſi le
ue tibi apparet,audi,qd feceris? Ne ter-
gas os tuũ,& dicas. Non ſũ opata malũ, Pro.20
ut mulier illa adultera. Qñ in diuinã ad
miſſa gr̃am es ĩ baptiſmo,uel alio ſacro,
qd tibi pſtitũ a Deo credis? Spõſa eius fa
cta es, ornata, ut ſupius explicuim⁹ eius
magnifi-

Digitized by Google

A magnificentia,ac liberalitate. Tãto Deo
deſpõſata fuiſti ò aĩa vilis, Qñ verò mor
tal.ter deliquiſti, qd te egiſſe exiſtimas?
Adulterium cũ dęmone fœdiſſimo ppe-
traſti: Hiere. 3. Qũo ſi cõtemnat mulier
Hier. 3 amatorẽ ſuum, ſic cõtẽpſiſtis me domus
Iſrael, dicit Dñs. A domo Dei, atq; obſe
quio diſceſſiſti, dęmoni obtẽperaſti, illi ĩ
ſeruã, & meretricẽ te dediſti, abiẽs in re-
gionẽ longinquã. Quo ſenſu, quo dolo-
re, qua moleſtia affeciſſe te credis diui-
nam illã, ac infinitã Dei maieſtatẽ, cum
ſe videat derelinqui pro vili dœmone?
Hier. 2 Audi dicentẽ: Me dereliquerunt, O em-
phaſin illius, me, qd inuenerunt in me
iniquitatis, vt derelinquerẽt me, & abi-
rent poſt vanitatẽ? Quid mali in Deo in
B uenisti, vt ab eo recederes? Quid ab eo
mali accepiſt? Sed eò deuenit dementia
tua, vt in lupanari oĩb. tranſeũtib. te ex-
poſueris corã Dei oculis. Id vero feciſti
cũ oĩ peccato, oſtentatione ianuã cordis
aperuiſti, & aditũ pbuiſti. Hoc noĩe hãc
Eze. 16 cõpellat iniqta ẽ Dñs. Eze. 16. Et acci-
dit poſt oẽm malitiã tuã. Vę væ tibi, ait
Dñs, edificaſti tibi lupanar, & feciſti ti-
bi proſtribulũ in cunctis plateis, & frõs
meretricis facta eſt tibi, noluiſti erube-
Hier. 3 ſcere. Quas contra te q̃relas diuina illa
bonitas dicere poterit? Me dereliqs, me
deſeris, me deſpicis? Quid dicẽt Angeli
vidẽtes, q̃ illi reuerẽt maieſtatẽ, & te cal
care? An nõ Angeli pacis hic amare fle-
rẽt, ſi p ſtatu poſſent? Hac de cã inferni
ignis loqt, hoc eſt ſcelus, ꝙ ego punio in
æternũ qd miramur ęternũ ſupplicium
tãto delicto? Sed ſileat oĩs creatura, & tu
Dñe loquere, tu conquerere, tu tñ ma ũ
exaggera, & extolle, tu vltiones adhibe,
C tu minas intenta, tu indigniſſimũ, dete-
ſtandumq; facinus digno ſupplicio caſti
ga. Quid Dñe hac in cã tibi agendũ erit?
Audi in auditã Dei miam, amorẽ, quo
ſtupeas, hæreaſq; Cũ ĩ hoc lupanari aĩa
tua ſit, mille ad te mittit nuncios, quibus
rogat, obſecratq. vt ad eum conuertaris,
ut iterũ ſpõſa eius, & Regina ſis. Quot
Angelos pacis nuncios ad te ſup hac re-
miſit? quot inſpirationib. cor tuũ pulſa-
uit? quot minis te terruit? quo blanditijs
te uocauit. Amatorie inſequitur nos, ait

Dion. Audi nũcios aliquos Hier. 3. Vul A
go dr: Si dimiſerit uir vxorẽ ſuã, & illa Dion.
fornicata fuerit cũ alio, nunqd ultra re- Hier. 3
uertet ad eã? Tu aũt fornicata es cum
amatorib. multis, tñ reuertere ad me, di
cit Dñs. Et infra eodẽ capite: Ergo ſaltẽ
amodo voca me, pr meus, dux uirginita
tis meæ. Nunqd iraſceris in ppetuũ, aut
pſeuerabis in finẽ. Et infra? Et dixi: Cũ
feciſſet hæc oĩa, ad me reuertere, & non
eſt reuerſa. Et infra: Reuerte auerſatrix
Iſrael, dicit Dñs, & nõ auertã faciẽ meã
a uobis, quia ſanctus ego ſum. Et infra,
Reuertimini ad me filij reuertentes, di-
cit Dñs, qa ego vir veſter. Et oĩs concio
nator modo id pagit, quod Pau. ait: Pro 1. Co. 5
Xpo legatione fungimur, obſecramus
pro Xpo recõciliamini Deo. Eſtne cor, B
ꝙ tanto amore non frangat? tantis blan
ditijs non emolliat? Cor ſuũ poſuerunt
aliqui, vt adamantẽ, redire noluerunt.
O cor adamantinũ igni inferni ſeruatũ,
vt emollieris. O duritiẽ dęmone dignã,
nõ hoĩe. Veni ergo vocatus toties ad nu
ptias tantas, ne recuſes, ne differas, & ſi
nõ agnoſcis ſpõſum tuũ: audi Ioan. dicẽ Ioan. 1
tẽ: Ecce agnus Dei. Colũba alba ſup eũ
deſcendẽs, quid ille ſit, oſtendit, tecu de
ſpõſatus eſt, nõ tua pulchritudine duct9,
ſed filiorũ amore. Hi verò filii opa tua
ſunt, quæ ab eo pcedunt vt patre, ab aĩa
tua vt matre. Cura hæc uirilia opera ſer
uare, ea. n. extinguere Pharao conatur
Exo. 1. Amor tuus in Xpm pcipuus ſit,
tanq̃ ſpõſæ in dilectiſſimũ ſponsũ. Amo- Exo. 1.
re hoc inebriare, dicq. Oſculet me oſcu-
lo oris ſui. Et cũ ĩ Chana Galileæ facta Cant. 1
hęc ſit deſpõſatio, diligẽd9 ſũme eſt ſpõ- C
ſus, & trãſmigrandũ hinc in cęlũ, vbi cõ
plementũ erit nuptiarũ. Chana. n. cœlũ
ſonat, Galilæa tranſmigrationem, &c.

Dominica III. poſt Epiphaniam.

Domine ſi vis potes me mundare. Mat. 8.

IMmenſum eſſe pctĩ malũ oñdũt effe-
ctus eius. Mala. ſ. pęnæ, quæ ferè innu
mera ab eo profecta ſunt, ſed & ſi infi-
nita eſſent, non æquarent peccati mali-
tiam, quæ infinita eſt: Sed quid mirum
infinitum malum ſit, qđ eſt cõtra infini

A tum bonum. Cũ verò effectus ſit, cãm re
præſentare, oĩs corporalis infirmitas a-
liquid nobis innoteſcere facit mali cul-
pæ. Aliqñ effectus continet in ſe oẽm vĩ
cãę, & tunc vnicus effectus cãm declarat
ſicut ignis productus ab igne, vim oẽm
ꝓducentis oſtendit. Aliqñ vero vnus ef
fectus vim oẽm cauſæ non manifeſtat,
cum.ſ.cauſa eſt æquoca, & vl̃is, vt ſol,
& tunc plures ſunt effectus neceſſarii,
vt cãæ uis pateſiat. Ex his pctm̃ eſt, cui⁹
tanta malitia eſt, vt vna infirmitate, &
malo declarari neutiquam poſſit, & iõ
plurib. manifeſtat᷑. Cęcitas oñdit tene-
bras peccati, lepra maculã, paralyſis inc
ptitudinẽ ad bona opera, & tãdẽ ſicut
eſt prima cauſa potiſſima, & oĩum opti-
ma Deus, cuius uis declarari nõ põt, vel
infinitis creaturis, qa bonũ eſt in ſe infi-
B nitũ, eas oẽs ſuperans in immenſum, ita
tanta peccati malitia eſt, vt oĩb. pęnę ma
lis ẽt ſi infinita eſſent, plene manifeſtari
non poſſit. Hodie vnũ ex peccati malis
oñdit᷑ in leproſo, cuius tanta eſt fęditas,
vt eũ abominemur, & horreamus. Tol-
lit ab hoĩe lepra colorẽ, ac decorẽ, nec ẽ
leproſo aſpectus, neq; decor, quo macu-
D.Th. la peccati ſignificat᷑. De qua agit D. Th.
1.2.q.86.& eã ſic declarat. art. 1. Macu-
la in corporalib. dr̃ eſſe, cum res pulchra
& ſplẽdida amittit colorẽ, ſplendorẽ, ac
pulchritudinẽ ſuã, ꝙ euenire ſolet ꝑꝑ cõ
tactũ alterius, q̃ eã maculat, in ſp̃ualib.
dr̃ macula ad huius ſiĩtudinẽ. Dupli ci
nãq; pulchritudine, atq; ſplẽdore aĩa no
ſtra decorat᷑. Alterõ ex refulgentia natu
ralis luminis, altero vero ex refulgentia
diuini, ſapientiæ.ſ.& gratiæ. Eſt aũt qua
ſi quidã aĩæ contactus, cum alicui rei in-
hæret aĩa ꝑ amorẽ. Cũ verò peccat, adhę
C ret creaturæ contra lumen rõnis, & di-
uinæ legis, unde detrimentum nitoris ĩ
Oſeę 9 de contractum dr̃ macula. Hinc Oſeæ
Ecc.47 7. Facti ſunt abominabiles, ſicut ea, q̃ di
Hier.2 lexerunt. Et de Salomone dr̃ Eccle. 47.
Dediſti maculã in gloriã tuã. Et ad aní-
mã peccatricẽ dr̃ Hiere. 2. Maculata es
in iniquitate tua, & quo pulchrior, & ꝓ-
tioſior res eſt, eo eſt macula deterior. Si
cut macula in aurea tela, aut purpura,
Simile multo eſt fędior, quã in uili. Cũ ergo aĩæ
pulchritudo, ac nobilitas tanta ſit, tũ na A
turalis, tũ ſupernaturalis, peccati macu-
la ſine dubio oĩum fędiſſima, & abomi-
nanda eſt. Cũ aĩa diuina illuſtrat᷑ gratia
tãta pulchritudine decorat᷑, vt audiat cę-
leſtẽ ſponſum dicẽtẽ ſibi: Tota pulchra Can.4.
es amica mea, & macula nõ ẽ ĩ te. Quid
qđ diuinos ad ſe rapit oculos, diuinũ cor
vulnerat pulchritudine ſua. Sic ille ait:
Vulneraſti cor meũ ſoror mea, ſponſa, Can.4.
&c. Sed peccato ita fędat᷑, vt eam Deus Aba.1.
reſpicere non ualeat. Hinc propheta:
Mundi ſunt oculi tui, & ad iniquitatẽ re
ſpicere nõ potes. Multas hmõi aĩas paſ-
ſim ꝑ vias publicas offendes, ſiĩes Sodo
miticis pomis, exterius qdẽ pulchras cõ
poſitas, atq; ornatas, ſed interius macu-
latas, & inferni ſentinas, a quibus maxi
mè cauendũ, & ſumma fugiendũ cura,
quaſi a leproſis. Facilè enim lepra incur B
ritur, ſi cum leproſo communices, ſi ab
eius conuictu non te ſepares. Quod no- Leu.14
bis ſignificauit Dñs præcipiens leproſos
extra caſtra, & ciuitates uerſari, nec quẽ
piam ad eos accedere. Leproſi huiuſmo-
di a ciuitatis ingreſſu arcẽtur, nec enim
illam poſſunt ingredi ciuitatem, quę æ-
dificatur vt ciuitas viuis ex lapidib. De
qua Apocal. 21. Nihil coinquinatum in- Apo.21
trabit in illam. Quod ſi cum peccati le-
pra illuc te intraturũ ſperas, audi Paul. 1.Co.6
1.Cor.6. Nolite errare, neque fornicarii
neq; idolis ſeruientes, neq; adulteri, ne-
que molles, neq; maſculorum concubi-
tores, neque fures, neq; auari, neq; ebrio
ſi, neq; maledici, neque rapaces regnum
Dei poſſidebunt. En leproſi arcẽtur ab
ingreſſu ciuitatis. Poſt illius ciuitatis de
ſcriptionem addit Ioan. Apoc. 21. Beati, Apo.21
qui lauant ſtolas ſuas, vt ſit poteſtas eo-
rum in ligno uitæ, & per portas intrent C
ciuitatis, foris canes, & venefici, & im-
pudici, & homicidæ, & idolis ſeruiẽtes,
& oĩs, qui amat, & facit mendacium.

Sed ais, leproſus ſum, quæ mihi medi
cina? quod mihi remedium? Audi, deſcẽ
dit Ieſus de monte, & ſecutæ ſunt eum
turbæ multæ. Deſcendit ille ad nos, quia
nos ad eum aſcendere non valebamus.
Eramus paralytici, ſicut ſeruus Cẽturio
nis, d quo ẽt hodie meminit Euãgeliſta.

Con-

A Contigit naq; humano gñi, ꝙ Miphibo
ſeth,quē nutrix portabat infantē, & ca-
ſu cecidit, & crura eius confracta ſunt,
2.Re.4 nec poterat ambulare,ut Reg.tradit hi-
ſtoria. Sic uniuerſū humanū genus ī pri
mis parentib.cecidit, & confractis cruri
bus ambulare nō pōt. Simul ēt dæmon,
à quo hō ſuperatus eſt, crudelitatē illā in
eū exercuit, q̄ Adonizebech in reges vi-
Iud. 1. ctos præcidit.n.ſummitates pedū,ac ma
nuū 70.regū,quos uicerat,eoſq.ſub mē-
ſa tenebat. Elationē planè aī incredibilē
atq. hoīs arrogantiā ſingularem, oībus
oīno ſæculis inauditā. Iis regib. deuictis
ſimiles tenebat dæmō uniuerſos hoīes,
quos ſuperauerat, aſcēdere nō poterant
B ad Deū. Deſcēdat ergo ad nos Deus. Si
Xps a pr̄is pectore nō deſcēderet,a iuſti-
tiæ mōte non declinaret, qs poſſet ſequi
Deū factorē ſuū? Iā deſcēdit ad infima,
ut infimi eū ſequi poſſimus. Iā nulla no
bis relinquitur excuſatio, ſi eū nō ſequi-
mur,qñ ſecutæ ſunt eū turbæ multæ. Mi
rabilis ꝓfectò deſcēſus Xpi,admirandā
uis humilitatis ipſi⁹,qñ poſt ſe rapit tur-
bas multas. Aſcēderat aliqñ De⁹ in mū
do,qñ ſtupenda in eo ꝓdigia fecerat mū
do inaudita,cū plagas tātas Aegypto in-
Ex.3.5 tulit,cū mare ſuis aperuit, Aegyptijs ue-
6.7.8.9 rò clauſit, ut deſcenderent in ꝓfundum
10.13. quaſi lapis:cū manna dedit ī deſerto, aq̄
14.16. de petra eos cōſequentē:cū ꝓceſſit Iſrael
in colūna ignis,& nubis: qn eorū ueſti-
mēta integra cōſeruauit: Solem ſtare fe-
cit. Ecce aſcēderat Deus in mōtē,in mō-
C te tunc pedes eius, q̄ pauci eū ſequeban-
tur,iidē ipſi,q hęc uiderant,eū continuo
reliquerūt, ut uitulos aureos adorarent.
Sed audirem mirabilem. Deſcendit hic
Deus de monte,uenit ad infima, Verbū
caro factū eſt,& habitauit in nobis. Se-
quunť eū turbæ multæ, tāta cōtentione,
tā acri ſtudio,ac deſiderio,ut innumeras
cōtinuo uideat turbas martyrū, choros
virginū,turmas confeſſorū, & eremita-
rū,tantaque mundi facta mutatio ſit, ut
ingens oēs ſtupor, atq; admiratio tene-
ret,qs hæc operatus eſt? Deſcenſus utiq.
Chriſti,plus deſcendens fecit, q̄ aſcēdēs
ſup Cherubin, & uolās ſup pēnas uēto-
rū. Mirabilis planè deſcenſus ad crucē,
ſed ibi oīa traxit ad ſe. Mirabilis De⁹ in A
maieſtate faciēs ꝓdigia,ſed mirabilior ī
humilitate. Deſcēdēte uerò Xpo iā nō-
bis ī terris medicus eſt,iā ꝓpe eſt ſanitas
leproſi,accedat leꝓſus. [Et ecce leproſus
veniens.] Leꝓſus in xenodochiū ducen
dus eſt,ibi parſimonia curādus, & aqua
ligni crucis: accedāt leꝓſi oēs,gñale ad-
eſt xenodochiū. Oīs pctōr admittiť: Oē Ioā.6.
qd uenerit ad me,nō eijciā foras, oīs hic
curať ægritudo. Sed qd mirū talib. medi
cinis uniuerſā curari infirmitatē. Sacra
ſunt in ecclīa Xpi ſanguinē continentia,
qs tali medicamine nō ſanetur: iā oī uerita
te impletum eſt illud Hiere. Nunqd reſi Hie.8.
na nō eſt in Galaad? aut medicus nō eſt
ibi? Quare ergo nō eſt obducta cicatrix
filiæ populi mei? Sanitatis ꝑ Xpm lepro B
ſis dādæ,mirabilis ꝓceſſit figura. 4.Reg.
5. Erat Naamā Syr⁹ uir fortis, & diues, 4.Re.5
ſed leꝓſus. Huic erat ī domo captiua I-
ſraelitica,q clamabat: Vtinā fuiſſet dñs
me⁹ ad ꝓphetā,q ē ī Samaria, certè curaſ
ſet eū à lepra q̄ hēt. Tandē uictus puellę
importunitate, uiā capit in Samariā, ſed
ſuperba cogitatione ductus, uoluit ad ſe
exire ꝓphetā,& modū ēt curationis ſibi
indixerat. Putabā,inquit, ꝙ egrederetur
ad me,& poneret manū ſuā ſup me, &
inuocaret nomē dñi Dei ſui. Recedit in
dignās,uidens hæc ſecū nō agi, donec ei
fidelis ſeruus dicit: Pr̄, ſi rē grandē dixiſ
ſet tibi ꝓpheta, ꝓfectò facere debuiſſes,
q̄tò magis cū dixerit: Lauare,& munda
beris? Obediuit,lauit, & ſepties merſ⁹ ī
Iordane aſcendit, lepra penitus receden C
te,regrediť grās actur⁹ ꝓphetæ, pluraq;
offert dona. Eximia qdē ſunt ī hoc loco
recōdita penitus.atq; abſtruſa myſteria.
Primūꝙ fit diues,fortis,ſed leꝓs⁹. Adiū
cta eſt lepra pcti diuitijs,& delit js. Qm Ecc.31
beatus diues,q inuētus eſt ſine macula,
ꝙ poſt aurū nō abijt, nec ſperauit ī pecu
nia & theſauris. Quis eſt hic,& laudabim⁹
eū,fecit.n.mirabilia ī uita ſua. Scdm,ca
ptiua,clamans. Remediū q̄rendū, uel tō
naturalis eſt,uel melius diuina fides, do
cēs ī ꝓpheta magno Ieſu, nobis propoſi
tā medicinā. Licet ſurdus ſis, q lepra te-
neris, adhuc quotidie audis clamantem
hanc puellā,tibiq. dicentem; Accede ad

Digitized by Google

A. Chriſtum,ad confeſſariū,vt a lepra cureris. Quid.n.ſi morte præoccuparis? ſi ab inferno abſorberis? hæc oīa voces ſunt huius puellæ. Tertiū, accedit leproſus diues,ſed indignans recedit. Qđ nō iuxta pſcriptū a ſe modū curet. Multi ſunt potentes,& diuites,q ad aiarū medicū, vel cōpulſi tpe veniunt, ſed ſi cōfeſſarius aliter quam ipſi velint,eos curare diſponit, recedunt furibundi,& aliū quærunt mitiorem confeſſarium,q pro libito ſuo eis pharmaca pſtet. Sed obſecro qđ medicū vocas,ſi eius pcepta ſequi non uis? Quartū maximè, conſiderandū verba ſunt illa: Si rē grandē dixiſſet tibi,&c. cū dānatus ſis ad æterna ſupplicia, cū merueris

B inferni pęnas,quid magnū a te poſtulari pōt, ut hoc redimas? Certè ſi oporteret oēs mundi labores ppeti, oēs cruciatus ſubire,ſi cathenas corpori admouere, ſi pilis camelorū indui, ſi millies uitā fundere. An nō hæc parua ſunt, ſi cū eo, qđ merebaris conferant? Si ergo rē grādem tibi diceremus, vt a lepra liber eſſes,facere utiq; debuiſſes, q̄to magis cū tibi ſolū dicat: Lauare,& mundaberis, confitere, & ſalu' eris. Dole,& dic: Peccaui & trāſferet dn̄s pc̄m tuum. Septies in Iordane lauari, ſeptē ſacra deſignat,quib. a peccati abluimur lepra. Quintū, ſaluus factus es,regredere ad dn̄m gr̄as acturus, ne ingratus videare, vt nouē leproſi mūdati: gr̄as Deo age p Ieſū Chriſtū, qui eripuit te de ptāte tenebrarū, & tranſtulit in regnū ſuum. Trade te ei,& oīa tua: licet.n.

C bonorū tuorū non egeat, gratū tn̄,& benefiiorū memorē aīum tuū,quaſi oblationē,& holocauſta acceptabit, implebi-

Pſ.49. turq; in te illud Pſ. Sacrificiū laudis honorificabit me,& illic iter, quo oſtēdam illi ſalutare Dei. [Ecce leproſus veniēs.] Veniat ergo Naamā ad pphetā, veniat leproſus ad Xp̄m. Oē pc̄toris malū hoc eſt,quod a Deo receſſit,& elongatus eſt, & q̄ maxime dæmon curat, illud eſt,eū magis,ac magis à Deo ſeparare, difficilēque reditum ad eum eſſe ſuadere. Nouit .n.illud Pſ. Ecce qui elōgant ſe à te, peribunt. Neſcit uerò miſer peccator, facilē ad Deum reditum eſſe,qa non Deus receſſit ab illo,ſed ille à Deo. Deus mutat' non eſt,tu mutatus es, redi eo, unde diſceſſiſti, & oīa integra ſunt,ſicut prius. A

Chriſtus deſcendit,ut tu uenias. Diſceſſiſti tu à Deo in lōgum ſpatium: maximā partem huius Xps deſcendens, perambulauit,te quærens. Deſcendit ad te,aſcēde ad eum,feſtiuè te recipiet. Sed veni, dum tp̄s tibi conceditur redeundi, dum ille te expectat,dum deſiderat, dum pro te orat. 2. Reg. 12. Aegrotat filius Dauid, 2. Re. 12.
& ille iacet ſuper terram, plorat,ieiunat orat pro pueri ſalute. Moritur puer,ſurgit Dauid,& lotus, vnctuſq; eſt, & comedit,dn̄t ei ſerui eius: Quis eſt ſermo, quem feciſti? Rn̄det ille, pp infantem cum adhuc viueret,ieiunaui,& fleui, dicebam.n. Quis ſcit, ſi forte donet eū mi- B
hi dn̄s,& uiuat infans. Nunc autē, quia mortuus eſt,quare ieiuno, nunquid potero eum reuocare amplius? Hæc duo licet inter ſe diuerſa, optimè in Xp̄o cohærēt, deſideriū ſalutis noſtræ, oblatio ſanguinis ſui pro nobis, omnibus modis curare ſalutem noſtram,dum viuimus, ſi fortè his uti uolētes uiuamus, & alia ex parte cum mortui fuerimus, nihil de nobis curare,nec pro nobis dolere,nec ullo modo refugium noſtrum eſſe, ſed clauſam eſſe ianuam fatuis virginibus. Contrarij omnino affectus,ſed in Deo maximē conuenientes, ſumma nunc mīa, ſumma tunc iuſtitia. Nūc venite ad me om- Pſ. 31.
nes,tunc accedat nullus. Hinc Pſal. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tēpore opportuno. Veruntamē in diluuio aqua C
rum multarum, ad eum non approximabunt. Ideo accede nunc cum leproſo [Veniens.] Et efficietur in te illud Iob 22. Si Iob 22
reuerſus fueris ad omnipotentem, ædificaberis,& longe facies iniquitatem à tabernaculo tuo. Dabit pro terra ſilicem, & pro ſilice torrentes aureos. Vbi optimè Gregor. Reuertitur ad omnipoten- Greg.
tem peccator. Veniens ad Deum cum leproſo,tunc ædificatur, quia ante penitus diruta domus erat, & longè fit ab hoc ta- Pſ. 102
bernaculo iniquitas. Sicut diſtat ortus ab occidente, ſic longe fecit à nobis iniquitates noſtras.

Cū firmiſſimè pponis,culpā deuitare, cū te uideris lōgiſſimè diſtare à volūtate

pec-

Digitized by Google

A peccãdi, grãs Deo age, q dedit tibi victo
riã pctõrum p Ieſum Xpm. Dat verò p
terra ſilicem, qa pctõr terra eſt. Primò
Gen.3. pctõri dictũ eſt; Terra es, & ĩ terrã ibis.
Pſal.1. Et p Pſ. Nõ ſic impij, nõ ſic, ſed tanq̃ pul
uis, quẽ pijcit vẽtus a facie terrę, qa hue
illucq; eos dęmõ, vt puluerẽ iactar, leui
eos tentatione deijcit, facili occaſione
eos ira pmouet, ſupbia eleuat, luxuria ĩ
qnat, ſed cũ iuſtus efficiť, iã ſilex eſt for-
Eſa.50 tis. Poſui faciẽ meã, ut petrã duriſſimã,
Ro. 8. ait qdã. Audi Paul. talẽ factũ: Quis nos
ſeparabit a charitati Xpi? Cũ pctõr fini-
ſti dicere poteras; Quid non me ſeparat
à charitate Chriſti? Cũ iuſtus uerba Pau
li vſurpare potes, iã ſi lex es, q ſi ictib. fe-
riť, ſcintillas pducit micãtes. Si.n. tẽtaris
B Deũ inuocas, cęlũ ſuſpiras, firmiter pro
ponis cauendũ tibi ab oĩ malo. En ſcin-
tillas, q̃ nã mutatio iſta aĩa, q̃ antea quo
libet iactabať vento, vel leui, turbinibus
iã, atq; pcellis agitata immota conſiſtit
Pſ.124 vtiq; qa, q ſperat in Dño, ſicut mõs Siõ,
nõ cõmoucbiť in æternũ. Montes in cir
cuitu eius, & Dñs ĩ circuitu populi ſui.
Ante terra erat, iã ſilex, p ſilice uerò dat
aureos torrentes, qa p hac fortitudine,
qa inimicos oẽs, tẽtationeſq. ſuperauit,
largiť Deus ingẽtia dona gratiæ, & cha
Apoc.3 ritatis. De quo auto dř Apoc. 3. Suadeo
Pſ.35. te, emere a me aurũ ignitũ, vt locuples
fias. Vel cũ torrẽtes dixit, gloriam intel-
lexit cęleſtẽ, de qua dř: Torrente volu-
ptatis tuę potabis eos. En fructũ acceſ-
ſus ad Xpm. Accedite ergo ad eũ cũ le-
proſo, & illluminamini, &c. Sed qd ac-
cedens leproſus dicat, audiamus. [Dñe
ſi vis potes.] Nõ auſus eſt dicere: Mũda
me, ſed quaſi de voluntate dubitans, ſo
C lũ potẽtiã fateť. Hãc verò tãtã eſſe cogno
ſcit, vt voluntate nõ ſit inferior, nullus
verò oẽ, q vult, põt, niſi Deus, cuius po-
tẽtia uoluntas eſt, cuius voluntati q s reſi
Pſalm. ſtet? Oĩa q̃cunq; voluit, fecit. Sed ita mo
deratè loquiť lepros⁹, qa ſe pctõrẽ agno-
ſcit, intelligitq. ſe rẽ maximã petere, quę
nõ ſolo uerbo efficiať, ſed ſanguinis ef-
fuſione. Quis, n. infirmus indubie pete-
ret a medico ſanitatem, q̃ vt pſtet, vitã,
ac ſanguinẽ profundere dẽt? Si leprã pec
catorũ nřorũ ea facilitate tolleret Xps,
qua mondũ condidit, abſolutè & cõfidẽ A
ter poſſet leproſus dicere, mũda me, ſed
vt nos mundaret, leprã nřam ipſum ſu-
mere oportuit, ut diceret Eſa. 53. Et nos Eſa.53
reputauimus eũ quaſi leproſum. Et oĩa Leui.4
ea, q̃ de leproſo dicta fuerunt Leuit. 14.
in eo cõpleta ſunt. Dirruptã veſtẽ lepro-
ſus ferebat: Dirupta eſt humanitas Xpi
in paſſione. Os clauſum leproſus iube-
bať hře, ſic os ſuum in paſſione clauſit,
nõ rñdens verbũ, ac ſi in furto dephen-
ſus eſſet, Pſ. Factus ſum ſicut homo nõ Pſ. 37.
audiens, & non hñs in ore ſuo redargu-
tiones. extra ciuitatẽ, & caſtra leproſus
ire iubetur. Sic Xps Hebr. 13. pp qd ex- Heb.13
tra portã paſſus eſt. Exeamus ergo ad eũ
extra caſtra, improperiũ eius portãtes.
Et ſicut modo Chřs extẽdit manũ, vt le- B
proſum ſanet, ita extẽdit eã in cruce. To Eſa.65
ta die expãdi manus meas ad populũ nõ Exo.3.
credentẽ. Et tãdẽ ſicut manus Moyſi in
ſinu ſana erat, ſed exterius prolata le-
pra tingebať: ſic Chřs Dñs in přis ſinu
pulcherrimus, exterius ĩ carne apparẽs
leproſus cõparuit. Et tandẽ, vt noueris
quanti Xpo ſteterit noſtra mundatio a
lepra, audi, quid ad leproſi mundatio-
nem Leui. 14. præcipitur faciendum, Of Leu.14.
ferebat leproſus duas aues cũ ligno ce-
drino, hyſſopo, vermiculo, & cocco. Al-
ter paſſer immolabatur ſuper vaſe ficti
li, & aquis viuẽtibus, alter ſanguine im-
molati tinctus, dimittebatur liber, lepro
ſus vero ſanguine paſſeris ſeptes tinge-
bať: Xps, & homo duo ſunt paſſeres, ſic
Chriſtus loquitur per Pſal. Sicut Paſſer Pſ.101
ſolitarius in tecto. Et homo paſſer eſt,
de quo Pſal. Etenim paſſer inuenit ſibi Pſa.83
domum. Chriſtus immolatur Deo ſu-
per vaſe fictili, id eſt, in carne mortali e- C
ius ſanguine intinguitur homo, qui eſt
alter paſſer, cui ut libet dimittatur, liga-
tur cedrus, Hyſſopus, & coccus. Hyſſo-
pus petræ ad naſcens, & mala pectoris
purgans, fidem ſignificat, quę Chriſto in
nitur, & purificat cor. Cedrus in altitu-
dinem ſe extollens: Spem ſignificat: coc
cus, ſeu vermiculus igneo fulgens colo-
re charitatem. Vel lignum cedrinũ crux
eſt, quo peccata delenť, in quo hyſſopus
eſt Chriſtus Dñs. Et coccus qui Ioſ. 2. Ioſ.2.

A datur Raab in ſignũ libertatis, ſanguis Chriſti eſt nos liberans a peccato. Si ergo ad noſtri curationem neceſſaria eſt crux Chriſti, & eius ſanguis, an non meritò le profuſus ait: Si vis.

Ex quib. colligit̃ emphaſis illius verbi Xp̃i, quo r̃ndit: volo, m̃ũdare. Sine labore cõdidit vniuerſum, ſed hoc uolo, ſã
1. Th. 4 guinẽ ei, & vitã ademit. Volo 1. Theſ. 4. Hæc eſt uoluntas Dei, ſanctificatio veſtra. Volũtas p̃ris eſt mũdatio n̄ra, eadẽ voluntas filij eſt, licèt p̃tiũ vitæ ſuę dare
Heb. 10 oporteat. Ideo ait, Volo, Sic Heb. 10. &
Pſa. 39 Pſ. 39. Holocauſtũ, & p̄ p̄ctõ nõ poſtulaſti, corpus aũt adaptaſti mihi, vt. ſ. immolet̃ pro p̄ctõ, in capite libri ſcriptũ eſt
B de me, vt facerẽ uolũtatẽ tuã, Deus me⁹ volui. Ecce volo, q̃ initio paſſionis repetito vocabulo dixit, ſi nõ p̃t tranſire, niſi
Matt. 26. vt bibã illũ, fiat voluntas tua. Cõmẽdat ergo maximè charitatem ſuam hoc verbo, volo, quo ſemetipſum obtulit in ſacrificium, quo nos mundaremur.

[Extẽdit manũ ſuã.] Tãgit eũ, nec aūerſat̃, aut mouet ſtomachũ lepra eius. Amor. n. hæc oĩa uincit, ut apparet ĩ matre filiũ ubi chariſſimũ medete. Inſignis Dei in hoĩes beneficẽtia eſſet, ſi nos t̃m reſpicere vellet, cũ tanta celſitudine nobis p̃emineat. Ex ſubli mi mõte cõtẽplare hoĩes in valle poſitos, & formicas reputabis. Quid obſecro, apparebũt, ſi aſpiciant̃ ex infinita Dei celſitudine? Nihil oĩno vñ ſolũ eos aſpicere ĩgẽs bñficiũ ẽ.
Eze. 16 Tale reputabat, cũ diceret Eze. 16. Tranſiẽs, p̄ te, uidi te cõculcatã ĩ ſanguine tuo & dixi tibi, Viue. Ad vilẽ, & cõtẽptibilẽ aĩam reſpicere, & uerbũ loq̃ maximũ ẽ Dei bñficiũ, ſed maius multo facies, Domine Deus meus mĩa mea, mittes. n. fi
C lium tuũ, q̃ extẽdat manũ ſuã, & lepro
Pſ. 143 ſos tangat, emitte manũ tuã de alto, eripe me, & libera me de aquis multis.

Sed q̃m lepra peccatũ diximus, & ea inf. ctum peccatorẽ, vltimo aduertamus ea, q̃ ſpecialiter admonẽda ſunt peccatori ex his, q̃ Leu. 14. leproſo mandabãtur veſtimenta eius diſſuta ſint, caput nudũ eſ clauſũ. Peccator ergo diſſuat veſtes, nõ obtegat peccati turpitudinẽ, ſed manifeſtet, non excuſet, ſed accuſet, ne fiat

ſicut ſepulchrũ foris ſpecioſũ, intus verò oſſib. plenũ. Fecit hoc Adã aſſuẽs ſibi A
folia ficus, vt ſe operiret, q̃dq̃, exterius Mat. 23.
fecit, hoc & interius p̄petrauit, vanas q̃rẽs excuſationes, ad excuſãdas excuſa- Gen. 3
tiones in peccatis. Sic operire voluit pec Gen. 4.
catũ ſuũ Cain. Sic & Saul, q̃ ait, hono- 2. Reg. 15.
ra me corã ſeniorib. Iſrael, p̄ct̃m ſuũ folijs verborũ prophetæ obtegere uoluit.

Os apertum habeat. Claudit̃. n. peccatori os, fiducia docendi, authoritaſq́; ſermonis Pſ. Peccatori. n. dixit Deus. Qua Pſ. 49.
re tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſt̃m meum per os tuum? qui. n. ſe non docet, qui alium docebit? Qui. n. tã parua luce præditus eſt, vt voluntatẽ ſuã, q̃
tã propè eſt, illuminare non valet, quo- B
modo diſtantes illuminabit? Matt. 7. do Mat. 7.
cebat eos Chriſtus, tanq̃ põtatem habẽs, Chryſ.
non ſicut ſcribæ eorũ, & phariſæi. Quia Ro. 11
ut ibi Chry. notat, Chriſtus verbo, & opere docebat, illi verborũ t̃m. Qui alios doces, te ipſum non doces? qui prædicas non furandum, furaris? Cũ opere aliud docetur, quam uerbo, authoritas verbi minuitur opere contradicente.

Ad p̄fectã uerò leproſi ſanitatẽ p̄cipi- Leu. 14
tur Leuit. 14. oẽm pilum corporis radere, quo ſignificatur oẽs cogitationes, verba, & opera antiqui hominis, veteriſq́, conuerſationis deponenda. Expoliãtes Colo. 7
vos veterem hoĩem cum actibus ſuis, vt Nu. 6.
renouetur vt aquilæ iuuentus eius, & induat nouum hoĩem Iuſti quidem omnis capillus ſeruãdus eſt: ſic. n. in lege de Nazaræis præcipitur. Et 1. Reg. 1. de Sa 1. Re. 1
muele dr̃. Nouacula non aſcendet ſuper Iud 16
caput eius. Idem de Sãpſone ſcriptum Pſal. 1.
eſt, quia folium eius non defluet, & om- Matt.
nia quæcunque faciet, proſperabuntur, 24.
& capillus de capite ueſtro non peribit, C
quia omnes numerati ſunt. Iuſtæ enim, & ſanctæ cogitationes, verba, opera in æternam ſeruantur retributionem, & augenda hæc ſunt, ut incrementum, & perfectionem obtineant. Qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc.

[Offer munus tuũ in teſtimonium il Apoca.
lis.] Chriſtus ait, vt uidentes ſacerdotes 22.
te a me mũdatũ, ĩexcuſabiles reddãt̃, mihi nõ credẽtes. Quid putas eẽ cõcionẽ q̃
audis?

Digitized by Google

A audis? quid facta? quid tot in eccleſia leproſos mundatos, pctores iuſtos redditos? Verè hæc oīa teſtimonia ſunt credibilia facta nimis, tū Dei charitatis ī nos, tū obſtinationis nr̄æ impœnitētis cordis, & duri. Et ſanguis Xp̄i, qui mō melius clamat, q̄ ſanguis Abel quia ꝓ uobis clamat, aliqñ cōtra pctores clamabit, ſicut
Simile ſanguis Abel contra Cain. Et tādem ſicut in ſæcularib. iudicijs cū tibi uim, uel iniuriā irrogari uides, illius petis teſtimoniū, vt ſuperior iudex tibi auxilio ſit. Sic Chriſtus dn̄s cōtra te teſtimoniū petit, & repetit, & ſeruata, conditaq; ī memo-
B ria tenet oīa, q̄ in te cōtulit beneficia, tū naturalia, tum gratuita, & leproſus hodie ſanitati reſtitut⁹ teſtimoniū eſt te cōdēnans. Cōtēplare, intuere ouē hāc infirmā lepra plenam, q̄ acceſſit ad paſtorē, & medicamine manus ipſius curata eſt, dicente ipſo: Volo, mundare. En qui
Lu. 10. deſcenderat ab Hieruſalē in Hierico, & cū incidiſſet in latrones, vulneratus eſt, ſed acceſſit ad Samaritanū, & integræ valetudini eſt reſtitutus. Quæ tibi reliqtur excuſatio, ſi nō accedis? Qñ in aliqua vrbe nullus inuenitur artis medicæ peri-
Simile tus, ſi forte ueniat maximus medicus, oēm facilè curans languorē, infirmi magnopere delectant. Infirmus es ī aīa: Audi nuntium præclarum, euangeliū gaudij, magnus de cęlo uenit medicus, quia magnus in terra iacebat, ægrotus. Licet
Aug. peſſimè ægrotes, ſanari facile potes. Nō
C vis, erit contra te teſtimonium, leproſus iſte accedēs ad Xp̄m, ſanitatē reportās. Actū eſſe de nobis, ſi Deus legem ſtatuiſſet, q̄ Aſſuerus, ut nullus niſi uocatus accideret ad illū, & nemo uilib. indutus in
Heſt. 5 grederet eius regiā. Nō ſic Xp̄s, ſed omnē colligit miſerū, oēm leproſum admittit. Tale uniuerſum hoīum genus inue-
Eſa. 1. nit. Oē caput lāguidū, & oē cor mœrens: a planta pedis, vſq. ad uerticē capitis nō eſt in eo ſanitas. Erat mundus xenodochiū incurabiliū. Alij moribūdi, alij vulnerati, alij leproſi, medicus uerò nullus erat, medicina q̄ in ſe uim hr̄et ſanandi,
Paul. nō aderat. Nihil. n. ad pfectū adduxit lex unde tunc medici deplorabant ſalutem infirmi, deſperatā oēm infirmitatē dicebant, qa medicina cōtra pctm̄ carebant. A
Sic Eſa. ingreſſ⁹ ad infirmū Ezechiā de Eſa. 38
ſpata eius ſalute, ait: Diſpone domi tuæ,
qa morieris, & nō uiues. Et iterū Hier.
30. Deſperat iſanabilis fractura tua, peſ Hie. 20
ſima plaga tua. Et ſi laueris te nitro, & Hie. 20
multiplicaueris tibi herbā borit, macula
ta es in iniquitate tua. Sed iā aduenit ad nos de cęlo medicus oēm curās languorē, pellens oēm infirmitatē. Iam adſunt medicinæ potentiores pctō, ſi nō uis curari, teſtimoniū cōtra te erit hic leꝓſus, teſtis cōtra te Xp̄s, teſtis gr̄a, teſtis ſāguis Xp̄i. Et uide, ne de his teſtib. ſcriptū ſit:
Inſtauras cōtra me teſtes tuos. Ante con Iob 1.
demnationē hoīs teſtes iudex inſtaurat, eorū teſtimonium, & ſcriptum ſeruat,
vt iuxta allegata, & ꝓbata ſn̄iam ferat. B
Quā iuſta ſit ſn̄ia cōtra pctōrem curari nolentē, apparebit, cum tot teſtibus, ac teſtimonijs conuictus erit, &c.

Dominica IIII. poſt Epiphaniam.

Domine ſalua nos, perimus. Matth. 8.

TAnta eſt rerū nr̄æ fidei maieſtas, vt ſi una earū rectè cordi noſtro imprimeret, ſufficiēs eſſet, ut nos
ſanctificaret. Hinc Prou. 7. fili mi cuſto- Pro. 7.
di ſermones meos, & pcepta mea recon de tibi, legē meā liga in digitis tuis, ſcribe illam in tabulis cordis tui. Vt uerò aliquid horum cordi nr̄o inſideat, eique perpetuo hæreat, conducit maximè experientia, qua in nobis experti ſumus ueritatem aliquā fidei. Et hac re multo plus
proficimus, q̄ ſi in alijs plura uideamus. C
Audiuimus ſæpe ſuperbos, de ſeque gloriantes Deum derelinquere. Et hui⁹ rei multa legimus exēpla, ea tn̄ ſolum efficere ſolent, ut ſpeculatione hanc ueritatē teneamus: pcipuè uerò idē nouimus, & intimè nobis hęret, cùm id expti ſumus. Sic eam ueritatē Petrus nouit optime, cùm poſtq̄ gloriatus eſt dicens. Et ſi oēs ſcandalizati fuerint, ſed non ego, negatione didicit ſe à Deo ob ſuperbiam derelictum, unde poſtea non eſt auſus ſe alijs præferre, cū interrogatus fuit: Dili-
gis me plus his? Sæpe audiuimus Deum Ioā. 21
nobis prouidentē, nr̄as curantē ærūnas,

A ſed quaſi non intelligimus, donec in neceſſitate poſiti, è cęlo nobis auxiliũ venire uidemus. Tunc illud planè cognoſcimus cũ Pſ. In quacunq; die inuocauero te, ecce cognoui, quia Deus meus es tu. (Pſ. 98.) Nouerat ante, ſe Deũ hr̃e: q̃uo.n. inuocaret, in quem non credit? Sed cum inuocauit Deum, expertuſq; eius mĩam eſt, tunc planè, perfecteq; agnouit Deũ ſibi paratũ in auxiliũ. Cùm nos hoc experimur, dicere ſolemus, modo planè uideo.

Hoc oĩb. maximè manifeſtũ Deus eſſe voluit, velle, ſ. eum nobis ſuccurrere, paterna viſcera ſe hr̃e ad nos, noſtraque (Pſ. 90.) & q̃d beneplacitum eſt dño ſuper timentes eum, & in his, qui ſperant ſuper mĩa eius. Et quoniã in me ſperauit, liberabo B eum, protegam eum, qm̃ cognouit nomen meum. Sed q̃d Dei nomen? Liberatoris eſt illi nomen, hoc eſt Ieſus, vt impleat in nobis illud Pſ. (Pſ. 145) In pace in idipſũ dormiam, & requieſcam, qm̃ tu dñe ſingulariter in ſpe conſtituiſti me. Tantam in Deo noſtro vult ipſe nos hr̃e fiduciã, vt dicamus cum Pſal. (Pſ. 45.) Deus noſter refugium, & uirtus, adiutor in tribulationibus, q̃ inuenerunt nos nimis. Propterea non timebimus, dum turbabitur terra, & transferrentur montes in cor maris. Hoc verò præcipuè oportebat Chriſti diſcipulos probe noſſe, qui in vniuerſum erant orbem diſpergendi, qui multis agitandi periculis, qui ſummopere indigebant Dei auxilio, oĩbus præſidijs humanis deſtituti cum eſſent. Vt id ergo plenè C agnoſcerent, propria id diſcant experiẽtia. (Chry.) Chryſ. Hoc loco, viderant Apoſtoli multa Chriſti opera, quibus ſe pium oſtẽderat, ac miſericordem in alios, ſed in ſeipſis hæc non uiderant, ideò hodie in neceſſitate poſiti ſunt, ut experti diuinã in ſe clementiam, diſcant ſpem habere firmiſſimam, non modicã, ſed magnam.

Nos miſeri, auariq; cum ſimus, neſcimus ſentire de dño in bonitate, & maxima ab illo ſperare, ſed eum cogitamus ſimilem noſtri. Verè, ſi diuinam bonitatẽ plenè cognoſceremus, ut beati agnoſcunt, tantam fidem haberemus, ut fides non eſſet, tantam ſpem, vt ſpes nõ eſſet.

Audi, quid mirabile, ſimulq; dulciſſimum in beatis, Deum vident, manente A ſemper charitate, fides, ſpeſq. nequaquã eſt. Fides quidem (quam Paul. ſcientiam dicit) deſtruetur, quia nõ uidebimus, nõ credimus. (1. Cor. 13.) Spes verò in beatis eſſe nõ poteſt, quia quod videt quis, ꝙ manu tenet, quid ſperat? Sed adhuc licet fides in beatis non ſit, ſpes tñ eſſe poſſe vr̃, qua ſperarent, ſi non ſibi, nobis tñ, quibus bona optant, atq. exoptãt. Sed cum in illis omnino ſpes non manet, nihil ſibi ſperant, & nobis ẽt nihil ſperant. Sed obijcis: O durum, aſperumq; uerbum? Si beati nihil boni nobis ſperãt, væ nobis. Sed ego dico, imo dulciſſimum, & oĩ melle dulcius uerbum: Nihil boni nobis beati ſperant. Sed qua rõne verbũ hoc dulce eſt? Audi. Spes à Phyloſophis, & Theologis B in iraſcibili, vt in ſubiecto collocatur, ad quam pertinet bonum arduum. Vnde ſpes eſt de bono arduo, atq; difficili obtinendo, nec.n. dicis, ſperare te ea, quæ facillima ſunt, & in promptu, ſed quæ ardua ſunt, & magna cum difficultate obtinentur. Nec.n. dicis: Spero mihi dãdũ a patre meo parum panis, id.n. tam eſt facile, ut obiectum ſpei nequaquam ſit. Dicis verò te ſperare à rege cathedram maximi honoris, ſperare hoſtium victoriam, expugnationem vrbis, pręſulatum eximium: hæc, quæ ardua ſunt, reſpicit ſpes. Nunc ergo cũ dicimus: Beatos nobis nihil ſperare boni, non eò dicimus, quod non confidant, intelligentq. nobis multa à Deo bona concedenda, ſed eo, ꝙ hoc tã illis apparet facile inſpecta diuina bonitate, & mĩa, ut illis ſpei materia non ſit, ſed quaſi facta reputent, nec C eis ardua appareant, ſed facillima. Nos quidem bona ſperare licet, in nobis locus eſt ſpei, quia diuinam non uidemus clementiam, immenſum bonitatis, ac amoris pelagus non intuemur: illis uerò ſecus, quia uident, intuenturque.

Si verò documentum hoc Theologi cum velis Euangelio confirmatum cernere, ſi Euangelium appellas, Euangelium ibis, vt Bern. ait: Audi doctrinã hãc (Bern.) à Chriſto dño nobis traditam. Matth. 7. (Mat. 7.) Oĩs qui petit, accipit, qui q̃rit, inuenit, & pulſanti aperietur. Aut, quis ex vobis ho

mo,

A mo,quem ſi petierit filius ſuus panẽ, nũ
quid lapidem porriget ei? Aut ſi piſcem
petierit,nunquid ſerpentem porriget ei?
Si ergo uos cum ſitis mali, noſtris bona
data dare filijs veſtris,quantomagis pa-
ter veſter,qui in cęlis eſt, dabit bona pe-
tentib. ſe? Qui eſt in ſinu patris hęc enar
rauit,qui uidet Dei bonitatẽ, hæc teſtifi-
catus eſt. Argm̃ fecit a maiore ad minus
a difficiliori ad facilius, faciliuſq; aſſerit
eſſe a Deo obtinere oĩa bona, quę ab eo
petere poſſumus (etiam ſpũm bonũ, qđ
ſummum eſt eorum, q̃ dari pñt, ut dicit
Luc.11 Luc. 11.) quam a patre panem, vel piſcẽ.
Tanta in homines diuina bonitas eſt. Si
ergo,quia facillimum eſt a pr̃e obtinere
panem,aut piſcem,non hæc ſperare te di
cis, nec illa ſpei obiectum, aut materia
ſunt,ſed quaſi cõfectam rem putas,mul-
tò minus beatus ſperare dicetur bona
B nobis,quia hoc ei facilius apparet,quam
tibi panem a patre obtinere. Vide ergo
Dei tui infinitam bonitatem, ſummã in
nos clementiam,& dilectionem,quæ tã-
ta eſt,ut qui eam videt, non ſperet, ẽt ſi
innumera velit obtinere, quaſi obtenta
puta,faciliaque oĩa reputat. Hoc infini-
tam oſtẽdit Dei bonitatem, infinitamq;
in nos charitatem,ac largitatem. Vitio
ergo dãdum hoĩ eſt, ꝙ modicæ fidei ſit,
ut hodie Chriſtꝰ exprobat diſcipulis. Si
Deum videres, fidem, quæ hoc loco ſpẽ
ſignificat,non hẽs, conceditur tibi ſpera
re,& fidere,dum non vides. Ego uir ma
ximè ſpei,ſummaq. fiducia præditꝰ, nec
ulla ſit tempeſtas quamlibet magna,quę
terreat, dum vides Deum tibi ad eſſe.
Gen.15 Noli timere Abrahã,ego protector tuus,
& merces tua magna nimis. Quid ti-
meat ouis cum in humeris,manibuſque
illius ſit paſtoris,qui loquitur. Nemo ra
Ioã.10 piet eas de manu mea? Quid pullus ti-
C meat aquilæ, cum ſub umbra alarũ eius
protegitur? Quid ſponſa,q̃ dextera am-
1.Pe.3. plexatur ſponſi? 1.Pet.3. Quis vobis no
Eſa.43 cebit,ſi boni æmulatores fueritis? Eſaia
43. Noli timere,ego ꝓtector tuus, meus
es tu: cum tranſieris per aquas,tecũ ero,
& flumina nõ operient te. Eſto ergo ſi-
Heb.11 milis Abrahæ, qui in ſpe cõtra ſpẽ credi-
dit. Hęc uerè fides magna, ſpes pręclara.

Vt hoc edoceat ſuos Chriſtus, nauim A
cum eis conſcendit. [Aſcendente Ieſu in
nauiculum.] Sed domine,quid naui ue-
hi uis, qui Iſraelem per medium mare
duxiſti? Præclare reſpondet Auguſti- Augu.
nus,nedum omnia Chriſtus mirabiliter
facit,auferret,ꝙ mirabilius fecit. Vt oſtẽ
dat ergo ſe verum hoĩem(quod omnium
mirabilium maximè mirabile eſt) naui
vti voluit. Simul,ut ſe oſtendat in eccle-
ſia ſua eſſe,atque uerſari, q̃ nauicula eſt.
Clemens Papa in Ephe. 1. ad Iacobum Cle.Pa
ait: Similis eſt ſtatus eccleſiæ magnæ na pa.
ui,quæ ex diuerſis regionib. uiros portat Simile
per undoſum pelagus ad ſecurũ portum,
& ciuitatem magnam,quo omnes ire cõ
tendunt. Sicut enim nauis perampla eſt,
ac patens in ſuperiori parte, quæ cęlum
reſpicit,qua verò parte aquas tangit,an-
guſta, clauſa, beneque bitumine lita, ne
aquæ ſubintrare poſſint, eamque demer B
gant: huiuſmodi eccleſia eſt. Qua parte
cœlum reſpicit, aperta eſt, ampla eſt,ut
inde recipiat omne bonum,quod deſur-
ſum eſt, & omnis diuinus influxus ad
mundum ueniens,in eam uenit, hinc re
liqua omnia præter eccleſiã perdita om- Simile
nino ſunt,ac vaſtata. Quemadmodum,
ſi in unam terræ plagam omnis cęleſtis
influxus deſcenderet, reliquæ omnes de
perditæ eſſent omnino,& inhabitabiles,
& omnes, qui vitali aura frui uellent, in
eam plagam uenire deberent, quæ cœle
ſtibus influxibus impinguatur, ita omnis,qui ſpirituali uita viuere vult,in hãc
nauim intret,oportet. Cuius extitit figu Deu.11
es, ꝙ puluis ſis, quod.n. puluis conculce-
tur, quid mirũ? quã bene Iob 3. Cõpara-
Iob 3. tus ſum luto, & aſſimilatus ſum fauillę,
Ge. 18. & cineri. Et Abraham Gen. 18. Loquar
ad dñm meum, cum ſis puluis, & cinis.
Cinis ſymbolũ fuit humilitatis, & pnię.
Iob. 42 Iob 42. Ago pniam in fauilla, & cinere.
Iob. 16 Et Iob 16. Operui cinere carnem meã.
Hier. 6 Et Hier. Filia populi mei, accingere cili
Ionę 3. cio: conſpergere cinere. Et Ionæ 3. Rex
deſcendit de ſolio & ſedit in cinere. Mõ
ergo tps eſt humiliandi nos, & pniam
agendi. Sed hic dubium eſt, q̃ diuerſe lo
quatur Deus nũc de hoĩe, q̃ ante locutus
Gen. 2. fuerat. Facturus hoĩem ait: Faciamus
hoĩem ad imaginem, & ſimilitudinem
nřam, vt p̄ſit volatilib. cęli, & beſtijs ter
rę. Sed hodie, Puluis es. Quid magis di-
uerſum a Dei imagine eſſe pt, q̃ puluis?
Quis ergo imaginem illam Dei deiecit.
Quis principem oĩum puluerem fecit, vt
C ab oib. conculcetur? Peccatum iſtã intu-
lit nouitatem. Hoc ut dř Iob 19. Expo-
Iob. 19 liauit me gloria mea, & abſtulit coronã
a capite meo. Qui hoĩem conſiderauit tã
diuerſum ab eo, qui a Deo con ditus eſt,
tam mutatum, dicere poterit merito, ꝙ
Ruth 2 Bethlehemitę Ruth. 2. dixerunt: Hęc eſt
illa N oemi: Eſt hic hõ ille, qui tot bonis
naturę, & grę ornatus fuit? qui princeps
operum Dei? qui magnus, & illuſtris?

Sicut cum agnouiſti magnatem in glo- A
ria magna, poſtea uero demeritis eius
exigẽtibus, vilis, & pãnoſus eſt, infimuſ-
que de plebe diceres: Eſt ne ille quondã Simile
Dux? Poteritq; ille rñdere, quod Noe-
mi: Nolite uocare me Noemi, i. pulchrã,
ſed uocate me Marã, quia amaritudine
repleuit me omnipotens: ne dicatis me
plenum gratijs, ſed miſerijs, non elatum,
ſed depreſſum, non Dei imaginẽ,
ſed puluerem. Meritò deiectus in tantã
miſeriã eſt, qui a Deo receſſit.: Ecce qui Pſa. 72
elongant ſe a te, peribunt ſicut Noemi,
quę reliquit terram promiſſam, ut in Sy
riam iret. Sed quis cogitaret hęc ſup Ty
rum quõdam coronatam? Eſa. 23. Quis Eſa. 15
ſimile uaſtitatẽ poſſet cogitare in hoĩem B
uenturam? Quis malum tm̃ inferre po-
tuit? Peccatum hęc operatum eſt: nã per
peccatum puluis, & mors.

Sed conſideratione dignum eſt, non
alium puluerem nobis imponi, q̃ cine-
rẽ, & ſępe hõ cinis dř, qd hic puluis eſt,
quo nobis malum aliud oſtenditur prę-
ter ea, quę huc vſq; diximus. Hoc vero
illud eſt, ꝙ Eccleſia, q̃ ignis fuit initio, iã Eſa. 33
cinis facta eſt. Eſa. 33. Et erunt populi
quaſi de incendio cinis. Quid.n. primiti-
ua fuit Eccleſia, niſi fornax ſeptuplum
accenſa. Quid primi fideles, niſi carbo-
nes incenſi, quos Angelus in Apoc. ſup Apo. 8.
terram ſparſit, ut eam igniret? Hunc vt Luc. 12
incenderet ignem, venit in terram Chri
ſtus. Ignem ueni mittere in terrã, & ad
hoc Spũm ſanctum in figura ignis mi-
ſit, & in ſpũ vehementi, ut inſufflare, &
oẽm cinerem tolleret, oẽm. ſ. teporem.
(Tanquam ſpũs vehementis Act. 2.) in- Act. 2.
cẽſi Apoſtoli ſparſi ſunt per vniuerſum Pſa. 17
mundum. Ignis a facie eius exarſis, car-
bones ſuccenſi ſunt ab eo, fundauerunt C
Eccleſiã ignitam, de qua Abdię 1. Et erit Abd. 1
domus Iacob ignis, & domus Ioſeph flã
ma. Sed quis modo cõſiderat fideles hu-
ius Eccleſię? ſolum ſunt cinis eius, qui p̄
ceſſit ignis. Signum ſolum manet, quod
hic fuit ignis. Campus, vbi Troia fuit.
Quis conſideret primos illos Eccleſię pa
ſtores ignitos uere? Quis eam charitatẽ, Act. 4.
qua multitudinis credentium erat cor
vnum, & anima una, illam ſacramen-
torum

Digitized by Google

A torum frequentiam, cum quotidie communicabant: illam ſacerdotum reuerentiam, qñ præferebantur Imperatoribus: illam aſperrimam pnĩam publicã, & ſecretam, vitam illam tam ſine offenſione, qualem ſcribit Plinius, dicens, nullũ malum a Chriſtianis fieri, niſi quod die, ac nocte Chriſtum ſuum laudarent, videtq; q̃ hæc hodie ſint diuerſa? Verè dicet hanc eſſe ſtatuam illã Danielis, cuius caput, & initium eſt aurum charitatis, deinde argentum reſonans miræ doctrinæ, & deinde æs, ferrumq; fortitudinis, ac tolerantiæ, ſed iam finis illius eſt, pedeſque eius lutum eſt, & percuſſa verſa eſt in cinerem. Aedificatum eſt Salomonis tẽplum ſumma magnificentia, cum verò p Zorobabel reędificaret', dr̃ Aggei 2. Quis in vobis eſt derelictus, qui uidit domum iſtam in gloria ſua prima? B & quid vos uidetis hanc nunc? Nunquid non ita eſt, quaſi nõ ſit oculis veſtris? O Eccleſia ſancta mater nr̃a, ò ſponſa agni Hieruſalem de cœlo deſcendens, q̃ alia iam es ab ea, q̃ Ioannes deſcribit, ſe uidiſſe deſcendentem de cęlo, poſtquam Aſſyrij te deſtruxerunt? Poſſumus ex ore Hier. ſumere lamentationes, & tuam deplorare uaſtitatẽ, dicentes: Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores. Denigrata eſt ſup carbones facies eorum, non ſunt agniti in plateis. Quis agnoſcet fideles, qui ante quotidie cõicabant, nunc in anno uix cõicant? Quis agnoſcet fideles, q ante erant cor unum: nunc uero & fratres inter ſe pugnant? Quis agnoſcet eos, q ante in quingentas leucas eleemoſynas mittebant, nũc ante eorũ ianuas pauperes pereunt fame? Vbi iam illud Pauli: Teſtimoniũ C perhibeo uobis, quia ſi fieri potuiſſet, oculos ueſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi? Vbi illud, non accepiſtis ut verbũ hominũ, ſed vt verè eſt verbum Dei? Vidiſti hoĩem in iuuentute, robore, & pulchritudine ſpecioſum, ſed in extrema ſenectute alius tibi apparet. Hoc in ſtatu Eccleſia eſt, ideo clamare poſſumus cũ Hieremia Thr. 4. Filij Sion inclyti, amicti auro mundo: quõ facti ſunt in vaſa

Plini°.
Dã. 20.
Aeg. 2.
Apo. 21
Thr. 4.
Act. 4.
Gala. 4
1. Th. 2
Simil:
Thrẽ 4

teſtea, opus manuum figuli? Ante aurũ, A iam lutum. Et iterum: Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus? Thren. 4. Eduxit eos cum argento, & auro, & non erat in tribubus eorũ infirmus 4. Reg. 14. Fecit Roboam ſcuta ærea pro aureis, quæ fecerat Salomõ, & abſtulit Rex Aegypti. Quod olim aurum fuit, ęs iam eſt, quod olim ignis fuit, iam cinis eſt 2. Mach. 1. Ignis templi de cęlo miſſus, abſconſus in terra, uerſus eſt in aquam craſſam. Hoc nobis contigiſſe deplorandum eſt 1. Mach. 4. Iudas cum ſuis uiſitantes templum uiderunt ſanctificationem deſertam, altare proſanatum, portas exuſtas, & in atrijs uirgulta nata, ſicut in montibus. Et planxerũt planctu magno, & impoſuerunt cinerẽ ſuper caput ſuum. Hodie feciſſe Eccleſiã videmus. Et uiſa vaſtatione Siceleg. 1. Regum 30. Leuauerunt uocem ſuam, & planxerunt, donec deficerent in eis lachrymę. Sed qua ratione nobis adeo plorandũ eſt? Quia egreſſus eſt a filia Sion omnis decor eius. Facti ſunt principes eius uelut arietes, non inuenientes paſcua. Et in c. 4. Qui veſcebãtur uoluptuoſe, interierunt in uis, & qui nutriebãtur in croceis, amplexati ſunt ſtercora.

Renouet ergo quiſque cor ſuum, vt monet Paulus, Renouamini ſpiritu mẽtis ueſtræ. Priſtinum charitatis feruorẽ recuperate Hierem. 6. State ſuper uias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quę ſit uia bona, & ambulate in ea. Aliquę ſemitę antiquę hominibus per tuę, iam derelictæ aliquando ſunt, ut difficile appareant, de quib. propheta: Vię Sion lugent, eò quòd non ſint, qui ueniant ad ſolemnitatem, ſed illas inquirẽdas nobis Propheta monet. Sed quę ſemitę Eccleſię antiquę ſunt, licet iam deſuetudine perierint? Semita antiqua ſacramentorum frequentia, meditatio, lectio bonorum librorum, pœnitentiæ labor grandis, mortificatio iugis? In his nobis antiquis ſemitis ambulandum, vt bene ſit nobis. Viæ rectę in cęlum hę ſunt, bene nobis erit illuc peruenerimus, &c.

Thr. 4.
Pſ. 104
3. Reg. 14.
2. Ma. 1
1. Ma. 4
1. Reg. 30.
Thr. 1.
B
Thr. 4.
Eph. 4.
Hier. 6
Simile
Thr. 1.
C

Feria

A

Feria V. Poſt Cineres.

Non inueni tantam fidem in Iſrael. Matt.8. Luc.7.

EIdem hoc loco Chriſtus Dñs laudibus effert, ac miratur; & alibi ſæpe. Dubium eſt, qua rõne uoluerit Deus toties, & tantis encomiis fidem laudari in
1.Co.13 ſcriptura, cum charitas Pau. teſte maior
Matt. 16. ſit. Petrum de fide mire commendat, & ob eius confeſſionem claues cęli ei præſtat. Beatus es Simon Bariona, quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus, qui in cęlis eſt, & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram &c. Et ad Thomam ait: Beati qui non uiderunt, & crediderunt, & iuſtus ex fide uiuit, & modo in laudem Centurio-
B
Ioã. 20 nis dr: Non inueni tantam fidem in Iſrael, & ſicut credidit, fiat tibi. Et Pau &
Ro. 1. Pau. Ioan. Ioan. paſſim de fide innumera dñt. Tãta autem de fide dicta ſunt, ut multi hæretici crediderint, eam ſufficere ad ſalutem. Tantæ laudis rõnem Concil. Trid.
Concil. Trid. dicit eſſe, quia principium eſt noſtræ iuſtificationis. Verba Cõcil. ſunt ſeſ.6.c.8. Hoc oſtendentia. Eo per fidem iuſtificari dicimur, quia fides eſt principium, fundamentum, & radix noſtræ iuſtificatio-
Simile nis. Exemplo hoc fiet manifeſtum. Cũ quis nocte iter peragens uerſus præcipitium ſe confert, vbi ſine dubio peribit, forte quiſpiam lumen producit, quo præcipitium videt, & declinat, & viam inſpicit, quam teneat, ait: Lumen hoc uitã mihi donauit, non quod ſola lux id effecerit, pedes enim, & manus id etiam præ-
C ſtiterunt, ſed quia a luce ortum habuit, vt non periret. Hoc modo fides nos ſaluare dr, quia oſtendit uiam ſalutis ad dirigendos pedes noſtros in uiam pacis.

Altera ratio, quod ratio encomiis fides extollatur in ſcriptura, eſt nobis explicanda, quam ut ab ouo, quod aiunt, & radicitus exponamus, aduertendum nobis eſt, innumera bona nobis a Chriſto Domino prouenire, immo omnia eius membra, licet non omnia actu deliquerint. Sic nobis conſiderandus eſt A-
Simile dam peccans. Eramus omnes in eo in virtute, oẽs membra ſumus illius, deli- A
quit ille, & omnes nos in Adam peccauimus, & oẽs pp illud peccatum ſuſpendimur, ꝙ punimur, quia membra illius ſumus. Qua ratione omnes naſcimur filii iræ, & ſic uniuerſa in nos mala ueniunt pp Adã. Simili ratione de Chriſto dño ſecundo Adamo philoſophandum nobis eſt. Et ille primus hominum parens omnium caput omnium noſtrum vices geſſit, atq; adeo pro omnibus ſatisfecit, ac meruit, oĩa ergo membra eius libera manent, nihil dãnationis eſt iis, q ſunt ĩ Chriſto Ieſu. Sed ſicut neceſſarium eſt Ro.8.
vt ſimus membra primi Adæ, & eius incurramus damnationem, moueri ab eo per generationem naturalem, ſic ut efficiamur membra ſecundi, neceſſaria eſt regeneratio ſpiritualis? volũtarie genuit B
nos uerbo ueritatis, & qui ex Deo nati Iaco. 1
ſunt. Ioan. ait iſta generatio fit in ſacra- Ioan. 1.
mentis media fide, & charitate, in Xpo Ieſu nec circuncifio aliquid valet, neque præputium, ſed fides, quæ per charitatẽ operatur. Si fidem ſolam habeas, membrum es Chriſti non uiuum, ſed mor- Gala.5
tuum, non ad te deſcendit influxus gratiæ a capite, ſi uero charitate uiuas, mẽbrum es viuũ, omnia bona Chriſti participãs, qui caput tuum eſt. Gloriari poſſumus præclarum nos caput hr̃e, & qđ viuum eſt, ad dexteram Dei. Caput habent Sarraceni, ſed nõ uiuum, imo mortuum, caput habent gentes idola colentes, ſed Deos habent mortuos, ſed Chriſtus caput noſtrum uiuit in æternum.

Ex his uerò ſequitur, quod Chriſtus 2.Pe.2.
Dominus eripuit nos a poteſtate tenebrarum, a dæmone ſeruitute, lex eſt, vt C
Petrus ait, a quo quis ſuperatus eſt, eius ſeruus eſt. Peccaſti? uictus a dæmone es? eius ſeuus es, miſera profecto ſeruitus, ac captiuitas. Peccauit Sedechias Rex, loquitur Deus ad Ezechielem capitu- Eze.12
lo duodecimo. Fac tibi uaſa tranſmigrationis, ob oculos eorum, periode tibi parietem, & egredieris per eum, in caligine portaberis, & dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus, ſuper ducem onus iſtud, qui eſt in Hieruſalem. Dux in humeris portabitur, in caligi-

A ie egredieť,& extendã rete meũ ſupeũ,
tradeturq; regi Babylonis:in Babyloné
duceťibiq; morieť. Eius ꝙ futurũ erat
Sedechiæ,figuram in ſe expreſſit Ezec.
Sed & in Sedechia effigies nobis oſtẽdit
eorũ,q̃ in nobis efficienda ſunt ſi pecca-
ti ſerui fuerimus. Pctõr es ? alienũ reti-
nes? Tradendus es in diaboli ptãté, ſicut
Sedechias in manus Regis Babylonis,li
cet nobilis ſis,licet Dux,licet Rex,excę-
cabit te. Vides pctõrum tenebras,& de-
liria? Ne mireris,cęci ſunt,excęcauit eos
dęmon,cuius ſunt ſerui,& captiui tenen
tur ad eius voluntatem. Impoſſibile eis
apparet,non peccare,q̃a ſerui facti ſunt
dęmonis,q ſuper eos ptãtem exercet, fi-
lios occidet bonorũ operũ,q̃ nihil tibi ꝓ
ficient,in Babylonem te ducet, in æter-
nã, ſ. confuſioné,& igné,vbi ppetuò car
B ceri mancipaberis. Hac detinebať miſe
ria vniuerſum hominum genus. Quis er
go nos eripiet de ptãte tenebrarum ? qs
dęmoné ſuperabit ? Vtiq; ſi Dei gratia
homini adſit,facile id pficiet. Sanſon ca
Iud.15. pillis cõſeruatis mille occidit Philiſtęos
16. ſumma eos facilitate uincebat, mira gra
tiæ fortitudo,capillus vř tenuis,ſed eam
animæ fortitudiné præſtat, vt uniuesrũ
infernum ſuperare poſſit. Sed raſis ca-
pillis imbecillis eſt Sanſon:ligatur, ocu
li ei eruũtur,ut molã trahat, deſtinatur.
Quis Sãſoni vires reſtituat ? quis eũ de
poteſtate eripiat Philiſtinorum ? Venit
Luc.11. Xps in mundum:ſuperuenit fortior ar-
matus,& dęmoné ligauit, eius vaſa diri
puit,voluit eum in captiuitatem redige-
re dęmon:& dum nihil ſibi debentis pſe
C quitur libertatem,propria amiſit. Sic in
2.Reg. lege præceptum eſt: Oué reddet in qua-
12. druplum Chriſtus ergo nos eripuit de
Ro.5. poteſtate tenebrarum. Poſt Chriſtũ nul
lus hominum dicat,ſeruus ſum non poſ
ſum peccato reſiſtere, peccatum uobis
non dñabitur, non enim eſtis ſub lege,
Athan. ſed ſub gratia. Poſt Chriſtum dixit dæ-
mon Antonio, referente Athanaſio in
eius vita,nihil ſum : vires non habeo.
Ahęre ergo Chriſto, ei vnire & Sanſo-
nis uires recuperabis. Deo autem gra-
2. Cor. tias,qui dedit nobis victoriam per Ieſũ
15. Chriſtum,qui triumphat nos in illo,qui
dedit poteſtatem talem hominib. vt vni- A
uerſos dæmones pedis ictu ſuperare poſ
ſint. Cum verò nouerit mundus tanta
ſe bona hře a Chriſto dño, quas ei lau-
des,ac gratiarum actiones referet? An
non oĩb.adorandus, benedicendus, an
non ei genu flectendum ? An non cla-
mandum? Hæc eſt præda Dauid 1.Reg. 1.Reg.
30. Acclamatur regnum Salomonis ab 30.
oĩb.vt turbetur Adonias. Mardochæus Heſt.6
ducitur ſuper equum clamante Aman, Gen.41
vt oẽs ei genu flectant, quia fidelis fuit 1.Reg.
Regi. Simile quid factum eſt cũ Ioſeph, 17.
ꝙ panem Aegypto ſeruauerit. In occur-
ſum Dauid veniunt virgines Iſrael can
tantes,chorosq; ducentes,quia Goliam
deiecit. Quid nobis cum Chriſto facien Pſ. 94.
dũ,niſi eius acclamare regno,ei genu fle
ctere? voce præconis dicatur in vniuer- B
ſo mũdo,ei oĩa bona noſtra deberi. Ve-
nite ergo exultemus Dño:iubilem⁹ Deo
ſalutari noſtro,procidam⁹ ante eũ. Hoc
in cęlo fieri Ioannes Apoc.5.vidit. Idem Apoc.5
nobis in terra peragendũ eſt. Quia ergo
ad fidem pertinet profiteri,& oſtendere
hæc Chriſti magnalia, fide.n. intelligi-
mus oĩa,q̃ Chriſto debemus,fide ea pro
fitemur,fide Chriſtum laudamus, & cũ
adeo teneamur hoc profiteri toties fides
in ſcripturis laudatur, ac cõmendať ſũ-
mis laudibus:per illam.n. Chriſto accla Pſ.148
mamus,& dęmonem terremus. Iuue-
nes,& virgines, ſenes cum iunioribus
laudent nomen Domini,quoniã exalta-
tum eſt nomen eius ſolius. Sed eſt fi-
des quædam magna,perfecta, uiua, cui
negari a Deo nihil poteſt,& quę propo-
nitur nobis in exemplum in Centurio-
ne, quã Chriſtus turbis oſtẽdere uoluit, C
vt mirarentur,& imitarentur,dũ mira-
tus eſt ille,& conuerſus ad ſequentes ſe,
dixit: Amen dico uobis,non inueni tan-
tam fidẽ in Iſrael. Et adiũgit: Vade,& ſi
cut credidiſti,fiat tibi. Et ſanat⁹ eſt puer
in illa hora. Eſt.n. fides, q̃ oĩa impetrat,
& ut ita dixerim,Deum cogit. Nõ ſuſci-
tat ille Lazarũ,cũ audit a Martha: Dñe
ſi fuiſſes hic,ſed cũ audit: Ego credidi,
q̃a tu es Chrs filius Dei viui, tunc nihil
moratur. Sicut.n. dicitur : Non poterat Ioã.11.
ibi facere virtutes, quia non credebant Luc.4.
in

A in eum,ita cum maxima fide in eum cre
ditur,non pōt non facere mirabilia. Et
Luc. 11 tunc verum hēt, qd regnū cęlorum uim
patitur,qa ijs,qui magna fide pditi ſunt,
nihil reſiſtit. Hinc ad Moyſen: Quid cla
mas ad me,& dimitte me,quaſi Moyſes
Ex. 14. uim Deo inferret,ut ueniā daret Tantæ
Ex. 32. .n.eius fidei nihil negari poterat. Hinc
Hier. 7 ad Hiere. Tu nolli orare ꝓ populo iſto,
nec aſſumas pro eis laudem,& orōnem.
Sed quid ad te dñe,qd oret? Oret ille, &
tu id,qd placuerit, fac. Non id ita facile
eſt:oratio.n. Hieremiæ fide magna præ
dita,obtinet à me,quæ vult. Nam, ut dr
Ecc. 35 Eccl. 35. Oratio humiliantis ſe,nubes pe
netrabit,& donec propinquet,non con-
B ſolabit:& nō diſcedet, donec altiſſimus
aſpiciat:& dñs nō elongabit: ſi ante me
venit oratio feruens,non poſſum ei non
aſſentiri,ideo ne oret,dico. Sed quæ eſt
iſta magna fides, q̄ Chriſto admirationi
eſt,quæ hoīem iuſtificat? quæ à Deo obti
net oīa,quæ vult? quæ purificat corda ho
minum? Non omnes hanc fidem hēnt,
Hiero. qui fideles ſunt. Ego credo,ait Hier. ſed
nollem,mihi Deus diceret; Scđm fidem
tuam,fiat tibi: ſicut crediditi fiat tibi,ut
dr Centurioni. Vt ergo ſcias, an fides in
te uiua,& magna ſit hæc,q̄ nunc dicam,
attende: Qñ,quę fide tibi proponuntur,
ſic cordi tuo hærent,ac inſederūt, ac ea,
quæ oculis uides,& illis moueris,ac mo-
ueris illis,q̄ uides, tunc uiua fide credis,
tunc magna eſt fides tua. Cū dicis in cor
de tuo: Deus meus optimus eſt: mihi pa-
C rauit immenſam gloriā,& hoc te in eius
amorem inflammat, ac ſi tibi oſtēdiſſet
gloriam tibi paratam,tunc uiua fide cre
dis. Qñ operatur ī te id,quod credis, ma
gis q̄ operatr id,ꝙ uides, tūc uiua fide cre
dis. Cum audis ſacrum ea reuerentia,ac
totius hoīs modeſtia, qua audires, ſi ad
latus regis eſſes,conſiderans regē cęli ibi
adeſſe,tunc fides tibi uiua eſt. Dicit tibi
vir magnæ authoritatis: Cibus hic infe-
ctus eſt ueneno: abſtines ab eo. Cum er-
go,quia fides te docet,in pctō mortem eſ
ſe incluſam,illud nō committis,fides eſt
tibi uiua. Cum hēs amicum, qui multa
tibi contulit bona,& multa de malis eri
puit,diciſque: Qūo potero hunc offende

re? ſi ſimiliter te cū Chriſto hēs,uiua fide A
polles. Cū maiora, & maioris ponderis
iudicas ęterna terrenis,ſpūalia tpalibus
labora ſque plus pro æternis,& labores,
quos pro eis ponis, iudicas rectè impen-
ſos,uiua fide polles. Qñ uidens mala, &
bona futuræ uitę uirtutē colis,a uitijs ab
horres. fidem hēs uiuā. Ideo Iaco. Oñde Iaco. 2
mihi fidem tuam ex operibus. Qñ cre-
dis in Deo infinitā bonitatē,& ab ea ſpe
ras in oī tuo periculo ſubuentionem,vi-
dens,ꝙ qui ſanguinem tibi dedit,qd ne-
gare poterit,qd tibi cōueniens,ſit fidem
uiuā habes. Hæc eſt fides ſaluās hoīem:
fides inq̄,qua inclinaris tāq. crederis, ac
ſi eas oculis uideres. Qua de re. Heb. 11.
Pau fidem Moyſi laudat,dicens: Fide re Heb. 11
liquit Aegyptum nō ueritus aīoſitatem B
regis,inuiſibilem.n. tanquā uidens ſuſti
nuit. Ideſt,exiuit de Aegypto, cū eduxit
Iſrael uniuerſum,ut gloſſa exponit, nō
ueritus regis irā, & exercitū eius uenien
tem,qa licet Deus inuiſibilis eſſet, à quo
ſperabat ſibi affuturum auxilium:tñ ille
tanq̄ ſi uideret Deum,ſic ab eo opem,au
xiliumque ſperauit. Vnde Exod. 14. ait: Exo. 1.
Vos tacebitis; dñs aūt propugnabit pro Ge. 24.
uobis. Et hic eſt ſenſus uerborum illorū Ge. 48.
quæ ſancti uſurpare ſoliti erāt: Viuit dñs 4. Re. 3
in cuius conſpectu ſto: ſic.n.cū Deo ſuo
agebant,ac ſi illū uiderent. Peccator ue-
ro contra ſic agit,quaſi ſic à Deo nō uide
retur,quaſi ſi ſomnia eſſent res illę,quas
credit: non eſt Deus in conſpectu eius. Pſal. 9.
Sed quia hodie ſequentibus ſe, Chriſtus
proponit exemplar fidei Centurionis, C
hanc uiuam, magnamq; fidē in eo con-
templemur,ut eam imitemur.

Primo erat illi ſeruus pretioſus,cuius
ſalutē a Chro enixè poſtulat,implet nūc
Centurio illud Eccl. 33. Si eſt tibi ſeruus
fidelis, ſit tibi quaſi aīa tua: quaſi fratrē Ecc. 33
illū tract. Et in c. 7. Seruus ſenſatus ſit ti
bi dilectus,quaſi aīa tua. Vis ſeruos tuos Ecc. 7.
tibi eſſe fideles, tu illud facere potes, ſi
eos pretioſos hēas. Magnifaciebat ſuos
Dauid: erga ſuos humanè ſe gerebat O- Pſ. 110
culi mei,ait,ad fideles terrę,ut ſedeāt me 1. Para.
cū. Hinc poſtea cū deſideraret aquā de 11.
ciſterna Bethlehē, tres ex ſeruis eius per
medios irrumpunt hoſtes,ut eā illi defe-

 rant.

Digitized by Google

A rant. Poteris ex ſeruis filios facere, ſi cũ
Iob 31 eis leniter te habueris. Sic Iob 31. Si nõ
dixerunt uiri tabernaculi mei, qs det de
carnib. eius, ut ſaturemur. Si cõtẽpſi ſu-
bire iudiciũ cũ ſeruo meo: ſi affixi aĩam
agricolarũ. Charitas à nobis maximè e-
xigit, cũ oĩ ꝓximo, ſed ꝓcipuè cũ dome-
ſticis. Qui ſuorũ maximè domeſticorũ
curã non hẽt, fidẽ negauit, & eſt infideli
1.Ti.5 deterior, ait Pau. Qđ ſi eorũ, q̃ ad corpus
ſpectãt, curã domeſticorũ hr̃e teneris: q̃-
to potius eorũ, q̃ ad aĩam, ut nullus ĩ do-
Iob 1. mo tua ſit paralyticus. Vide curã Iob ſa-
crificiũ afferẽtis ꝓ filijs, dicẽtiſq;. Ne for
tè peccauerint filij mei. Vide curã Tho-
Tob.1. biæ, erga filiũ, quem ab infantia timere
Deũ docuit, & domeſticos, cũ ait: Videte
B ne furtiuus ſit hircus. Qđ maximè Deũ
hoĩ deuincit, charitas iſta eſt, curaq. pro
ximi in ſpũalibus. Audi loquẽtem dñm.
Ge.18. Gen. 18. Num celare potero Abrahã, q̃
geſturus ſũ? ſcio.n. qđ ꝓcepturus ſit filijs
ſuis, & domui poſt ſe, ut ſeruẽt præcepta
mea. Maxime tibi curãdi domeſtici ſũt
ꝓcipuè uerò, ut iuſti ſint. Sed & ĩ hoc, ꝙ
Centurioni ꝑtioſus eſt ſeruus eius, oſten
dit, q̃uo ꝑtioſiſſimus Deo, ab eoque ſum
me dilecti: ipſe.n. eo quod nos diligat, fa
ciat ut diligamur, à parẽtib. fratrib. atq.
amicis, quo oñdit ſummã ĩ nos dilectio-
nẽ: dum nõ ſolũ diliget ipſe, ſed ab alijs
nos diligi vult, & in ꝑtio hr̃i. Ois ergo
amor creaturæ in nos effectus eſt diuini
amoris, q efficit, ut nos creaturæ diligãt,
nobiſq. benefaciãt, & cũ nemo det, quod
non hẽt, q amorem ꝓſtat, amat. Tu ergo
es ſeruus Deo ꝑtioſus, cũ ꝓ te ſanguinis
C ſui ꝑtiũ dederit. Hinc colliges, q̃tum Ec
cleſiã diligat ſuam: qa illa uiris in uxores
amorẽ dedit ꝓcipuũ. Hinc ẽt intelliges,
q̃uo dederit filiũ pro hoĩbus, q in corde
Abrahæ poſuit, ut filiũ Deo daret: cũq.
ſacrificaret, ut Dei uoluntati parere, &
q̃uo ſe ꝓ nobis in ſacrificiũ dederit, q in
multorum cordib. poſuit, ut ſe ꝓ Deo ſa
crificarent. Cũ.n. hæc egregia ſanctorũ
facinora à Deo ipſis conceſſa, & inſpira
ta ſint, ille prior paratus eſt illa ꝓſtare.
Sic ẽt, qui uoluit nos diligi ꝓcipua dile-
ctione à parẽtibus, & amicis, illudq. effe
cit, ſine dubio maximo nos amore proſe
quit, cui⁹ amoris maximũ eſt inditiũ, ꝙ A
Mat.8. Matth. hoc c.8. dicit, narratis uarijs cura
tionib. leproſi, ſerui Cẽturionis, & alio-
rũ. Ait.n. hæc facta ab eo eſſe, ut implere
tur illud Eſai. Languores noſtros ipſe tu
lit, & dolores noſtros ipſe portauit, quæ Eſa.53
ꝓ nobis exoluit, ſed & ad infirmitates,
qb. medebat̃. Sed ĩ his dubiũ eſſe uidet̃,
q̃uo ille tulerit, & portauerit eas infirmi
tates, & lãguores? Qđ abſtulerit, maniſe
ſtũ eſt, ſed q̃uo portauit, & tulit, non eſt
adeo manifeſtũ. Sed & hoc ẽt fuiſſe ꝑſpi
cies, ſi cõſideraueris, quotieſcunq. aliquã
infirmitatẽ curauit Xps dñs non abſo-
lutè curaſſe nullo addito, ſed ſic, ut patri
diceret: Iſte infirmus pp pctã ſua hãc me
ret infirmitatẽ, ab eo auferat̃, & ſup me B
ueniat hic eius dolor. Ego eũ ferã, ois do-
lor ueniat in me, ut iſte liber ſit. Similẽ ĩ Simile
hoc agens ei, ꝙ in libris rõnum effici ſo-
let, ut dicat qs: Hoc Petri debitũ ad me
transfer, in mea pone linea, ego illud ſol
uã, ille liber maneat. Hoc uero q̃tũ cha-
ritatis oñdat, qs loqui poſſit? Miſericors
hr̃, qui infirmitatem, & dolorem alteri⁹
pecunia leuat. Quis uero ſuper ſe ſumat
dolorem, aut infirmitatem, ut alter liber
ſit? Hoc facit nullus. Fecit uerò Xps dñs
verè ſumus illi ꝑtioſi. Primum ergo oſtẽ
ditur Centurionis uiua fides in dilectio
ne ſerui qui ei pretioſus fuit. Sc̃dò oſten
ditur ma fidei Centurionis in eo, quod
acceſſit ad Xpm humiliter. Matthæus
dicit ipſum acceſſiſſe Lucas nuncios mi
ſiſſe, quidam ſanctorum aiunt utrunque
factum. Sed etiam ſi ille corpore ad do-
minum non acceſſerit corpore, ille tamẽ C
acceſſiſſe dicitur, potius quam ille, quia
ille ſpiritu, mente, humilitate, deuotione
accedit, quo pacto uerè ad Deum accedi
tur. Aug. Acceditur ad Deum non greſ Aug.
ſibus corporis, ſed affectibus. Hoc mo
do non acceſſerunt, qui nuncium Chri-
ſto retulerunt, ſed ſuperbè ad Chriſtum
uenerunt. in ſeque confidentes dicunt,
dignus eſt, ut hoc illi præſtes. Nec di-
cunt, diligit Deum, quòd declinauit ſy-
nagoga ædificata, & dilectione populi
ſui, ſed, diligit gentem noſtram, & ſyna-
gogam ipſe ædificauit nobis. Beneficiũ
in ipſos collatum, cum dignum face-
re

Digitized by Google

A re dñt,tã ſe illi dignos putant eſſe vt is di
gnus ēt ſit,qui eis bñfecerit. Cōpara mō
horũ cor cũ corde Centurionis. Illi dñt,
dignũ eũ eſſe, vt hoc ei pſtetur bñficiũ,
ille verò idignũ ſe putabat beneficio, &
ipſa Dñi pñtia. Sic.n.ait: Non ſum di-
gnus vt intres ſub tectum meũ? pp ꝙ &
me ipſum non ſum dignũ arbitratus, vt
Ge.16. veniré ad te. En quæ ſit fides Deo placēs
Luc. 7. fides Abrahæ,q̃ filiũ imolat, ut Deo obe
Ioſue 7 diat,fides Magdalene,q̃ diligit,&lachri
mas ꝑ pc̃tis fundit: fides Rhaab,q̃ explo
ratores recipit,fides Cēturionis humilis
q ſe oĩum indignũ putat,licet alijs dign⁹
Chryſ. iudicet. Chryſ.in illud Pau. Charitas nō
eſt ambitioſa,ait; Tm ualet apud Deum
nihil reputare oĩa merita noſtra vt ua-
B lent vniuerſa merita. Sicut ſeruus ſuus
Simile tunc ibi maximè placet, qñ cum bñ mi-
niſtrauerit,nihil ſe feciſſe credit. Si ergo
Luc.17. magna apud Deũ uis eſſe merita tua, tu
ne repures magna, ſed cũ feceris oĩa,q̃ ti
bi mandata ſunt,dic: Seruus inutilis ſũ.
Sic Pau.dicēs; Non ſum dignus vocari
1.Co.15 Apl̃s,oĩum primus factus eſt. Et Ioãnes
Ioan.1 dicēs; Nō ſum dignus ſoluere corrigiã cal
ceamēti,amicus ſpõſi factus eſt. Et ma-
nũ dixit indignã ſoluere calceamentum
ſup caput ſuum Xp̃s collocat. Petrus di-
Luc. 5. cēs; Exi a me dñe,qa hō pc̃tor ſum,fun-
damentũ Ecclæ cōſtituit. Sũme.n. Deo
gratum eſt,ſe minimũ iudicare. Ita cum
Cēturio ait: Dñe non ſum dignus, &c.
Dignus factus eſt, & admirationi habi-
tus,& Iudęis platus a Dño. Qua ĩ re ali-
Gerſ. quantulũ nobis imorandũ eſt. No. ergo
ex Gerſone in ſermo.celebri in cęna Do
mini Pariſiis facto humilē,& ſupbum a
Deo exire,a Deo elongari, & diſcedere
C quodã modo. Supbus a Deo exit p ſuper
Luc.15. biã,ſicut ꝓdigus abiēs in regionē lōgin-
Gen.3. qu ,nolens patri ſubiici,& ſicut Adã elō
Gen.4. gat⁹ a Deo,& Cain egreſſus a facie Do-
mini, cuius ſuppliciũ eſt illud: Diſcedite
a me maledicti: Sed hic exit⁹, receſſuſq;
eſt a Deo ſup Deũ. Iō dr̃ eleuatio,qa vo-
luntatem ſuã diuinæ anteponit. Cuius
Mat.15 exēplũ eſt in eo, q extollit̃ ſup oē, ꝙ dr̃,
2.Th.2 aut colitur Deus 2.Theſ.2. Eſt alius exi
Pſ.138 tus a Deo p humilitatē,qui exitus eſt ſub
Deo,hic exitus localis nō eſt. Nã quo exi

bo a ſpiritu tuo,& quo a facie tua fugiã? A
Sed exitus hic fit per propriã reputatio-
nē,qñ aĩa conſiderata diuina maieſtate,
& ꝓpria vtilitate cōtrahit ſe,& quaſi re
cedit,ceditq; loco,ſicut corã magno prin
cipe redit humilis ſeruus, & loco cedit.
Sic aĩa corã diuina maieſtate, in eiuſq;
pñia cōſtituta tremit,& ingredit̃ egeſta-
tis ſuæ regionē. Sic Aug. 1 cōfeſ. ait; Fa- Aug.
ctus ſum mihi metipſi regio egeſtatis. Luc. 5.
Conſidera ſic a Deo exeũtē Petrũ, cũ di Ioã. 12
xit; Exi a me Dñe, qa hō pc̃tor ſum. Et
cũ iterũ ait. Tu mihi lauas pedes? Fugit
a Chriſto quaſi iterum dicens: Recede a
me dñe. Hoc ēt pacto exit a Xp̃o Cen-
turio dicens, Non ſum dignus, vt intres
ſub tectũ meũ Mirabilis ꝑfecto exitus
iſte eſt,qui cũ exitus ſit,& receſſus,ſimul Augu.
eſt uia recta,qua ĩ Deũ tēdim⁹. Sic Aug. B
in epiſt.ad Dioſcorũ: Non aliã ad cape-
ſcendã,obtinendãq; viam veritatis inue
nies,quã q̃ inuenta eſt ab illo,q greſſuũ
noſtrorum tanq̃ Deus uidit infirmita-
tē. Prima eſt humilitas. Scd̃a eſt humili-
tas. Tertia eſt humilitas. Quoties hoc in
terrogaueris,hoc dicã. Mirabile ꝑfecto,
ait Aug. Excelſus Dñs,humilias te,& ve
nit ad te,& uenis ad eum, exaltas te &
elongaris ab eo, & elongat ſe a te. Ac- Pſ. 67.
cedet hō ad cor altum,& exaltabit̃ De⁹.
Quare hoc,qa excelſus dñs, & humilia
reſpicit,& alta a longe cognoſcit. Duo Pſ. 137
verò miracula humilitatis cōſideranda
ſunt ex Gerſone vt ſupra,q̃ hodie in Cē Gerſo.
turione facile uidere licebit. Primũ illud
eſt,ꝙ Prouer.29.dr̃; Humilem ſpiritu ſu Prouc.
ſcipiet gloria. Mirum profecto hoc eſt. 29.
deſcendit humilis a Deo in propriã vili
tatem,cōtēptum,& infirmitatem. Exit
a gloria,potentijs,& diuitiis, & ſic effici C
tur potentiſſimus,ditiſſimus,glorioſiſſi-
mus. Sed quo hoc? Audi Senecam: Faci- Seneca
lis eſt ad diuitias p cōtēptum uia. Simile
in oĩb. alijs reb. dicere poteris. Humilis
ergo contēnit diuitias,ſolum Deum ſibi
uult theſaurum eſſe, dicens, Pars mea Pſ. 72.
Deus in æternum,alia oĩa ꝓter Deum va
nitatem reputat: Deus ergo theſaurus
eius eſt. Vide ſi ditiſſimus eſt; Paupertas
altiſſima eorum ait Pau. Abundauit in 2.Co.8
diuitias ſimplicitatis eorũ. Siĺe ei cōtigit

A in honore, mundi honorẽ abiicit, ſolum
Pſ. 48. quærit gloriã, q̃ a Deo eſt, & eã exequit.
Vide, ſi eſt glorioſiſſima, cuius gloria ſo
lus Deus eſt, diffidit de ſe, & de oĩ bra-
chio carnis, non.n.eſt, ſicut illi, de quib.
qui confidunt in virtute ſua, & in multi
tudine diuitiarũ ſuarũ gloriant. Fidit ve
ro in Deo, in quo oĩa pt. Vide, ſi potẽtiſ-
ſimus, oĩbus utitur humilis, oĩa deſpiciẽ
do pp Deum, oĩum Dñs eſt, q oĩbus vti-
tur, ꝑ ut illi conuenit, Dñs.n. rerũ eſt, q
eis utitur, oĩbus vtitur humilis ea deſpi-
ciẽs, oĩum ergo Dñs eſt. Sicq; in eo im-
Deu.11 pletur illud Deut. 11. Oĩs locus, quẽ cal-
Saluſt. cauerit pes veſter, veſter erit, ſicut d Ca
tone Saluſtius dicit: Quo plus fugiebat
gloriã, eo illã magis aſſequebatur. Humi
B litas fecit Paulũ nihil habẽtẽ, & oĩa poſ
ſidentẽ. Humili militant oĩa, ẽt aduerſa,
ẽt peccata, ex qbus humiliat. Contra, ſu
perbus viliſſimus eſt. An non vilis, qui
muſcas captat fauoris humani? Qui fu-
mũ, q ventũ deglutit? qui tpalia magna
reputat, an non paruus? Qui in terrenis
dominari cupit, oĩum ſeruus efficitur, q
multũ ſi poſſe vĩ ponens carnẽ brachiũ
Simile ſuum, nihil poteſt. Contra, uero humilis
ſimilis Antæo, qui cadens in terram ui-
res recuperat, gloriam deſpicit, ſe deij-
ciẽs, & eã recipit, deficit in ſe, & oĩa põt,
3.Re.6. abiicit ſe, & vilior fit corã Deo, vt Da-
uid, & tunc glorioſior apparet, ut ille di-
xit ad Michol. Pauper efficitur, & ditiſſi
mus euadit. An non hęc in Centurione
manifeſta ſunt? Indignum ſe dicit, & di
gnus apparet. Contẽnit ſe, & a Xp̃o ad-
mirationi habetur, & laudi. Nihil ſe poſ
ſe, aut mereri putat, & oĩa recipit, q̃ deſi
C derat, & plura, quam petat, aut cogitet.
Fugit a Chriſto, & venit ad eum.

Scdm humilitatis miraculũ illud eſt,
Iaco.4. de quo Iac.4. Deus ſuperbis reſiſtit, hu-
milibus aũt dat gratiã. Exit aĩa p humi-
litatẽ a diuina bonitate, & pfectione ad
ſuã nihilitatẽ, & imperfectionẽ, & ſic pfe-
ctior fit, diuinis gratiis abundans: tanq̃
uallis abundans frumento, & aquis, tan
q̃ abyſſus fluenta abſorbẽs gratiarũ, tã-
q̃ uacuum quoddam ſpirituale, ad q re-
plendũ confluunt oĩa, nec oĩa ſufficiunt
1.Ti.1 illud implere, niſi Deus. In hac pfectiſſi
ma imperfectione erat, q dicebat: Venit A
Ieſus peccatores ſaluos facere, quorum
primus ego ſum. Grande miraculũ vide
re hoiem uirtutibus oĩbus clarum, plus
oĩbus laborantẽ, & tñ ſe primũ peccato
rum dicẽtem. Dicere magnum aliquod
meditor, ait Gerſ. neſcio ſi potero Chri- Gerſõ.
ſtus, & Maria multum Paulum in humi
litate exceſſerunt. Nunquid ſe dixerunt
primos inter peccatores? Dixerunt pla-
ne. Non q pctm̃ contraxerint, aut fece-
rint: ſed qa maximè nouerunt ſuũ nihil,
& q maximè caderent, niſi Dei manu
tenerentur, q maximè aĩa Xp̃i nouit, q̃
ſicut in eſſe a uerbi ſuppoſito pendebat
oĩno, nec ꝓpria ſubia innitebatur, ſed di
uina, ita p humilitatẽ ſuum nihil, maxi-
me nouerat, Deoq; fidebat, ac innitebat B
non ſibi, quo.n. creatura ornatior, & al-
tior eſt, eò facilior ad ruinã, niſi a Deo te
neatur, ut manifeſtũ eſt in Lucifere, &
Adamo, quo, quorum pfectiones qd eis
fuerũt, niſi grauius pondus ruinã? Qua
cognitione maxime Xp̃i, & Mariæ aĩæ
ſe deijciebãt: Implẽres illud: Quo maior Ecc. 3.
es, humiliate in oĩb. Maxime agnouerũt
illud. Pſ. Verumtñ uniuerſa uanitas oĩs Pſ. 38.
homo uiuens. Vñ Auguſt. dicit Mariam Augu.
puellam fuiſſe uilem, & abiectã in ocu-
lis ſuis, in Dei vero oculis maximam, &
ſublimem. Quid ergo tu puluis, & cinis
ſuperbis, & Phariſaico more bona tua
iactas, & in eis gloriaris? Te nõ reputas
pauperem, & ideo nihil petis, ſicut Pha-
riſæus orãs nihil petit. Humilis pauper-
culus eſt, petit, & accipit, ſic orat Centu- Mat.9.
rio, & recipit, quia humiliter orauit.

Sed enituit humilitas Cẽturionis in C
eo, quod indignum ſe, & domum ſuam
putauit Chriſti hoſpitio. Ad Zachæum
loquitur Chriſtus Dñs: Feſtina deſcen- Mat.9.
de, quia hodie in domo tua oportet me
manere. At ille gaudens excepit eum in
domum ſuam. Laudabilis ſine dubio
Zachęus, ſed admirationi Chriſto non
eſt habitus. Quod Zachęo Chriſtus di-
xit Centurioni ſimiliter dicit: Ego ue-
niam, & curabo eum, eo, inquit in do-
mum tuam: Sed, o Domine, ſalutem
ſolum petit, non aduentum in domum
ſuam. Vere poteſt ſuperabundantius fa-
cere,

Digitized by Google

A cere, quam petimus, aut intelligimus. Su
perat mīa ſua deſiderium noſtrū, & ora
Ge.17. tionem. Petit Abraham: Vtinam uiuat
Iſmahel coram te. Cui Deus: Numera
ſtellas cœli, ſi potes, ſic erit ſemen tuum,
& inſuper filium meum dabo tibi, ī quo
3.Re.3. benedicentur oēs gentes. Salomon petit
Ma.27. ſapientiā, & ei donatur illa, & oīa alia,
q̄ non petijt. Petit latro: Memento mei,
cum ueneris in regnum tuum, & audit:
Hoc ipſum regnum tibi dabo. Hodie
mecum eris in Paradiſo. Et curabo, ait,
eum. Non erat neceſſarium hoc expri-
mere. Manifeſtum.n. erat, Chriſto do-
mum intrante, ſalutem intrare, ſicut ad
Mat. 9 Zacchæum ait: Hodie ſalus domui huic
B facta eſt, ſed Zacchæus gaudens excipit:
Centurio dicit; Dn̄e non ſum dignus.
Vterque laude dignus, ſed præcipue Cē-
turio, cuius fidem Xps miratur, cum mi
ratus non ſit Zacchæi gaudium, & uer-
ba illius tanta ſunt, ut ea uſurpauerit ec-
cleſia in digniſſimum miſſæ locum. Qui
2.Pa.6 bus oſtenditur, quanta reuerentia ſuſci-
piendus Chriſtus ſit in Euchariſtia. Vi-
de, qua reciperes regem uenientem in do-
mum tuam. Ergo ne credibile eſt, ꝙ ha-
bitet Deus cum hoībus, ſi cæli cælorum
te capere non pn̄t, quanto magis domus
hæc, q̄ ædificaui. In ſolo patris pectore
digne Xp̄s habitat, digne inquam ſecun
dum omne meritum ſuum. Quod in ute
rum uirginis deſcenderit, mirabile pla-
ne: ſed paradiſus erat illa cæleſtis, at q̄d
C cum hoībus habitare uelit, & eos in do-
mum ſuam conſecrare, mirabile plane il
lud eſt. Cùm ergo eum exceperis, dic:
Tu uenis ad me? O ſi intelligeres, q̄s ille
qui uenit, & quis ille, ad quem uenit. Ex
trema ſunt immenſa: Ille abyſſus puri-
tatis, ego abyſſus miſeriæ: ille De⁹ deorū
dn̄s: ego primus pc̄tōrū. Duo ſunt abyſ-
ſi magnæ, quis ille, quis ego? Ingredere
abyſſos iſtas. Vt accedas reuerenter, ſol-
ue calceamentum de pedibus tuis: terra
Exo.3. n. in qua ſtas, ſancta eſt. Ad ſpinas uoca
Pſal.2. tur, & ut calceamenta abijciat, p̄cipitur.
Merito, ut reuerenter, & cum tremore
accedat. Seruite dn̄o in timore, & exulta
te ei cum tremore. Nam, & in cœlo tre-
munt Angeli: Qui.u. calceis indutus eſt,
pedes ſine timore ſpinas ingreditur: at A
qui nudis pedib. timens, & cuncta pro-
ſpiciens. Sic ergo nobis humiliter acce-
dendum, & cum timore dicentes: Domi
ne non ſum dignus panem vulgarē mā-
ducare, quomodo cæleſtem panem man
ducabo? Sic.n. fiet, ut ueniens curet nos:
quieſcit.n. ſuper humilem, & pauperculum
lum: quis ſe noſcens pauperem, dicit: Eſa.66.
Non ſum dignus.

Feria VI. Poſt Cineres.

Diligite inimicos veſtros. Mat. 5.

VT aquila filios ſuos dignoſcat, Solis Simile
radios cogit intueri, ut ſi ad eius B
ſplendorem cōniueant, eos a ſe reijciat:
ſin minus ſibi filios chariſſimos habeat.
Argentarij petram habent, cuius tactu
aurum ab aurichalco diſcernunt, ut ſepa
rent pretioſum a uili, Deus ſimiliter ſuos
probat. Sed qua in re præcipue? utiq. in
dilectione inimicorum. Sicut probat Da
uid duces ſuos, petens aquam ex ciſter-
na Bethlehem, quæ erat in medio inimi 2.Reg.
corum: ita Deus ſuos tentat diſquirens, 24.
quis ei ī hoc placeat, ut inimicos diligat.
Sed difficile intelligitur lex iſta, neceſſe
eſt orare cum Pſ. Da mihi intellectum,
& ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam
illam in toto corde meo. Sed num Ma- Pſ.118
ria id exorabit? Offenderant grauiter
Iſraelitæ Samuelem, eo derelicto, Re- 1.Reg.
gem petentes, uidenteſque diuinam ſe 12.
iram concitari, dicunt ei; Ora pro ſeruis
tuis ad dominum Deum tuum, ut non
moriamur. Timebant illi, ne iniuriæ me C
mor ab oratione ceſſaret. Quibus ille
(ſequutus Chriſti conſilium, orare pro
perſequentibus uos) ait: Abſit a me hoc
peccatum in domino, ut ceſſem orare ꝑ
vobis, & docebo uos uiā rectam, & bo-
nam. Timendum nobis profecto foret,
ne Maria tot offenſus commota pro no-
bis non oraret: ꝙ ſi eſſet, actum de no-
bis eſſet. Sed de illa Anſel. Quę Angelos Anſ. in
uincis puritate, ſanctos ſuperas pietate: ora. ad
multò clementior Samuele, orabit etiā B. Ma.
pro inimicis: quid pro amicis? Salute-
mus ergo illam: Aue Maria.

Digitized by Google

A Duo hodierno Euangelio docemur: primum, inimicos diligere: ſecundum, hypocriſim cauere. De hoc ſecũdo multa verba Xps dominus fecit: quia multa tunc erant ſimulata, & efficta ſanctitas. Nunc verò non adeo neceſſaria doctrina hæc eſt: adeo.n. homines virtutis inimici facti ſunt, vt eius etiam fugiant ſpeciem, & apparere probi, & ſtudioſi nolint. Ideo de primo, ſ. inimicorum dilectione nobis hodie agendum eſt.

Cum Deus hominem ad ſui imaginẽ efformauit, oſtendit planè, quanto eum amore proſequeretur: ſimul uerò oſten-
B dit, quanta ab eo exigeret. Cum.n. naturam dederit ſuæ ſimilem, exigit ab illo opera ſimilia operib. diuinis: quia unaquæq; res operatur ſecundum propriam naturam. Nihil aũt dignius, aut excellẽtius homini contingere põt, q̃ ut Dei ſui
Io. eps. ſit imitator, ut dicit Ioãnes eps, & refert
D. Th. D. Th. in opuſc. de diuinis morib⁹. Imo
Ecc. 25 hoc a Spiritu ſancto dictum eſt: Magna
Ambr. gloria ſequi dñm: quod non ſolũ Chri-
li. 1. de ſtiani nouerunt, ſed & Ethnici. Refert
Abra. .n. Amb. Hoc eſt, ꝙ pro magno, inter ſe-
c. 2. ptem ſapientum dicta celebratur: Sequere Deum. Et ratio manifeſta. Cũ enim imaginis perfectio ſit, aſſimilari rei, cuius eſt imago: ſicut, & cuiuſuis rei imperfectæ, cum tendit ad perfectum: cum homo ſit Dei imago, & eſſe participatum, quo magis accedit ad Deum, eo glorioſior, & nobilior exiſtet.

Inter diuinos verò mores, quos imita-
C ri debemus, ait D. Tho. vbi ſup. Hic ma-
D. Th. ximè nobis imitandus eſt, ꝙ omnia opera ſua in ſummo bene facit: opus enim creationis uniuerſi ſic perfecit, ut melius excogitari non poſſit. Vidit cuncta, quæ
Gen. 1. fecerat, & erant valde bona. Et Ariſt. ini-
Ariſto. tio librorum de cęlo probat, uniuerſum
Ecc. 18 eſſe omnino perfectum. Et Sapiens ait: Non eſt minuere, nec eſt inuenire magnalia Dei. Similiter opus gubernationis perfectiſſimè operatur, cum pluit, cũ ningit, cum frigus eſt, cũ calor. Pro tunc ait D. Th. Melius quid excogitari nõ poſſet, licet nos multorum lateat cã. Opus ẽt redemptionis in ſummo benefecit, redimus nos ſumma mia, ſumma iuſtitia, copioſa redemptione. Et in tm̃ hoc opus A benefecit, vt homo, aut Angelus tale qd excogitare non poſſet. Opus remunerationis ſimiliter in ſummo bene operatur donans ſummam gloriam iuſtis, & pęnam iniuſtis, aptiſſimamque gloriam ſecundum merita, & aptiſſimam pœnam ſm demerita. Ad huius ergo exemplar, ait D. Th. curare debemus, omnia noſtra opera perfecta ſint, & conſummata, attendentes optimum finem, operantes oĩ conatu, virtute, ac deſiderio, ut dicere poſſimus illud Pſ. Fortitudinem meam Pſ. 58.
ad te cuſtodiam: vt ſic impleamus Sapiẽtis conſilium: In oĩbus operib. tuis præ- Ecc. 33
cellens eſto. Similes ẽt in hoc nos pręſte- B
mus Angelis, qui vno iaſtanti ex toto conatu operantes, meruerunt omnem qua fruuntur, gloriam. Sic ergo vniuerſa opera præſtare debemus, & ſingula, quaſi ex eorum quolibet noſtra oĩs penderet ſalus, vniuerſumq; meritũ: ut ſicut Dei
perfecta ſunt opera, ſic & noſtra perfe- De. 32.
cta ſint. Ad hoc nos ille hortatur. Eſtote Mat. 5.
ergo & uos perfecti, quemadmodum pr̃ veſter cęleſtis perfectus eſt. Et in hoc ille venit in mundum, ut opera hominum minus perfecta uerbo, & exempto ſuo
perficeret. De quo ait: Nolite putare, qm̃ Mat. 5.
veni ſoluere legem, ſed adimplere, ideſt ad ſummam uſq; perducere. Quod Euãgelio hodierno oſtendit, corrigens, quæ imperfecta erant in lege, & ſcribarũ intelligendi modo. Licet uero in oĩ opere noſtro hoc curandum ſit, præcipuè tamen in dilectione, quam Chriſtus Dñs
ſummopere commendauit, quamq; uo- C
luit ſignum eſſe ſuorum. In hoc cognõ- Ioã. 14
ſcent uos meos eſſe diſcipulos: ſi dilectio- Ioã. 15
nem adinuicem habueritis, ſi manſeritis 1. Ti. 1.
in dilectione, verè diſcipuli mei eritis: & hæc finis oĩum præceptorum. Finis præcepti charitas. Hac in re præcipuè eum
imitari debemus, dicente Paulo: Eſtote Eph. 5.
imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi, &
ambulate ĩ dilectione. Sicut.n. diſcipuli Simile
alicuius ſectæ phyloſophorum illud præcipuè præſtabant, ꝙ ſuæ ſectæ proprium erat, & peculiaria placita ſectæ ſuæ, maximè illuſtrare conabantur: ſicut Platonici, ea maximè tuentur, quæ Platonis

pecu-

A peculiaria dogmata : ita hic locus dilectionis inimicorum Christianę phyloſophiæ propitius eſt. Apud nullos.n.alios hæc doctrina viguit, ut iniurijs appetitus benefacias inimico. Hoc nouum, noſtrumq; mandatum, quod adeò nobis maximè obſeruãdum, & in eam rem incumbendum præcipuè. Hoc charitatis præceptum voluit Christus o no perficere, ac conſumare. Hoc fecerat ſupius hoc cap. ex parte diligentis oſtendẽs nõ opere ſolum cauendum a proximi iniuria, ſed a verbo malo, & ab iræ ſigno, & ab ira ẽt interiore. Hodie verò perficit
B hanc charitatem ex parte obiecti, extendens illam ad oẽs ẽt inimicos, qd eſt vltimum, ad quod charitas extendi poteſt. Sic cum diuinam charitatẽ amplificare Paulus uellet, ait: Vix.n.pro iuſto, quis
Ro. 5. moritur: nam pro bono forſitan, quis audeat mori. Commendat autẽ charitatẽ ſuam Deus: Quod cum adhuc inimici eſſemus, ſm tempus Xps pro nobis mortuus eſt. Rom. 5. Quaſi dicat, cum dilexit inimicos, eo peruenit charitas, quo peruenire potuit. Qua in re Scribæ male Dei legem fuerant interpretati, dicentes, poſſe odio haberi inimicum. Qui Iudæorum error inde hortum habuit, ꝙ in eo legis loco, quo præcipitur. Diliges ꝓximum tuum, nomen ſignificans proximum apud Hebræos eſt Reach, vel ree,
Hiero. qđ ſignificat amicum. Vnde Hier. Leu.
Le. 19. 19. Vbi hoc præceptum ponitur, vertit,
C Diliges amicũ tuũ, ſicut teipſum. Hinc inferebant, inimici dilectionem non eſſe præceptam, ſed male. Ille.n.dictiones, ſicut amicum ſignificant, ſic ẽt ſignificant quemcunque proximum, adeo, vt ẽt inanimatis tribuant, qñ hñt inter ſe aliquẽ
Ge. 15. ordinẽ. Sic Ge. 15. vbi legimus: Tollens Abraham vaccam, capram, & arietem triennes, diuiſit ea per medium, & vtraſque partes contra ſe altrinſecus poſuit: Hebræa habent: Vnumquodq; mẽbrũ poſuit è regione amici ſui, uel proximi ſui. Et ſic illa noia Hebræa ſignificãt eũ, qui qualibet rõne tibi coniunctus eſt, & ſic accipiunť ſæpe in alijs ſcripturę locis. Hunc ergo Scribarum errorem Xps hodie corrigit. Cui contingit, ꝙ tabellioni, Simile

qui puero dedit inſtrm tranſcribẽdum, A an verò, q̃ ſigno ſuo illud muniat, vt publicum ſit, corrigit errata, q̃ à puero male ſcripta fuerant, dicitq; hoc & hoc deletũ reperies, qđ accipe tanq̃ nõ dictũ; ꝙ Hiſpane dr, (va teſtado donde dize ral, no vala.) Sic mõ dixerãt Scribæ: Diliges proximum tuum, & odio hẽbis inimicũ tuũ: corrigit Xps hunc Scribarum errorẽ, dicens, illud tanq̃ mendũ tollendum eſſe, ſ. odio inimicũ proſequendũ. Præuiderat mendum hoc, & ſimilia. Hiere. 8. Hier. 8
Quõ dicis Sapientes nos ſumus, & lex dñi nobiſcũ eſt, verè mendaciũ opatus eſt ſtylus mendax Scribarum. Hoc ergo B mendacium corrigit Xps dñs dicens.

Ego aũt dico uobis, diligite inimicos veſtros, benefacite, orate, &c. Sed ais, tã bonus, tã perfectusq; eſſe debeo, ut oĩ loco, oĩ tpe, oĩ cum hoĩe bonus ſim, ut nulla res ualeat me à recto dimouere? Sed te ego potius interrogo: Hoc defectũ putas diuinæ legis eſſe, ꝙ te ſp bonũ faciat, nec pmittat aliqua occaſione, uel cã malum eſſe? Finis legis, dñt Philoſophi, eſſe bonum facere ſeruantẽ ea, & quo melio res facit, eo lex melior eſt, qualis ergo lex illa erit, q̃ ſic nos perficit, ut ſimus perfecti, ſicut pr̃, qui in cęlis eſt? Et hęc tibi lex non placet? Verè ſi eam ſeruas, dicetur Mat. 5
de te: Iuſtitia tua, ſicut montes Dei. Sed Pſ. 35.
iterũ obijcis: nimia perfectio a me exigitur. Rñdet Aug. ſerm. 12. de verbis dñi. Augu.
Oĩa tua uis bona eſſe, & ualde bona, C quare ergo tu non eris ualde bonus? Vis domũ optimã, ut ſtes optimas, & deniq; oĩa perfecta, q̃ ad te pertinẽt, & tu ſolus imperfectus eris? Inſuper oĩa naturalia ſunt in ſeipſis perfectiſſima, liliũ, ut nec Salomon in oĩ gloria ſua ſimilis ei non ſit, oẽ agens opratť ſm ultimum potentiã? Sol illuminat, q̃tum põt: ignis calefacit, q̃tum põt: cur nõ hõ ſe dẽt hře ſimiliter, maximè cum ſit ille princeps oĩum. Sed adhuc natura recalcitrat, dicitq; ne, durũ eſt verbũ: Dilige inimicum, qũo.n. in corde reponã eum, cũ quo nec in eadẽ domo commorari poſſum? nec uerò in ciuitate degente uidere queo, & mundus uniuerſus anguſtus mihi apparet, ut ſimul in eo ſimus? Rñdeo tibi: Durũ eſt ver-

A verbū: & dulce, dulce amāti Deū, durū
nō amāti, & eſt iugū, & eſt ſuaue, & eſt
latū mandatū tuū nimis, & arcta uia, &
Augu. anguſta porta Aug. & Chryſ dñt: Hæc
Chry. aduerſa vñr, ſed nō ſunt: arcta.n.eſt na-
turæ, ampla grãæ, ampla uia diligenti, ar-
cta nō diligenti. Sed ais: Quo potero vo-
lūtatē inclinare meā, ut inimicū diligā?
Audi magiſtri rōnes vrgentiſſimas, qb⁹
facilè mouearis. Vt uero doctrina hæc
ſit oīb. cōis, & ꝑſpicua, nec a ſe alienā qſ-
piā putet aīaduertendum eſt, oīb. nobis
inimicos eſſe, & iō oīb. neceſſaria doctri
na hæc eſt. Licet.n. inimici tibi non ſint,
q oīno aduerſi ſint: ſunt tñ multi, qui ſal
B tē in quib. te offenderunt, offenduntq;
quotidie, quib. tibi indulgēdū eſt. In ma
gno, uel in paruo nullus eſt, qui inimicū
non hēat, & offenſorē. Siue ergo in ma
gnis læſus ſis, ſiue in paruis, indulge, &
cōdona. Sed ais. Quib. ad hoc rōnib. ad-
ducar? Prior, maximaq; illa ſit, qua Xp̄s
Dñs hodie utit̃. Ego aūt dico uobis. Sū-
mā emphaſim hēt verbū illud: Ego autē
dico uobis. Si noſſes ò hō, q eſt, q dicat ti
bis, qs eſt, q loquat̃ tecū? Qui dicit ſe noſ
ſe Deum, & mādata eius non cuſtodit,
1. Io. 4. mēdax eſt: q.n. eū ꝑfectè noſſet, ſine du-
bio eius mādata ēt grauiſſima ſeruaret.
Nō nouerat Deū uerū Labā, q idola co-
lebat. Fugit clā Iacob ab eius domo, Ge-
neſ. 31. tollēs duas eius filias, ſubam ſuā,
Ge. 31. & idola Laban, q̄ abſtulerat Rachel. Ira
tus Labā pſequit̃ Iacob, & eum in mōte
cōprehēdit. Sed pridie apparuit ei Deus,
ꝑcipitq;, ne uindictā ſumeret de Iacob.
C Et tanti pōderis apud Labā fuit ꝑceptū
Dei, ut dicat ad Iacob. Stulte qdē opatus
es. Et nūc qdē ualet manus mea, redde-
re tibi malū, ſed Deus patris tui heri di-
xit mihi: Caue, ne loquaris contra Iacob
qcquā durius. His Dei uerbis continuit
irā Labā, licet uerba Dei ſui nos eſſent,
ſed Dei pr̄is Iacob. Quid adhęc Chr̄ian⁹
dicet, cum Deus eius pręcipiat, dicatq;.
Ego aūt dico uobis? Ego, q uos condidi,
ego, q redemi, ego, q glorificabo, uel in
æternū dānabo: Si uerba maiorū, & ob-
ſecratio eorum vim in terre dñr, an non
Dei uerbum abſolute præcipientis uim
faciet cordi tuo? Si ſatis fuit Socratis di-

ſcipulis hoc uerbū, ipſe dixit, ut acqeſce- A
rent cuicunq; ſnīæ, nec diſſentirent vn-
quam, an non tibi ſatis, erit, Deus dixit,
Deus ꝑcepit? Hac uoce Abſalon 2. Reg. 2. Reg.
19. ſeruos ſuos ad facinus peſſimum per 19.
petrandum cōmouit, dicēs. Obſeruate
cum tumulētus fuerit Amnon, & pcuti-
te eū, nolite timere, ego ſum, qui pręcipio
vobis. Hac uoce audita inſigne facinus
ꝑpetrarunt. Qūo nos eadē uoce a Chſo
audita pulcherrimū uirtutis opus non
ꝑſtabimus: Ego aūt dico uobis, ego, qui
tot in uos contuli bñficia, & tam immē
ſa conferā. Pone in hac ſtatera diuina in
te collata bñficia, & quę a Deo ſperas, in
illa uerò difficultates oēs, q̄ in hoc implē B
do ꝑcepto ſunt, & uidebis has nullius eſ
ſe pōderis. Stupenda ꝑfecto res hæc eſt,
Colebāt ex antiquis quidā dæmones, &
intelligētes eos hominum ſanguine de-
lectari, ut eis placerent filios trucidabāt.
Sic Pſ. 105. Immolauerunt filios ſuos, et Pſ. 105
filias ſuas dæmoniis, & effuderunt ſan-
guinem innocentem, ſanguinē filiorum
ſuorum, & filiorum ſuarū, quas ſacrifica
uerunt ſculptilib. Chanaan. Et hodie a-
pud Indos, ut Dijs placeant, ſe ꝑcipitio
dant, excarnificādos ſe tradunt, & rotis
curruū opprimendos: & plus apud illos
ualet deteſtāda perfidia, quā apud nos ſā
cta religio. Plus cum illis Dij, qui potius
eorum ſunt hoſtes, ualent, q̄ apud nos
Deus nr̃, ut paruam uincamus difficulta
tē. Hac uero in re blaſphemus qdā loq̄n
di modus uitandus eſt, maximè, eorū q C
dñt, dedecus eſſe uindictā de inimico nō
ſumere. Hoc dñt hoīes, q vulgo gentiles
hōbres dñr, magis uero dicendi ſunt ho-
īes gētiles. Snīa verò illa nō blaſphema
ſolū, ſed hæretica cenſenda eſt. Turpe ne
eſt, diuinā ſeruare legē? Dei mādatis obe
dire? Filiū Dei eſſe? Quid reſtat ei, q tale
loqt̃, niſi Mahumeti Alchoranū ꝑdica-
re? Inſuper ſi ingloriū eſt inimicis parce
re, eis bñfacere, maxime inglorius Deus Mat. 5.
eſt, qui hæc facit, q hæc mādat, q ſolē ſuū
oriri facit ſup bonos, & malos, cuius ma
ximū encomiū eſt parcere, & miſereri.
Si ab aliquo tale quid audieris, iuſtè eū
interrogare poteris, Chriſtianus ne ſit,
an paganus? Satis ergo homini ſit. Ego
autem

A autem dico vobis, diuina voluntas regu
la prima eſt oīs boni. Sed quia nſi aman
tiſsimi ſumus, in eandem cauſam rōnes
alias Chrs dn̄s nobis proponit, vtilitatē
ſummā concernentes. Vnde addit, ut ſi-
tis filijs patris veſtri, qui in cœlis eſt. Cū
hæc verba audimus, oēs genu flectere de
bemus, & immēſas Deo referre gratias,
qui tanti boni nos capaces effecit, qui po
teſtatem talem dedit hoībus. Si quis tibi
nunc diceret; Via eſt facilis, qua eſſe poſ
ſe poſsis Hiſpaniæ Regis filius, qua lætī
tia verbū hoc exciperes? Quali obſecro
excipiendum eſt: Dedit eis ptātem filios
Ioan. 1 Dei fieri, ut ſitis filij patris veſtri, qui in
Chrs in medio laborum transfiguratio-
nis gloria decorat; ſic iuſtus & hic dum
laborat,conſolatur, ſicut contra impius
in medio deliciarum cõfundit, ac angit.
In medio conuiuio uidet Balthaſar ma- Dan.5
nũ eum cõturbantẽ. Et Pſ. de Iſrael ait. Pſa.77
Adhuc eſcæ eorũ erant in ore ipſorum,
& ira Dei aſcendit ſuper eos. In medio
cõuiuij ruit domus ſup filios Iob. Hinc Iob.1.
Propheta ad Aegyptũ, uitula elegãs,at- Hie.46
que formoſa Aegyptus,ſtimulator ab a- Simile
quilone veniet ei. Sicut.n.vitulã in prati
medio paſcentẽ muſca inde cum dolore
abijcit; ſic aĩam delicijs deditam contur C
bat Deus, iã tribulatione, iã cogitatione
mortis: Riſus dolore miſcebit,& extre- Pro.14
ma gaudij luctus occupat. Contra uerò
iuſtis in medio tribulationum lux fulget
trãsfigurationis. Hoc experiebat,q dice-
bat: Non ſolum aũt,ſed & gloriamur in
tribulationib: & ſuperabũdo gaudio in Ro.5.
oĩ tribulatione nra. Hoc experti ſũt tres 2.Co.7
illi pueri,q in medio ignis rorẽ ſtatẽ ſen- Dan.3
ſerũt,q eos ab igne lædi nõ pmiſit. Hoc

Digitized by Google

A etiā experiētia iuſti nouerunt, q̄ licet ma
ximis afflictionib. vrgeātur, ſi tñ in mon
Mat.11. teāſcendunt, ſi Deū orāt, experiūtur il-
Eſa.56 lud; Ego reficiā uos, & illud: Ducā eos ī
montē ſanctum meū, & lætificabo eos
in domo orōnis meæ. Sed Chro transfi-
guratio apparēt Moyſes, & Elias loquē-
tes cū Ieſu. Quid verò loquerentur, inſi-
Luc.19 nuat nobis Luc. dicēs: Dicebāt exceſſum
eius, quē cōpleturus erat in Hieruſalem:
Sed qd facitis Moyſes, & Elias affligētes
aīam Xp̄i? Permittite eū paulisper tanta
frui gloria, nec illi triſte paſſionis nun-
ciū deferatis, qs.n. Regi in lautiſſimo cō
uiuio triſte ferat nunciū? Sic.n. muſica in
luctu importuna narratio, nōne luctus
in cōuiuio importunus quoq; erit? Rñ-
det, imò de exceſſu eius loquūtur, ut glo
riā Xp̄o cumulent, & ipſemet Chrs in
colloquiū miſcet paſſionē ſuā, ut cumula
Simile ta gloria fruatur. Sicut.n. lætitię tpe col-
B loquiū miſces eorūm, q̄ maximè læta, ac
deſiderata ſunt: ita res oīum dulciſſima
Chro paſſio eſt, ei deſideratiſſima mors
eſt, iō de ea nunc agit. Sicut.n. magna fe-
bri, ſitiq. laboranti fontium, riuorum,
aquarumq; colloquiū immiſces, quo ille
præcipuè delectat, ſic febri amoris Chrs
dñs laborabāt, tantoq; paſſionis deſide-
Luc.12 rio tenebat, ut diceret, Baptiſmo hēo ba
ptizari, & coarctor, vſq. dum perficia-
tur? Et iō paſſionē ſuam calicē dicebat,
Simile & potum. Sicut.n. ſitis maximè hoīem
affligit, anxiumq. reddit, pluſq. fames, &
poti⁹ ſummā expetitur, atq. deſideratur:
ita Chrs ſummè paſſionē ſitiebat. Et ad
Pſa.68 eo ut poſtq̄ tanta fuerat paſſus, & poſtq̄
Io.19. intrauerunt aq̄ uſque ad aīam eius, & a-
Can.8. quas innumeras biberat tormentorum,
adhuc tñ clamat, ſitio, qa aq̄ multæ non
C potuerunt extinguere charitatē, nec flu-
Simile mina obruent illā. Imò ſicut calcis for-
nax uehemēter accenſus immiſſa aqua
pl⁹ ardet: ita tāto ardebat deſiderio paſ-
ſionis Xp̄s dñs, ut paſſionibus adhibitis
plus ſitiret. Quid aliud putas hodiernū
eſſe ſplēdorē, niſi ignē charitatis proce-
dentē, qui intus latet? Hoc verò paſſio-
nis deſideriū maximè oſtendit c. ſuperio
Mat.16 re. Cum.n. paſſionē ſuā diſcipulis prædi
xiſſet, Petrus ad eū ait; Abſit a te dñe, nō

erit tibi hoc. Cui Xp̄s, Vade poſt me Sa- A
thana, ſcandalū mihi es; nō.n. ſapis, quæ
Dei ſunt, q̄ hoīum, quib. uerbis, & flagrā
tiſſima in nos charitas, & paſſionis ſum
mum deſideriū oñditur. Bis.n. ex melli-
fluo eius ore acre verbū Sathana exijt.
Primò, illud dixit dęmoni, qñ illū tenta-
uit, ut ſe adoraret, Mat.4. Sedò vero nūc Mat.4.
idē uerbum in Diſcipulū intorquet, im-
pedire uolentē paſſionē, quē paulo ante
beatū pronūciauerat, cuique claues cęli
cōceſſerat, quo uerbo dęmonem repulit
ſuadērē, ut patris adoratione relicta eū
adorare: eodē repulit diſcipulum impe-
dire volentē paſſionem, & ſalutem no-
ſtrā. Et ſicut infinitū paternæ gloriæ deſi
derium fecit eū tā acriter tentatonē illā
excipere, ut duro uerbo eā repulerit, ita
in hoīes flagrantiſſimus amor effecit, ut
eodē uerbo repelleret impedientē paſſio B
nem, & ſalutē nrām. Mira profectò illa
verba: Scandalū es mihi, q.d. ſi turbari
poſſem, ſi ſcandalizari, hoc ſolo uerbo
ſcandalizarer. Si ergo tā deſiderata paſ-
ſio erat, merito de ea colloquium in trāſ-
figuratione immiſcet. Sed eſt ne tibi dul
cis Chriſti cā paſſio? Omne gaudium exi Iac.1.
ſtimate fratres, cum in uarias.

Sed dubiū eſt, qua rōne illā, exceſſum
dicat. Rñdet, naturale eſt partē exponi
p̄ totius cōſeruatione: imo, & partē mi-
norem p̄ maiori, ut manus p̄ capite. Ex
quo infert D. Th. naturale eſſe oī creatu D.Th.
ræ, ut plus Deum diligat, q̄ ſe, & ſe expo
nat oī periculo p̄ Deo, eiuſq; dignitate
tuenda, qa Deus eſt bonum, vlē. Oīs āt
creatura ſe hēt tanq̄ pars. Vnde ꝙ ſe ex-
ponat creatura p̄ Deo, naturale eſt. Pro
vniuerſi .n. bono cōſeruando relinquūt
res naturales ſuas iclinationes, & loca:
iō terra, & aqua aſcēdunt, ne uacuū det. C
Qd uero totū ſe exponat p̄parte, Deus
p̄ hoīe, hoc vere exceſſus eſt: ꝙ filiū tra-
dat, vt ſeruum redimat, exceſſus eſt. Sed
nec ſolū hic fuit in paſſione exceſſus, ſed
& multi alij: oē.n. qd in paſſione eſt, ex-
ceſſus eſt. Amor exceſſit pp nimiā chari Eph.2.
tatem ſuam, dolor exceſſit in immēſum Thr.1.
oēs hoīum dolores. Videte, ſi eſt dolor, ſi Pſa.21
cut dolor meus, humilitas exceſſit, cum
uerbis reputatus eſt, & non homo, obe-
dien-

Digitized by Google

A dientia exceſſit, dum factus eſt obediẽs
Phili.2. vſq; ad mortẽ, mortem aut crucis. Nihil
in paſſione uidebis, q̃ exceſſus non ſit.
Sed qua rõne tanti in ea exceſſus? Rñde
tur cum contraria contrariis curari de-
beant, excedentia contraria nõ curant,
niſi contrariorum exceſſu. Excedẽs fuit
culpa hominum in peccãdo, Chriſti paſ-
ſio medicina eſt, excedens illa eſſe dẽt.
An non ſummus peccati exceſſus, dum
contra voluntatem niteris Dei? dñi eum
deſpicis? dum conculcas? Attende, quis
Deus, quis tu, & cognoſces peccati ex-
ceſſum, excedat ergo Chriſti paſſio. An
non ingens exceſſus Adami, cum voluit
Deus fieri? Quod ei erit remedium? ex-
B ceſſus alter. Fiat Deus hõ, & hõ vermis.
An non nimius exceſſus inobedientiæ
hominis? ſuperbia eius? deliciæ eius? Sit
ergo Chriſti paſſio exceſſus obedientiæ,
humilitatis, & dolorum. Sed cum Moy
ſes, & Elias exceſſum loquuntur, Petrꝰ
quid reſpondet? Rñdẽs Petrus, ait: [dñe
bonum eſt nos hic eſſe.] Vide, quã diuer
ſæ ſint cogitationes mortuorũ, & viuo-
rum. Moyſes, & Elias qui aliud ſæculũ
viderunt, dñt: Moriatur Chriſtus, Petrꝰ
vero, bonum eſt in hoc monte nos eſſe.
Sap.5. Quã diuerſa iudicia nr̃a a iudiciis defun
ctorum? Illi dñt: Quid profuit nobis ſu-
perbia, diuitiarum iactantia, quid contu
lit nobis? oĩa velut vmbra tranſierunt.
Tu vero cogitas, q̃uo vanitate, & diui-
tiis creſcas, illi delicias abominãtur, qua
rum cauſa in æternum ſe uident arſu-
Sap.2. ros. Tu dicis, non ſit pratũ, q̃ nõ ptran-
C ſeat luxuria nr̃a, illi teſtã ſuã impleri cla
mitant, tu vero eorum bonis ſitieris, eo
oblitus, illi vana dñt oĩa, q̃ in terra ſunt
Petrus hic manere deſiderat, dicens: Bo
nũ eſt nos hic eſſe. [Sed neſciebat, quid
diceret.] Sed qua ratione neſcit, quid
dicit, quia gloria ſola corporis conten-
tus erat, & hanc in hac vita quærit. O
quot hẽt Petrus ſocios in hac inſcitia. 3.
3.Re.3 Reg.3. duæ erant meretrices, ſingulos
hñtes filios, altera oppreſſit ſuum dor-
miens, furataq; alterius filium eſt. Cum
que Salomon diuidere hunc vellet, illa
q̃ mater erat, ait: Integer ei detur, q̃ eum di
cit ſuũ. Duæ hæ meretrices caro, & ani-

ma ſunt, ambę meretrices, quia a Deo p A
pctm̃ diſceſſere, filij earum ſunt inclina
tiones, q̃ in eis erant in Deum, & in bo-
num, & vltimum finem. Carnis inclina
tio extincta oĩno eſt, dum ſolum in terre
na inclinat, in emortuaq; ducit ſine Dei
memoria. Aĩæ inclinatio adhuc uiuens
permanſit, q̃a ẽt poſt lapſum, in Deũ tẽ-
dit ultimum finẽ, & gloriã appetit uerã.
Sed caro hunc filiũ aĩæ, hanc eius incli-
nationem ſurripere vult, & eam ducere
In bona terrena, & ſoli appetitui bruto
conuenientia: aĩa uero ſibi ſeruare uult.
En rixam, litemq; inter carnẽ, & aĩam.
Adeunt Salomonẽ, q̃ ſapientia ſua terre
nam ſapientiam ſignificat. Et quam ille
ſnĩam profert? Diuidatur, inquit filius. B
Hæc inclinatio aĩæ, quæ viuens eſt, diui
datur, pars eius aĩæ reſeruetur, & pars illiꝰ
carni detur. Sed q̃uo hoc fiet? Vtiq; ſi ĩ hac
vita, & in alia gloria q̃ratur. Bonũ eſt nos
hic eſſe. Hoc ſapientia mundi iudicat,
hic quærendam gloriã, inſuper, & ĩ alia
vita, ſed oĩno fallitur, duę.n.gloriæ nulli cõ
tingunt. Si diuidere uolueris, morietur,
nihil.n.verum, & viuũ obtinebis. Quid
ergo ait aĩa, ſi uis, o caro gloriam, accipe
eam viuam integram, non futilem, &
quæ præterit cum figura huius mundi,
ſed veram, & æternam in cælis. Labora
inquit, nunc paululum, cito uero audies,
quod Iacob Gene.32. Quod eſt nomen
tuum? Iacob, inquit: Non vocaberis vl- Ge.32.
tra Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuum.
Iacob ab utero matris laborare cępit:
ibi luctatus eſt cum Eſau, poſt exul a do
mo patris factus eſt, deinde in domo La C
ban multa paſſus, tandem cum Angelo
luctatus, & ideo Iacob dr̃.i. luctator, ſed
finietur hæc laborũ lucta, & amplius Ia
cob non uocabitur, ſed Iſrael, quod ſi-
gnificat uidens Deum. Laborandũ no-
bis paulisper eſt, luctandum, ſuſtinendũ
ſed ueniet tps, cum non laborantes, ſed
Deum uidentes dicamur. Sed heu in plu
rib. præualet caro contra ſpiritum, & e-
ius filium ſibi vſurpat: cuius figura ex-
tat in Iacob, & Eſau, luctantur in utero,
ſed tandem uincit Eſau, & prior egredi- Ge.25.
tur, natuq; maior iudicatur, ut primo geni
turã obtineat. Oĩa bona mũdi, eĩa pręci

Digitized by Google

A pua corpus tollit, ſibiq; vſurpat, vniuerſæ artes mundi corpori deputatę ſunt, & vniuerſa ferè bona, ut illud primogenitum dicas, ſpiritus verò poſterior naſcitur, tenens plantam prioris, quia quod caro calcat, ſpirit⁹ amplectitur. Sed ais: Caro præualuit in me contra ſpiritum, primogenituram tulit, quomodo eam re-
Ge.17. cuperabit ſpiritus? Vt q; ſicut Iacob, deferat ſpiritus Deo eſcam, qua libenter ve-
Pſ. 50. ſcitur. Sed quæ hæc eſca? Cor cōtritum, & humiliatum Deus non deſpicies. Collo circundet pelles, i. peccata confiteatur uoce Iacob humili, & ſic gratiam aſſequetur ſpiritus, qua ſit maior carne, illā que ſuperet. Sed audiamus iam cęli iu-
Ioan.8 dicium de Chriſto, eiuſque paſſionem,
B [Hic eſt filius meus dilectus, &c.] Quā diuerſum cęli iudicium a mūdi iudicio. Ait mundus: Hic eſt blaſphemus, potator vini, Samaritanus. Pater verò, ait: Hic eſt filius meus dilectus, iudicio vero cęli ſtandum eſſe, quis dubitet? Ne ergo multum curaueris, quid de te mundus dicat, ſed quid Deus. Inſuper volebat Petrus, Xpi paſſionem impedire, & in eo monte manere, ſed pater ait, Hic eſt filius meus dilectus, & quem ego diligo, in paſſiones, & crucem mitto. Ego filium diligo, plus quam Petrus, & tamen
Simile eum pati uolo. Si. n. cum filio brachiū eſt reſecandum, recedere ſolent amici, nec ſpectaculo crudeli adeſſe uolunt, mi-
C ſericordia moti, at pater eū diligēs plus illis, adeſt medelæ, & brachium tenet, qm̄ id filio expedit, ſic hodie pater Petro ait: Ego filium diligo, & quia diligo, ei crucem do mea manu, & calicem paſſionis, quē bibat, ut hinc uel diſcere poſſis, non te Deum odio proſequi, cum calicē paſſionis porrigit, imo pater, quem dili-
Heb.11 git filium, corripit, atq; caſtigat. [In quo mihi bene complacui.] Cum pictor in
Simile quam piam imaginem omnem artem ſuam poſuit, eam ituetur, & in ea ſibi bene complacet. Sic ſicut in ſui ſimilitudine expreſſa, pater in filio ſuo complacet, placent mihi alia, ſed in ipſo, & per ipsū ipſe vero placet mihi i ſe ipſo, quicquid .n. mihi in me placet, in ipſo eſt, eadem .n. eſt pulchritudo, & bonitas mea, & il-

lius. Ideo uocatur Cant. 5. Dilectus ex A
dilecto, quia non ſolum ipſe diligit, ſed Cant.5
& in ipſo omnis ratio diligendi eſt, quic Ephe.1
quid diligitur, propter ipſum diligitur. Vnde Eph.1. Gratificauit nos in dilecto filio ſuo, & oīs creatura diligitur a patre in filio, quia conformis arti, q̄ filius eſt.

[Ipſum audite.] Ipſe audiendus, quia Verbum eſt, quo ego explico omnia, q̄
noui. Si unica lectione Salomon oſten- Simile
taret omnem ſuam ſapientiam, quanta attentione audiretur. Volens ergo mundum docere, miſi ad illum verbum meū, quo omnia quæ ſcio, dixi. Creaturis explicaui mentem meam, quaſi ſignis obſcuris, ſed filio meo quaſi uerbo omnia explanante manifeſte. Audite eum, quia
eſt verbum meum internum. Magiſter B
homo non verbum internum nobis dat ſed uocem, ſi autem verbum daret, attentius audiendus eſſet, quia loqueretur angelica lingua. Accipite ergo uerbum meum internum, quod uobis ego do.
Ioel 2. Exultate in domino Deo veſtro Ioel 2.
filiæ Sion, quia dedit uobis doctorem iuſtitiæ. Maximus planè iuſtitiæ doctor
ſapientia ipſa infinita. Ipſam audiamus Deu.18
ei obſequamur. Anima enim, quæ non audierit prophetam illum, exterminabitur de populo ſuo, ait, Moyſes de Chriſto domino: Prophetam ſuſcitabit vobis Deus, illum tanquam me audietis ut uiuere poſſitis in æternum, &c.

Feria II. poſt Dominic. II. Quadrag.

Ego vado, & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini. Ioan. 8. C

AD impœnitentes, & duros corde hęc verba dicuntur. Duriſſima protecto ſunt, terribilia, & quæ horrorem incutiunt audientibus. Aſperum apparet medici dictum, quo infirmati loquitur: Diſpone domui tuæ, quia morieris pro- 1.Reg.
culdubio, & non uiues. Sauli hoc dictū 28.2
fuit a Samuele. Et ſtatim (ut ſcriptura) Saul cecidit porrectus in terrā, extimauerat .n. verba Samuelis. Sed multo aſpri⁹ duriuſq. verbū iſtud eſt: In pctō vřo moriemini, quo aiæ uita pſtat corporis uitę.

In

Digitized by Google

A In pctõ viuere miſerum plane eſt, & tremendum, deterius namq. eſt ſic eſſe, quã oĩno non eſſe: at uerò huic malo remedium eſt, dum uita fungeris. Sic Sapiẽs loquitur: Deus mortẽ nõ fecit, nec lętať in perditione viuorũ. Creauit.n. ut eſsẽt oĩa, & ſanabiles fecit nationes orbis terrarum, nõ eſt in illis medicamẽtũ exterminij, nec inferorũ regnũ in terra. Expẽdẽdũ uerbũ illud: Sanabiles fecit hoĩes: ſanitatem recuperare pñt, nõ eſt illis exterminium, & oĩmoda pditio medicamẽtum. Curari.n. illi pñt, nec inferni regnũ a quo nullus emergere põt, in terra uero eſt, & copioſa, ſed in pctõ mori miſerrimnm planè eſt, quia ſine remedio, & malum infinitum eſt: atq. adeo nullis uerbis explicari, aut amplificari põt, qa eſt in æternum peccare, & in æternum puniri ſine ulla ſalutis ſpe. In æternum a Deo ſeparari, exulem eſſe a pria cęleſti, Dei inimicum perpetuo, in quem Deus pluat bellum ſuum, & oẽs ſagittas pharetræ ſuæ mittat. Implens illud: Et ſagittas meas complebo in eis. Iniquitatem infinito odio Deus proſequitur, & ideo odio ſunt Deo impius, & impietas eius. Et infinitæ ei ſint uires, ut punires poſſit inimicos, & de eis ultiones ſumere, nullus explicare ualet, quas adhibeat ultiones. Hinc Pſ. Quis nouit poteſtatem iræ tuæ, & p̄ timore tuo iram tuam dinumerare? Maximè ergo nobis inquirendum eſt, quis ille ſit, in quem uerba iſta dñr, q̃ fulminis inſtar ſunt, & tonitruum magnitudinis Dei, quis ille eſt, cui ſic pctm̃ adhæſit, ut nunq̃ ſeparetur ab eo, nec in morte ipſa: ut merito audiat, in pctõ vřo moriemini? Hęc uerba dicta ſunt a Xp̃o dño Phariſeis principibus, ſcribis doctiſſimis, ſacerdotibus, Eccleſiæ Dei auctoribus: qui cæci erant, duces cæcorum, & in foueam inferni deciderunt. Tremendus profectò altior locus, & quo Deo ꝓpinquior, eo magis formidãdus, quia cui plus datum eſt, plus etiã exigetur ab eo, cui uero Deus dignitatem, ſciam, prælaturamq. committit, plura ſine dubio pręſtat, & tò plura ab eo exigentur. Hinc illud. Iudicium duriſſimum in his, qui pręſunt, fiet. Et ſi omne Dei iudicium timẽdum eſt, etiam iudicium leue, & orandũ cum Pſ. Nõ intres in iudicium cum ſeruo tuo: an nõ ptime ſcendũ iudicium durum? an nõ horrorẽ incutit duriſſimũ? Hinc angelicis humeris formidandum munus p̃lati eſt, & maxima cũ cautela ĩ eo ſe dẽt gerere quiſq. Sed noſſe cupies, qđ fuerit horũ hoĩum pctm̃, quib. dr: In pctõ uřo moriemini? in oĩbus, q̃ admiſerunt, pecc ttis, mortui ſunt illi: quia cum nullius peccati remiſſio cõcedať, niſi per Chriſtũ, q in eũ nõ credit, in oĩ ſuo pctõ moriť, qa nullum ei condonatur. Sed ſi noſſe cupis p̃cipuum eorum pctm̃, fuit in Xpm non credere, nec ei credere, neque in eum. Infidelitatis pctm̃ dr in ſcriptura pctm̃ p antonomaſiã, ut ait Aug. in illud Io. Arguet mundũ de pctõ. Hoc illi admiſerunt Xp̃m non credentes, ꝗ illorum pctm̃ explicat propheta. Negauerunt, ait, Dñm, & dixerunt, non eſt ipſe neq. ueniet ſuper nos malum.

Sed adhuc inquies, cum doctrina, & opera Xp̃i diuina eſſent, & tã manifeſta lux illis fuerit, ut ſtultus, & cæcus illa nõ uidere, nõ poſſet, qũo Phariſei, & Scribe in eis ſcãdalum inuenire potuerunt? In perfecte plano, quis offendiculũ inueniri põt? O hoĩum peruerſitas, atq. malitia quanta eſt. Quantaq. humilitate, ac timore cõuerſari dẽmus, ſp Dei implorãtes auxilium, & ab eo, quaſi pendẽtes, cũ Aug. teſte, nullum pctm̃ admittit hõ, qđ non admittat alter homo, ſi deſerať ab eo, q fecit hoĩem. Cum aliena pctã, & infirmitates audis, de tua ẽt agit cã, in idipſum namq. malum tu incidere facile potes. Vnde, qui aliorum lapſus humiliter, & prudenter audit, cõpatitur lapſis, & ſibi timet, dicens: qui ſtat, uideat, ne cadat dicitq. Deo. Cum defecerit uirtus mea, Deus ne derelinquas me. Vide ẽt offendiculum, in quo alter offendit, ne ipſe ſimiliter offendat, & decidat. Videamus ergo, quo pacto hi phariſæi in luce admodum manifeſta impingere, & ſcãdalizari potuerunt, Audi Xp̃m dominum hoc oſtendentem: Lux uenit in mundum: Summum hoc bonum, ſi lux uenit, oẽs ergo uidebunt recta, oĩbus cęli uia patebit. Sed nõ ita factum eſt, quid ergo? Di-

[Marginalia: Sap. 1. — B — Iob 20 — De. 32. — Sap. 14 — Pſ. 89. — C — Ma. 15 — Luc. 12 — Sap. 6. — A — Pſ. 142. — Conc. Trid. — B — Aug. ĩ Ioã. 16 — Iere. 5. — Aug. — C — 1. Cor. 10. — Pſ. 37. — Ioan. 3]

A lexerunt hoĩes magis tenebras, quam lucem. An non hoc horrendũ mõſtrum? Quoniã pacto tenebræ p̄ponendæ ſunt lumini? Erant.n.(inqt) eorũ opera mala, & oĩs, qui male agit, odit lucẽ. En oĩs mali radicẽ. Sed qu o pacto uoluntas excæcare põt intelľm? An non ille dux, & lux eſt uoluntati. Adhuc uoluntas mouet intelľm, & ille dñatur, & q uoluntate eſt praua, facile intellectu errat. Hoc uerò in his, ad quos hodie ſermonẽ Xp̃s hẽt facile perſpicies: Venit Deus in mundum, ut uiã cęli nobis oñderet. Elegit Iſrael in habitationẽ ſibi: uitã duxit perfectiſſimã, uitã diuinã. Doctrina eius ipſa veritas ex theſauros ſapientiæ, & ſcientię

B Dei deprompta. Adhuc in tã manifeſta luce impegerunt, & in meridie palpauerunt, ut cæci. Et huius rei illa eſt cã, quia eorum erãt mala opa. Dilexerunt uitia, & pctã, & iõ audire noluerunt eũ, q his cõtrarius erat. Dilexerunt infirmitates ſuas, & iõ curari noluerunt, & iuſto Dei iudicio ablata eſt ab eis ueritas, q̃ recipe recuſarunt, & õ reſumq. mendacium, qđ dilexerunt, ſicut cum alijs Paul. factum

2\. The. 2. oñdit. Eo qđ charitatẽ ueritatis nõ receperunt, immiſit illis Deus ſpũm erroris,

Simile ut credant mẽdacio. Et quẽadmodũ excitas à ſomno duos infirmos, dicẽs: Euigilate, ſomnus namq. uobis mortẽ affert, alter diligens uitã ſuã, ſomnum depellit, tibiq. grãs agit, ꝙ illum excitas, alter uero, q ſomnum diligit, iraſcit tibi, ꝙ illũ

C excites, & ſi fortè lucernã eius oculis, proponis, ut euigilet, illã extinguit, ne ſomnum impediat: ſic iſti eò tãdẽ deuenere, ut lucem Xp̃m ſibi extinguerent in cruce, nobis in ẽ ſup ãdelabrũ poſuerunt, ſibi uerò interemerunt, noluerunt cura ria cęleſti medico, meritò audiunt: In pctõ vrõ moriemini. Timendũ ergo no-

Simile bis maximè eſt, ſi forſan in corde nro uiderimus veritatis odium, paſſiones exuperãtes, pctã dñari in nobis. Sicut.n. in corpore infirmitates ſunt deſperatæ, de quib. medicus p̄nunciat, nulla his medicina eſt: ita aliqua ſunt pctã, q infirmitates (ſunt aĩæ) adeo radicata, ut licet remedium, & medicina ſpeis ſit, eſt tñ adeo difficilis, ut quaſi impoſſibilis appareat, ut medicus dicat illud Pauli; Impoſſibile eſt eos, q ſemel illuminati ſunt, & guſtauerũt donũ cęleſte, & p̄lapſi ſũt, iterũ renouari ad pñiam. Audi cõminantem diuinã ſapientiã. Prou. 1. Inuocabũt me, & nõ exaudiã, mane cõſurgẽt, & nõ inuenient me: eo qđ exoſam habuerint diſciplinam, & timorẽ dñi non ſuſceperint, neq. acquieuerint cõſilio meo. Aliquãdo namq. pp innumera pctã recedit Deus, auertitq. ſe ab hoĩe, & eũ indurari pmittit, q infeliciſſimus hoĩs ſtatus ẽ, de quo dr, in pctõ vrõ moriemini. Cuius rei pauendũ, ac ſtupẽdũ exẽplũ Pharao, induratus auaritia eſt, q decẽ mirabilib. ſummis cõmotus nõ eſt, & nihilo melior factus, in pctõ ſuo mortuus eſt, deſcendẽs in p̄fundũ, quaſi lapis. Si quorundã pctã quaſi indelebiliter eis hærent: de quibus Hier. 17. Pctm̃ Iuda ſcriptũ eſt ſtylo ferreo, ungueq. adamãtino, exaratũ ſup latitudinẽ cordis eorũ, quaſi dicat, indelebiliter ſcriptũ eſt in eorũ cordibus. Nã ut ĩdelebiliter ſcriberent qdã uerba Iob, ait. Quis mihi det, ut ſcribant ſermones mei ſtylo ferreo, plũbi lamina, uel celte ſculpant in ſilice. Celte vulgo dr ſinzel, quo in lapidib. lrã ſcribunt, & dr celte a celando. Stylus uerò ferreus fuit antiqs in uſu, quo in laminis plũbeis, ſcribebat & aliqñ in cera extẽſa p tabulã. Hic ſtylus ferreus una ex parte acutus erat, altera obtuſus, & planus. Qua parte acut⁹ erat, & tenuis, ſcribebat, ſi nimium erat acut⁹, lrã cõficiebat delicatior, ſin minus lrã erat groſſior. Ex quo ortũ habuit, ut dicat, optim⁹, ac malus ſtylus. Ex altera uerò parte, cũ ſtyl⁹ eſſet obtus⁹, & plan⁹ facile delebat, ꝙ i cera ſcriptũ erat, ducta ea ſtyli parte ſup id; quod ſcriptũ fuerat. His ſtylis occis⁹ ẽ martyr Caſſian⁹, tradit⁹ pueris, quos i ſcholis docebat. Et hic intelľr difficilis locus ille. 4. Reg. 21. Extẽdam ſuper Hieruſalẽ funiculũ Samariæ. Ideſt: tradã Hieruſalem Regi Samariæ: & delebo Hieruſalẽ, ſicut deleri ſolẽt tabulæ, delens uertam, & ducam crebrius ſtylũ ſuper faciẽ eius, quia ut dictũ eſt, eodẽ ſtylo uerſo in alteram partẽ delebatur, quod ſcriptũ erat illius parte tenuiori. Nunc ergo ad locum Hieremiæ expli-

Margin (right column): A Heb. 6 — Pro. 1. — Exo. 8. — B — Ier. 17. — Iob 9. — C — 4. Reg. 21.

Digitized by Google

A explicandum redeamus. Vt oñderet pro
pheta pctm Hieruſalem indelebiliter in
corde illius eſſe, ait, ſcriptum eſſe ſtylo
ferreo, & adamantis cuſpide, quo in alio
adamante ſcribi põt, q̃ ſcriptura firmiſſi
ma ſine dubio eſſet, & indelebilis Ijs ve
rò q pctã ſic indelebilia corde retinent,
Heb. 3 dr. In pctõ vrõ moriemini. Ideò ne de
his ſumus, nolite obdurare corda vrã, &
adhortamini voſmetipſos per ſingulos
dies, vt nõ obdureť, qs ex uobis fallacia
pcti. Ad hos induratos ſic nunc loquiť
Xps dñs: Ego vado, & q̃ritis me. Hęc ẽt
uerba dixerat Xps dñs ca. ſuperiore, cũ
ad eũ cõprehendendũ miniſtri phariſęo
rum miſſi ſunt. Hæc ergo uerba ſic ſunt
accipienda: Vani ſunt conatus vri, qb.
B me comprehendere q̃ritis, nihil. n. in me
efficere poteritis niſi qñ ego uoluero. Mi
hi curæ eſt mors mea, ego. n. in eam pro
pria voluntate tendo. Iam verò mors
mea proxima eſt, iam ego uado, nõ vræ
ptãtis mors mea eſt, ſed uolũtatis meæ.
Ioan. 10. Ptãtẽ hẽo ponendi aĩam meã,
Ioã. 10. & nemo aufert eã a me. Oblat' eſt enim
qa ipſe uoluit. Et uos poſt mortẽ meam
Eſa. 53 me q̃retis, me namq; reiecto q̃tetis, & ex
pectabitis verum Chrm, & ſic ſemper
in errore pmanebitis, atq; adeò in pctõ
Theo. vrõ moriemini. Theophila. Eugubinus
Eugu. & Ianſenius hæc uerba referũt ad Hie
Ianſe. roſolymæ excidiũ, quaſi eis dicat: Ego
a uobis diſcedo, ſed continuò in maxi
mas incideris calamitates Romanis vos
obſidentib. & tunc deſiderabitis meã p̃
ſentiã, vt miraculo vos eriperem, nec me
hẽbitis, & ſic ĩ pctõ vrõ moriemini. Sic
verò accipienda hæc uerba eſſe oſtendit
Ioã. 13. inferius. c. 13. cum diſcipulis loquẽs, ait;
Filioli, adhuc modicum vobiſcũ ſum, q̃
C retis me, & ſicut dixi Iudæis, quo ego va
do, uos non poteſtis uenire, & uobis di
co modo. Quaſi dicat: Iactati pſecutio
Luc. 17 nib. optabitis pnſam meam. Luc. 17. Ve
niẽt dies, qñ deſiderabitis uidere vnum
diẽ filij hoĩs, & nõ videbitis, pati namq;
vos pmitiã multa. Sed multum intereſt
inter q̃rere, & quærere. Diſcipuli, nam
que qui Xpo dño adhæſerunt, cum pò
ſtea abſentẽ q̃ſierunt, inuenerunt illum
adiutorem. Ecce uideo cęlos apertos, ait,

illorum unus, & Ieſum ſtantẽ, quaſi ma A
nus dantẽ auxiliatrices. Hinc Ezechias Act. 7.
orat dñm in anguſt a poſitus, dicẽs: Me 4. Reg.
mento, quod ſeruierim tibi corde perfe 30.
cto. Magnificæ diuinæ promiſſionis, qui
bus in tribulatione cõſtitutis auxilium
pmittiť, iuſtis datæ ſũt, q filii ſunt Dei.
Hinc Pſ. Multæ tribulationes iuſtorum Pſ. 27.
& de oĩb. his liberabit eos dñs. Clama Pſ. 90.
uit ad me, & ego exaudiam eum, cum ip
ſo ſum in tribulatione, eripiam eũ, qm
in me ſperauit, liberabo eũ. Et iterũ: Et
erit, antequam clamẽ ego audiã, adhuc
illis clamantib. ego exaudiam. Pctorib. Eſa. 65
verò non tanta pmittiť exauditio, licet
.n. p ſua mĩa infinita, aliqñ eis ſuccur
rat, nõ tñ ita certò. Sæpe namq; ad eos:
Surgant Dij vri, & opitulentur vobis, B
& ĩ neceſſitatib. vos protegant. Et Pro. Deute.
1. dr: Cum clamauerint ad me, nõ exau 32.
diam. Sic orabat Antiochus ſceleſtus Prou. 1
Deum, à quo non erat miam conſequu 2. Ma.
turus, ſic multo minor ſpes pctori datur 9.
in tribulatione conſtituto. Hinc Dan. 4. Dan. 4
Pctã tua eleemoſynis redime, forſitan
ignoſcet Deus delictis tuis. Expenden
dum illud verbum, forſitã. Et ſic Nabu
chodonoſor tunc liberatus non fuit. Sic
ẽt Niniuitæ dicunt: Quis ſcit, ſi conuer Ionæ 2
tatur Deus, in dubiũ illud reuocant, &
meritò inimicus in dubium vocat, an
exaudiendus ſit in tribulatione, non ve
rò amicus, non filius. Secundò Rupertus, Ruper.
ait: Quæretis me poſt mortẽ meam,
me in Apoſtolis perſequentes, & cum
me ipſum in propria perſona perſequi
non ualueritis, nomen meum perſeque
mini, ut illud de terra deleatis, ſed illud
oĩno nõ obtinebitis. Hinc Pſal. Pctõr vi Pſ. 111
debit, & iraſcet, dentibus ſuis fremet, &
tabeſcet, ſed deſiderium vrm peribit, nõ C
nomen meum, & tandem quæritis me
in morte veſtra, nec inuenietis, & ideo
in peccato veſtro moriemini. Tremen
dum profectò uerbum in morte uitam
quærere, nec tamen inuenire. Sic E
ſau contigit, qui quæſiuit locum pœ
nitentiæ, nec inuenit, quamuis cum la
chrymis requiſiſſet eam. Quærite ergo
dominum, dum inueniri poteſt, inuoca Heb. 12
te eum, dũ prope eſt, ne uobis cõtingat,

A quod Virginibus ſatuis clamantib. dñe,
Matt. dñe aperi nobis, & tñ exauditæ non ſút.
25. Hoc verò iis cõtingit, q conuerſioné ſuã
in morté differũt, qb. maximè congruit
verbũ hoc: In peccato veſtro moriemini,
& qretis me, nec inuenietis, nõ ꝙ im
poſſibile ſit ĩueniri, ſed qa de facto pauci
inueniunt. Sicut. n. ſummũ fuit Iudęorũ
peccatũ, cũ Xpi ſanguiné fuderũt, ſed
Augu. tãta uis illius ſanguinis eſt, (ait Aug.) vt
delere ſufficiat peccatũ, quo effuſus eſt,
adhuc tñ de hoc peccato dr̃, In peccato
veſtro moriemini, ſic licet dum uita fun
geris, oẽ peccatũ tuum deleri poſſit, tñ,
ſi uſq; ad morté peccas, dicã tibi, In pec-
cato morieris. Meritò addit, [Quo ego
vado, uos non poteſtis venire.] Ego qui
dẽ uiá uniuerſæ carnis ingreſſus moriar
B & uos ſilr̃ moriemini, ſed diſſimilis ual
de erit terminus, nec. n. venietis eo, quò
ego, qa viã meã tenere non vultis. Sicut
.n. ego uita ſum, quo tẽdẽdũ eſt, ita & via
ſum, & qui me vt viã non tenuerit, nec
aſſequetur ut uitam. En maximã Dei irã
in filios diffidentiæ. Sed qd hæc ad nos?
Multum pœm modum, vt ſilem ruinã
caueamus, Hæc nobis ꝓponũt. Prou.
Pro. 19 19. Peſtilente flagellato, ſtultus ſapiẽtior
Heb. 3 erit. Videamus ergo, ait Paulus, ne inci-
damus in id ipſum incredulitatis exem
plũ. Iõ hodie ſi vocem eius audieritis, no
lite obdurare corda ueſtra, ſicut illi, qui-
bus iurauit in ira ſua, ꝙ non introibunt
Nu. 14 in requié ſuã. Audierũt illi non ingreſſu
ros ſe terrã promiſſam, & plorauerunt.
Multo magis mouẽdi, ac terrẽdi nos ſu-
mus audientes: Quo ego uado, uos non
poteſtis venire, quia cũ contrariá uiã te-
neatis, ad eundẽ terminũ venire eſt ipoſ
1. Co. 6. ſibile. An non, uiæ tuæ, uiæ inferi? qũo er
C go in cęlum peruenies? Fratres nolite er
rare, neq; maledici, neq; fures, neq; for-
nicarij, regnum Dei poſſidebunt, nõ. n.
2. Cor. poteſtis participes eſſe menſæ Xpi, &
10. menſæ dæmoniorũ. Sed adhuc maniſe-
ſta eſt ſumma Dei miſericordia, q oĩb.
his verbis utitur, ut eos ab icepta uia de
terreat, nollet nãq, minas has intentas
opere exeq, ſed eo eas proponit, vt terri-
ti a peruerſa uia deſiſtant? Sic Eſa. 18.
Ecce ego fingo contra uos malum, & co
gito contra uos cogitationẽ, reuertatur A
vnuſquiſq; a uia ſua mala, & dirigite uias
vras, eò tẽdũt oẽs Dei minæ. Hic Hier. Tren. 3
Non. n. humiliauit ex corde ſuo, & abie
cit filios hominum, non ex corde neque ex
Dei ingenio, atq; natura procedit ira, at-
que ſupplicium. Sed audi malorũ inge-
nium, nihilo meliores ſiũt uerbis tantis,
ſed dñt, [Nunqd interficiet ſemetipſum
qa dicit. Quo ego uado, uos nõ poteſtis
uenire?] Miniſtri miſſi ad Xpm cõpre-
hendendũ ſuperiore c. audientes hæc ea
dẽ uerba, ſic ea ĩterpretati ſunt: Nunqd
abiturus eſt in diſperſioné gentium, qa
dicit, Quo ego vado, uos nõ poteſtis ve-
nire? At principes aliũ ſenſũ conceperũt
dicẽtes: Nunqd interficiet ſemetipſum,
qa dicit, Quo ego uado & c. Sic. n. ſeipſũ
interficiendo euadere poterit manus no B
ſtras, ne eum occidamus, aliter. n. nos ef
fugere non poterit, ẽt ſi ad gentes migra
uerit. Conſidera nunc eorum ſtudium
in Xpi morté, & ſupplicia, nec. n. puta-
bant, aliter Xpm eos effugere poſſe, niſi
ſe occidendo. Merito ad hos Xpm dñm
Matt. 12. Qũo poteſtis bona loqui, cum Matt. 12
ſitis mali? Fons cor eſt, riuus verò uerba
corde infecto riuuli ex eo procedẽtes in-
fecti ſunt, uenenoque pleni.

Sed adhuc vt infirmitaté eorũ magis
eis aperiat, ſimulq; oñdat, ꝙ ſuperius di-
xerat, eos nõ poſſe puenire, quo ille, ad-
iungit, [vos deorſũ eſtis, ego de ſupnis
ſũ, uos de mundo hoc eſtis, ego nõ ſũ de
hoc mũdo.] Oẽs qdẽ de terra ſum̃, Xps
verò de cęlo, iuxta illud Io. Qui de terra Ioan. 3
eſt, d terra loqr̃, q de cęlo uenit, ſup oẽs
eſt. Sed reprobi nõ ſolũ d terra ſũt, ſed ẽt
de hoc mũdo. Iõ cũ Xps dixiſſet, deorſũ
eſtis, q ẽt iuſtis cõuenit, addidit, vos de
hoc mundo eſtis: Qđ peccatorum pro- C
prium eſt, non, n. de hoc mũdo iuſti ſũt,
quia ei per affectum non conformãtur.
Ideo ad eos Xps Dñs ait. Quia uero de Ioã. 15.
mundo non eſtis, ſed ego elegi uos de
mundo, ideo odit uos mundus. Reprobi
ergo de terra terreni, iuſti uerò, etſi d ter
ra, ſed non terreni, ſed cęleſtes ſunt. Sed
conſiderandũ nobis eſt, probo. hoib. da-
ri, ꝙ de mundo hoc ſint, cũ tñ nihil adeo
hoies curẽt, q̃ de mundo eſſe, & huic ſæ-
culo

Digitized by Google

A culo cõformari. Cũ audierint illud Pau.
Ro. 12 Nolite cõformari huic ſæculo, ſed reformamini ſpũ mẽtis veſtrę. Meritò adiungit Xp̃s dñs: in pc̃tis vr̃is moriemini. Signũ.n. reproborũ eſt de hoc mũdo eſſe.
Zac. 5. Vide, an in corde tuo amor mundi principatũ gerat. Erit.n. tibi ĩ malũ. Zach. 5. Videt mulierẽ in amphorã mulier illa, quo ſignificatum eſt aĩam, q̃ terrenis inhæret, in quib. cõſiſtere non debuit, ſi põdus amoris ſæculi huius in ſe cõtinet, in profundũ malorũ venire, & in infernũ demergi. Merito ergo Xp̃s adiungit: Dixi vobis, q͞a moriemini in peccatis vr̃is. Repetit iterũ tremẽdum verbũ. Sicut.n. qui vno conamine nõ imprimit cerę, ob eius duritiẽ, imaginẽ ſigilli, hoc ſc̃do co-
B namine curat efficere, ad eũ modũ Xp̃s
Simile dñs ſe hẽt. [Si.n. non credideritis, q͞a ego ſum.] Meſſias, i. vel ego ſum, Deus ut ı ȷ. hoc.n. diuinitas ꝓprium eſt. Ego ſum, q ſum, dixerat ille Moyſi: ſi.n. hoc credi-
Exo. 3. deritis, ꝓſto uobis erit peccati remediũ. Sed ais: Ego credo, ꝙ Xp̃s ẽ, bene facis. Sed hãc fidẽ pficere cura operib. fide dignis, & charitatis ipſa viuificãte. Hoc.n. nos Apoſtolus monet difficilib. illis ver-
Ro. 1. bis. In eo.n. (Euãgelio. ſ.) Dei iuſtitia reuelatur de fide in fidẽ, ſicut ſcriptũ eſt, iuſt⁹ ex fide viuit. Quaſi dicat, iuſtitia Xp̃i reuelat̃, oſtenditurq. magis, ac magis in his, q ex fide in fidẽ procedunt, i. in his, q fidei augmentũ, & pfectionẽ ſuſcipiunt: hoc.n. ſignificat phraſis illa, de fide in fi-
Pſ. 89. dem. Cui perſimile eſt illud Pſ. Ibunt de virtute in virtutẽ, i. in virtute ꝓficiẽt, & maiores facient ꝓgreſſus. Et item illud.
C Pau. In eãdẽ imaginẽ trãsformamur à
2. Co. 3 claritate in claritatẽ, i. abundantiori claritate. Sic nunc, a fide in fidẽ, i. progreſſu facto in fide, perficiendo fidem, non.n. pfecta fides eſt, ſi charitas abſit. Qñ.n. ait
D. Th. D. Th. ſuper hunc Pauli locum, aliqs effectus a duab. cauſis pendet, non poteſt eſſe perfectus, niſi ambæ perfectæ ſint cauſæ. Credere verò ab intellectu, & voluntate pendet, nullus.n. credit, niſi uo-
Aug. lens, ut Aug. dicit. Vt ergo perfecta ſit fides, oportet uoluntatem charitate perfi-
Simile ci, intellectum uerò fide. Vis noſſe, q̃ imperfecta fides ſit in peccatore? Audi: Dicis ſitienti, ne bibas hanc aquam, veneno infecta eſt, & adhuc bibit eam: Dicis A
ei: Non credis mihi? Dicis amico, ne trãſeas illac, ibi namq. decem inimici tui te expectant, ut interimant, & tñ poſtquã te audierit, tranſit. Dicis: Non mihi credis? Audi ſimile: Dicit tibi fides, mors in peccato eſt, & adhuc bibis iniquitatem, quaſi aquam? Dicit iterum, noli peccare, in pc̃tõ namque infernus, & dæmon abſcõſus eſt, ut te percutiant: & adhuc confidis, & tranſibis? Verè uideris non credere, fides quidem in peccatore eſt, ſed informis, imperfecta, & mortua. In his ergo oñdit̃ Chriſti iuſtitia, qui perfecta fide formati ſunt, quia iuſtus, ait, ex fide viuit, quaſi dicat, ſicut hic artifex viuit B
hac arte, ille alia, iuſtus viuit ex fide, i. fidei operibus, & negotiatione, ſpũalibuſque exercitijs: Dixerat Chriſtus, ſi non credideritis, quia ego ſum, dicunt ei, tu q̃s es: & ille principium, q & loquor vobis. Hæc verba diuerſimodè explicant pp. Grecam editionem, in qua principiũ eſt in accuſatiuo. Vnde Augu. ſic intelligit: Credite me principium. Alij verò di- Aug.
cunt illud principium eſſe Græcis aduerbiũ, & ſic idẽ ſignificare Xp̃m dominũ, ac ſi diceret: Ego ſum a principio, ab æterno, quaſi Deus, q̃d idem eſt cum illo. Pſ. A ſæculo in ſæculum tu es. Sed lectio Pſ. 92.
noſtra vulgara ſine dubio, ut iacet, tenenda eſt, ut uideat Xp̃s dñs, ſum principiũ Deus uerus, qui & loquor uobis, qui dignatione mea factus homo uos doceo, qui cum diuinũ uerbum ſim, quo pater loquitur, & iam homo factus vobis loq dignatus ſũ. Ita legit, & exponit Amb. C
lib. 3. de fide. c. 4. & li. 1. in Hexame. c. 2. Amb.
& lib. 5. de. Trin. c. 3. Beda ſuper hunc lo- Beda.
cum Bern. li. 15. de conſideratione. Glo. Bern.
interlin. Ruper. D. Th. & Aug. lib. 5. de Gloſſ.
Trin. c. 13. & alibi ſępe. Ex quo ſequitur Rupt.
antiquiſſimos codices Græcos hanc reti- D. Th.
nuiſſe lectionẽ, ſunt uerò uitiati, q nunc aliam habẽt. Nec mirum cum Amb. ſuper epiſt. ad Rom. c. 5. conqueratur ſuo tempore corrupta eſſe Græca exemplaria. Senſus ergo manifeſtus eſt. Ego ſum principium, & cã rerum omnium, tanquã verus Deus, qui & loquor vobis, i.

Digitized by Google

A (vt Aug. ait,) qui cum tantus ſim, adhuc
Aug. nõ dedignor uobis loqui, ſed pp uos ho-
mo factus, doctor vř effectus ſum. Qui-
bus uerbis utramq. expreſſit naturã, di-
uinam, ſ. & humanam. Vnde idem mo-
do ſignificat his uerbis, qđ ſignificatur
Apo. 1. Apo. 1. Qui eſt, & qui erat, & q̃ vẽturus
eſt. Qui erat, qui principium, q̃ eſt, quia
loquor mõ vobis, q̃ uenturus eſt, iudica
re, ſ. viuos, & mortuos, ꝙ etiã continuo
Xp̃s expreſſit loco. Sed expendenda no
bis illa uerba ſunt. Qui & loquor uobis.
Magnũ quidem in hoĩes collatum bene
Pſal. 8. neficiũ eſt illud, de quo Pſ. Quid eſt ho-
mo, ꝙ magnificas eum, aut quid appo-
nis erga eum cor tuum? Et quid eſt hõ,
B ꝙ memor es eius, aut filius hoĩs, q̃m viſi
tas eum? Maius adhuc beneficium illud
Deu. 4. ꝙ Moyſes inauditum a mundi exordio,
ait, ut populus Deum audiret de medio
ignis ad hoĩes loquentem, & cęleſtib. ip
ſum præceptis imbuentem, ſic. n. Moy-
ſes loquitur. Interroga de dieb. anti uis
qui fuerunt ante te, ex die, quo creauit
dñs hoiem ſup terram, a ſummo cœlo,
vſq. ad ſummum eius. Si facta eſt aliq̃n
huiuſcemodi res, aut unq̃ cognitum eſt,
ut audiret populus vocem dñi Dei lo-
quentis de medio ignis, ſicut tu audiſti,
ſi tam mirabile fuit Angelum mitti, qui
in Dei perſona loqueretur, quale obſe-
cro erit in nos collatum beneficium, ut
naturam indueret humanam, & in ter-
ra conuerſatus, nos doceret uerba vitæ?
Heb. 2 Hinc infert Pau. Propterea abundãtius
C oportet nos ſeruare ea, q̃ audiuimus. Ad
dit uerò dñs: Multa habeo de uobis, loq
& iudicare. Quaſi dicat: Non ſolum ha-
beo, quæ nunc dico, ſed multa alia poſsẽ
de uobis, i. contra uos loqui, & iudicare
uos, ſed nunc tp̃s non eſt iudicandi, ſed
ſaluandi. Aliq̃n uerò hæc loquar, & iudi
Pſal. 2. cabo, implebiturq. illud Pſ. Tunc loque
tur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo cõ-
turbabit eos, nec unum contra uos hẽo,
qđ loquar, ſed multa. Sed quid pc̃tõrem
Pſ. 48. excuſabit, cum eum Chriſtus accuſaue-
rit? Frater non redimit, redimet homo?
Ideſt, ſi qui frater nř ẽ, nos accuſat, quis
hoium excuſet? Sed mõ non uos iudico,
nec contra uos loquor; quia qui miſit
me, uerax eſt, & ego quæ audiui ab eo, lo A
quor. Quaſi dicat: Promiſit ille primum
me Saluatorem, non iudicem, ideo mo-
do Saluatorem ſolum ago, iudex poſtea
ero. Et licet iudicium differatur, ſed ue-
niet aliq̃n, quia pr̃ meus uerax eſt, q̃ hoc
dicit, & cęlum, & terra tranſibunt, ſed
verba mea non præteribunt. Voluit er- Luc. 21
go eos Chriſtus terrere comminatione Act. 24
iudicij, quo tremefactus eſt Felix, & quo
maximè peccator terreri põt. Et non co
gnouerunt, quia pr̃em ſuũ dicebat Deũ,
addit Ioannes. Ideò Chriſtus ſubiungit
ſe crucifigendum ab illis, & tunc eos a-
gnituros, quis ille ſit. Cũm exaltaueritis B
ait, filium hoĩs, tũc cognoſcetis, quia ego
ſum. Tãta. n. ſigna facta in Chriſti mor
te ſunt, in reſurrectione, & aduentu Spi
ritus ſancti, ut multi à cruce reuerteren-
tur percutientes pectora ſua, & deinde
multi crediderint. Et licet aliqui confite
ri duritia ſua Chriſtum noluerint, ſignis
tñ illius, & præcipuè in morte, reſurre-
ctione, & Spũs ſancti aduentu factis, cõ
uicti ſunt Ieſum Meſſiam fuiſſe uerum.
Nunc ergo non videtis, q̃tum ſit pc̃m,
qđ committitis me perſequentes, cùm
pc̃m oĩno perpetraueritis me occiden-
do, tunc cognoſcetis, quis ego ſim, & q̃-
tum admiſeritis, pc̃m. Hoc. n. diabolus
agit, pc̃i grauitatem non oſtẽdit, donec
opere cõpletum ſit, ut liberè peccet hõ,
pc̃m leue dicit: vt deſperet, perpetrato
pc̃tõ, illud aggrauat. Sic Iudæ contigiſſe
manifeſtum eſt, qui Ieſu tradito ait: Pec Ma. 27
caui tradens ſanguinem iuſti. Vę autem
ei, qui pc̃i grauitatem uidet, cum tẽpus C
gratiæ, & ueniæ pertranſijt Eſa. 26. Vi-
deant, & confundantur zelantes popu- Eſa. 26
li, & ignis hoſtes tuos deuoret. Non reli
quit me pr̃ ſolum, (ait Chriſtus) quia ego
q̃ placita ſunt ei, facio. Impium ſolum re
linquit Deus, quia peragit, quę Deo non Oſe. 8.
placent, ipſi regnauerunt, & non ex me.
Væ eis, qui ſtatum, officiumque ſine Dei
beneplacito ſibi ſumunt. Sed iuſtũ maxi
mè uerba hæc conſolantur: Non relin-
queris ſolus, ſi Deo placita peragit. Solũ
Chriſtum putauerunt eſſe, cum diceret,
Deus dereliquit eum: perſequimini, &
comprehẽdite: quia non eſt, qui eripiat. Pſ. 68.
Sed

Digitized by Google

A Sed Chriſtus ait: Non reliquit me ſolú, ita ēt cum oī iuſto ſe Deus nr̄ habet, &c.

Feria IIII. Poſt Dominicam II. Quadrageſimæ.

Tunc acceſſit mater filiorum Zebedæi, &c. Matt. 20.

Accedit hodie mater filiorum Zebedæi, vt filijs ſuis dona impetret. Matré nos hémus, q̄ nr̄a curet, & nobis bo-
Ioā. 19 na petat, ſed quæ illa? Qn̄ Chriſtus Ioāni dixit: Ecce mater tua, oībus fidelibus
B Maria data eſt iñ mr̄em, qa Ioānes uniuerſę tunc eccleſię perſonā agebat. Tam ex corde nobis Maria mater eſt, ac ſi nos gemiſſet: ità m cōfidenter ad eam accedere poſſumus, ac ſi ex utero eius nati eſſemus. Fortior. n. eſt amor, qui in Maria magna gratia proceſſit, q̄ quē natura pſtare poterat. Illi me ſecura mēte cōmit-
Bern. to, ait Bern. q poſſit, ſciat, & uelit mater filiorū Zebedæi, nec potuit, nec ſciuit, ideò audit. Neſcitis qd petatis: ſed Maria pót, ſcit, & vult iō obtinet ſp, ad eā accedamus, &c. Mirum ualde eſt, cū hō ad imaginē Dei efformatus ſit, q̄ diuerſus ſit a Deo ſuo uoluntate, ordine atq; rōne
Eſa. 55 Eſa. 55. Sicut exaltantur cæli a terra, ſic exaltatę ſunt uiæ meæ a uiis vr̄is, & cogitationes meæ a cogitationib. vr̄is. Hinc
Iob 7. Iob: Quare poſuiſti me cōtrariū tibi, & factus ſū mihi metipſi grauis? Sed ſi diuerſa uia Dei eſt nr̄a uia, & diuerſa uolū
C tas, ut inter ſe conueniāt, dubium eſt: qs cui cedere dēat, qs quē ſeq, Deus nos, an nos Deum? Si tu ad te uis Deū, & uolun tatē eius trahere, dic te Deū eſſe, imò ſu-
Iob 22 pra Deum extollere. Si uerò agnoſcis te Deo inferiorē, & eius facturā, acquieſce tu Deo, eius ſequere ductū, acqeſce Deo, & pacē habeto, & per hæc hébis fructus ampliſſimos. Quæ uult hō? Quę hi diſcipuli petunt, honorē, utilitatē, quietē. Hęc ſunt mundus ille, quē, poſtea Ioannes illuminatus dixit. Quicqd eſt in mundo, &c. Et ſic nunc integrum poſtulant mū-
1. Io. 2. dū. Nō hac procedit uia Deus. Sed qua? Audi. Ecce aſcendimus Hieroſolymā, & filius hominis tradetur, &c. Calicem meū bibetis. Cui pulchrū vr̄ cœlū, crucē A
non horreat: illa. n. uia eſt ad illud. Cui placet hr̄ditas, placeat on⁹. Cui placet hr̄ Ruth.
ditas defuncti, placeat eius uxor relicta. Velles tu honorē, delicias, diuitias, Xp̄s uerò ſibi præeligit crucē, tormēta, ignominiā, & hāc ille ingreditur uiam, eamq; tibi aperit, & oñdit, ut eam arripias, caro nr̄a ingredi recuſat hāc uiā, ut oñdit mr̄ filiorū Zebedęi: ſed tandem Chriſtus cōcludit, nullā aliā eſſe in cælū uia, præter crucē, & calicē eius. Hæc Euā. ſūma eſt.

Aſſumpſit Ieſus duodecim diſcipulos ſuos ſecretos. Attētos nos oportet eſſe ijs, q̄ ſecretò dn̄r a Xp̄o dn̄o paucis, q a cōſilijs ei ſunt, quib. crucis myſteriū ex B
ponit. Summū ſine dubio myſteriū eſt crucis: iō ſacr̄m dr̄, quaſi ſacrū ſecretum, q̄ uulgo declarari non poteſt, qa uulgus crucē maledictionē, & auguriū malum eſſe putat. Cum ergo eos in ſecretum du
xiſſet, ait. Luc. 9. dixiſſe. Ponite in cordi Luc. 9.
bus uſis ſermones iſtos, hoc cordib. veſtris inſideat, hoc imprimat̃, nec unquā deleatur: licet mundus aliud opinetur, licet illi delere curet: quaſi oppoſitum legibus, & ordinationib. ſuis, qa uerbum crucis pereuntib. ſtultitia eſt: cum tñ in cruce ſumma oīum bonorū ſit. Sed dn̄e qua rōne, quo ordine res abiectiſſima,
crux. ſ. eleuanda eſt, & tam ignominio- 1. Co. 1
ſa cum ſit, qūo eſt honori habēda? Hoc efficiet̃, ait Xp̄s, cum hō Deus eām ſibi aſſumpſerit in glorioſam ueſtem, & die feſto ea induat̃, ut ueſte p̄tioſa, dicens ſe
fælicem, & exaltatum, ac glorificatū, cū C
ueſte hmōi induitur, & ſic ab oī mortali deinceps reputabit̃ diuina ueſtis, pretioſ&que ſummo digna, & ut hoc fiat. Eccę aſcendimus Hieroſoylmā. Aſcendimus nunc in ciuitatē illuſtrē, ubi paſcha celebrandū eſt, quo t pe ſolēt oēs pcedere in ueſtibus glorioſis. Videbitis pcedere Herodē, & exercitū eius p̄tioſis indumētis ornatū, ciues oēs in ſtolis optimis, mulieres ſiſr ornatas pcipuis ornamētis. Et ego ornamētū producā pretioſiſſimū, ſed cū ſim nouus hō, & non de hoc mundo, alius, lōgeq; diuerſus erit ornatus meus. Omnis enim humanus ornatus licet p̄tioſus hominib. appareat. ſed non Deo,

& An-

A & Angelis eius. Luc. 16. Qd.n. hoīb. al-
Lu. 16. tū eſt, abominatio eſt apud Deū. Qui er
go de cęlo ſum, ornamentis vtar cęleſti-
bus, & quę Deo, & Angelis eius in ꝑtio
hn̄r. Huiuſmodi verò ſunt, crux, claui,
flagella, ſpinea, corona, &c. Vt hinc uos
diſcatis, cum ſimilib. ornamentis vos vi
deritis ornatos. Deū laudare, & ire gau-
dentes a cōſpectu conſilij, qm̄ digni eſtis
habiti talib. veſtib. O ꝑclarum nūcium,
pęnitenti, multa patiēti, afflictoq; veſtis
Xp̄i eſt veſtis tua, ornatus es regio orna
Ge. 41. mēto, veſtitus purpura Xp̄i. In ſummū
honorem Pharao, & Aſſuerus induunt
regijs indumētis Ioſeph, & Mardochęū.
Conſcribat Venus, & Cupido Euange-
Heſ. 15 lium, quo ſuos inhoneſtos conſolentur:
B Epicurus aliud, quo edaces ſolētur; Sar-
danapalus aliud, quo uoluptate afficiat
eos, q delicatè corpora ſua nutriūt: iam
.n. Xp̄s condidit Euangelium ſuū in ſo-
latium afflictorum, & pęnitētum. Hos
bodie ducit in ſecretum locum, & docet
horū indumentorum ꝑtium. Vnde pu-
tas in mundo eā factā fuiſſe mutationē,
quam ſic natura auertat, ut cum ſanctis
obiuleris oēs diuitias, delicias, ac hono-
res, ea oīa auerſent, & relinquant, & in-
dui cupiant pauperrate, cilicio, afflictio-
ne, & humilitate, niſi qa uiderunt Xp̄m
his proceſſiſſe ornamentis ornatū? ꝑtio
ſe ſine dubio ueſtis illa eſt, quā Deus in
ꝑtio hēt, quam ſancti oēs magnifaciunt.
Simile Vis noſſe, q̄ ꝑtioſa? Qn̄ aliqd pretioſiſſi
mū p uiā publicā ꝓcedit, clamare ſoles,
C exite, procedite, vt videatis, qd nūc tran
ſeat. Sic ergo Spiritus ſanctus oēs uocat
Can. 3 hoīes, qn & cæleſtes ſpiritus, egredimini
filię Siō, videte Regē Salomonē in diade
mate, quo coronauit eū mr̄ ſua in die de
ſpōſationis eius. Xp̄m ad crucē procedē
tē iubemur intueri his uerbis. Tāta uerò
Simile gloria ornatus ꝓcedat, ait Bern. ut quaſi
princeps ornatus ī deſpōſationē ꝓcede-
ret glorioſus, ab oīb. expectandus. Pro-
cedite ergo Angeli, procedite aīę fideles,
videte principē vr̄m, q ꝑclarè eū ornent
Bern. Margaritæ lachrymarū, corona ſpinea,
flagella, & crux ꝑcipuè. Procedite, q m̄ū
di gloriā cōtempſiſtis, & uidebitis, q̄ pul
cher ſit ſponſus ueſter mundi contēptu.
Procedite, q ꝓ eo uos flagellis cęditis, & A
videbitis, q̄ ꝑclarum ornamentū illi ſint
liuores, & uulnera. Procedite, qui ieiuna
tis, & uidebitis, q̄tū eum ornet illud uer
bū, ſitio. Procedite tādē oēs pctōres, an-
te quā Xp̄s prętereat: & videte q̄uo uos
oēs uocat ad pn̄iam, & dicit. Induimini
dn̄m Ieſum Xp̄m, induimini ueſtib. his
pręrioſis, ueſtib. primogeniti, ut illius ca- Ge. 36.
piaris bn̄dictionem, ut Iacob. De his ille Eſa. 61
veſtib. gloriat̄. Eſa. 61. Gaudētes gaude-
bo in dn̄o, & exultabit aīa mea in Deo
meo: q a induit me ueſtimētis ſalutis, &
indumento iuſtitiæ circūdedit me, quaſi
ſpōſum decora tū corona, & quaſi ſpon-
ſam ornatā monilib. ſuis. Cum ſic te or-
natum uideris, gaude, ornamenta ſalu- B
tis ſunt, ornamēta iuſtitiæ, monilia ꝑtio
ſa, nō qdē oculis hoīum, ſed Angelorū,
ſed Dei. Sed ais. Nō hæc apparet mūdo
præcioſa ueſtis, imò humilis, & abiecta.
Ita ſanè, qa aīalis homo non percipit ea,
q̄ ſūt ſpūs Dei. ſtultitia. n. eſt illi. Si ruſti
cos mūdi cōſulas, ſi infimos de plebe, id
ſentient. Ideò Spūs ſanctus nō uocat in 1. Co. 1
hoc ſpectaculū virgines oppidanas Ieri-
co, ſed virgines Hieruſalē, filias Siō: qd
.n. agnoſcet de Principis ueſte agreſtis
mulier? Vocat in hoc ſpectaculū cęleſtes
ciues, & è terra aīas ꝑfectas. Indoctæ. n.
& incultæ aīæ, dicēt ea conſpecta ueſte,
qd Michol inſpecto Dauid; Quā glorio-
ſus fuit hodie Rex diſcoopertēs ſe quaſi 2. Re. 6
unus de ſcurris? Sed beatæ mētes dicent
poſt Dei infinitā pulchritudinem. Nihil
pulchrius ſe uidiſſe, in quē deſiderāt An
C geli proſpicere, & dicēt. Speciofus forma
ꝑ filijs hoīum, diffuſa eſt gr̄a ī labijs tuis. Pſ. 44.
Et cū te his indutū ueſtib. uidēt, t. ī a de
te loquuntur. Intuent̄ Angeli Herodē in Acto 3
dutū auro, & gēmis, & percutiunt eū. Vi
dēt pctōrē deplorātē pctā, cilicio indutū
& gaudiū eſt i cęlo corā Angelis Dei. Tā
ꝑclara ueſtis hæc eſt, ut uniuerſum lætifi
cet cælum. [Sed ipſi nihil horū intellexe Lu. 15.
runt.] Manifeſtis uerbis loqt̄, & tn̄ non
intelligunt. Aliqn̄ obſcurè, & in parabo
lis loquebat̄ eis. & cū diceret, ītellexiſtis
hæc oīa? dn̄t ei, ēt. Nunc uerò manifeſtè
loquitur, nec intelligunt. Nō pōt menti Ma. 13
humanæ inſidere uia hæc crucis, non ca
pit

A pit eã. Sicut.n.Rex hẽt inuolutas,ſimula
raſque literas, q̃ dñr vulgò cifras, & qui
illis literis viderit ſcriptã epiſtolã, ſtultã
reputabit, ſi uerò inuolutarum literarũ
explicationẽ hẽt,q̃ vulgò dr̃ la contra ci-
fra,facile epiſtolã leget, & intelliget: ſic
crux eſt litera Dei inuoluta,amicis uerò
Pſ.110 oñdit explicationem,de quib. dr̃: Virtu-
tẽ operum ſuorum annunciabit populo
ſuo. Hi virtutem crucis intelligentes ea
Pſa.89 lętantur,dicuntq; cum Pſ. Lætati ſumus
Iaco.1. ꝓ diebus,quib. nos humiliaſti,annis,qui
bus uidimus mala. Oẽ gaudiũ exiſtima-
te fratres,cũ in uarias tentationes incide
ritis,ſcientes, quod tribulatio patiẽtiam
operaṫ,&c. Cumq. hoc B. Iacobus dixiſ-
ſet,addit continuo: Si qs indiget ſapien-
tia,poſtulet a Deo. Sed ut qd tunc de Sa-
pientia ſermo? Quaſi dicat;Si uis intelli
gere bonũ tribulationis, pete a Deo ſa-
B pientiã,la contra cifra dela cifra. Hic Sa-
piens tribulatione exultat, ſtultus mæ-
ret, mõ diſcipuli rudes non intelligunt,
donec ueniente Spũ ſancto ibant gaudẽ
tes a conſpectu concilij, qm̃ digni habiti
Act.5. ſunt pro noĩe Ieſu contumeliã pati. Sed
adhuc caro nr̃a non intelligit,licet mani
feſtis uerbis ſit dictum: Veniat nunc ali-
quis ad Xp̃m,ut eũ interroget,& adhuc
manifeſtius de hac re loquatur,ut ẽt inſi
piens intelligat.[Ad hoc accedens mr̃ fi-
Cyrill. liorum Zebedæi.] Optabat hęc,ut Cyri.
ait,filijs in cœlũ patere aditũ. Huic Xp̃s
viã aperit,q̃ ille nouit: qa eã perambula-
Ioan.3 uit. Nemo aſcẽdit in cęlũ,niſi q deſcẽdit
de cęlo, Nota Eũg. Tunc accedẽs,ut ar
gueret diſcipulorũ ambitionẽ,q cum au-
diſſent Magiſtri paſſionẽ,& deiectionẽ,
ipſi exaltari poſtulant. Sed nobis aduer-
tendũ opportunè mulierem acceſſiſſe ad
C petendũ, cum, ſ. de Xp̃i paſſione ſermo
habitus eſſet, cũ theſauri ſanguinis Xp̃i
aperiuntur. Qñ tu memoraris paſſionis
Xp̃i,illumq; recogitás, & patri ꝑponis,
tunc pete,quicqd uoles. Vt petas a Rege
bñficia, expectas tpis opportunitatẽ, cũ
lętus ille ſit. Lætitia Xp̃o paſſio eius eſt,
& ſicut lætitię tpe nõ ſolũ petentib. bñfi
cia p̃ſtas,ſed ẽt nõ petentib. ita Xp̃s i cru
Ioã.19. ce nõ ſolũ petentib. bñficia conceſſit,ſed
ẽt non petentib. Ioanni mr̃m donat, li-
cèt nõ petat. Pro crucifigẽtib. orat,& la- A
troni minimũ petẽti, maximũ concedit, Ma.27
& cũ i p̃dicatione poſtulaſſet ſidẽ,ut mi
racula ederet, in paſſione illa p̃ſtat fide
nõ expectata. Sanat auriculã Malchi nõ
credẽtis,orat ꝓ p̃ſequentib. & nõ credẽ-
tibus,nec ẽt ueniã uolentib. Opportuno
honor Chriſtiani? Agit ne ſic mulier cũ
uero? filius cum pre? ſeruus cũ dño? Dic
vxori tuę, ut ſic tecum agat. Dicis uxori,
Eſto caſta; dicat illa, bñ: Non hoc mihi
curæ eſt, noui.n.ꝙ tu bon⁹ es, diligis me,
& ſi adultera fuero, ignoſces mihi. Et ſi
hoc ità uerũ eſſet, placeret ne tibi uxoris
dictũ? Vbi honor mulieris bonæ? ubi fi-
delitas? Satiſne tibi eſſe ṽr, qđ adultera
ſis, & viro reconciliata? Eſt ne miniſter A
quiſpiã, q ſic cũ Rege ſuo agat? Dicis mi
niſtro Regis: Vide ne ꝑditioné in Regẽ
moliaris. Rñdet ille: Rex optimus eſt di-
ligit me, ueniã mihi dabit, ét ſi proditor
fuerim. O viliſſime hoĩum? O uerè hõ ſi
ne honore? Vbi fideltas, q̃ Regi debes?
Hanc maculã ꝓd toris incurrere uis? Vi
liſſime Chriſtiane, infidelis, & ſine ho-
nore, quomodo peccas? qũo Deo uiro
tuo adulter es? qũo Deo Regi tuo infide
lis es? Ais. ignoſcet mihi Deus. Sit ita, qđ
ignoſcat, ſed ubi fidelitas? vbi honos? Sa
tis tibi eſſe ũr, ſi Xpianus ſis reconcilia-
tus? Prod tor uenia donatus? An nõ me
lius multò tibi eſſet, ſi diceres, nunq̃ pro
ditor? Simili nunc in cã verſamur, ſi fide B
les Dei miniſtri eſſemus. Satis nobis hoc
uerbo dictũ eſt, quẽ ego bibiturus ſum,
vt calicem hunc ſitiamus. Ille pro te bi- Simile
bit, non tu bibes, ob illius amorẽ? Eſt ne
fidelis miles Regis, q uidet eo ingredi ꝑ-
liũ, decertare cũ hoſtib. & ipſe recedit, ſo
lũ Regẽ relinquit, & in ludũ properat?
Audi, ꝙ Vrias ait: Arca Dei eſt in papi- 2.Reg.
lionibus, & dñs meus Ioab, & ego domi 11.
manebo? Quã aliter illa, q ait; Dilectus Cant.
me⁹ mihi, & ego illi. Bern. In nullo alio Bern.
põt hõ Deo ſuo eiſdẽ rñdere uerbis, niſi
in dilectione, & calicẽ bibendo. Dat tibi
dona Deus, non potes illi tu q̃cq̃ dare.
Nõ accipia de domo tua uitulos. Beatifi Pſalm.
cat te Deus, nõ potes illũ beatificare, ſed
in dilectione, & paſſione potes. Diligit
te Deus? potes eũ diligere? paſſus eſt pro
te potes ꝓ illo pati? Hic uicẽ rependere
potes, & quaſi par pari referre Deo tuo.

Sed ſi iuſtis calix bibẽd⁹ eſt, pctõribus
calix nõ erit? Abſit. Audi. 1. Pet. 4. Si aũt 1. Pe.4.
primũ a nobis, q finis eorũ, qui non cre- C
dunt Dei Euãgelio? Si iuſtis calix eſt tri
bulationis, qũo effugiet impius? Hie.25. Hie.25
Sume calicẽ vini furoris huius de manu
mea, & ꝓpinabis de illo cũcti gentib. ad
quas ego mittã te, & bibẽt, & turbabun-
tur, & inſanient. Si dixerint, nolumus bi
bere, dic eis; Bibentes bibetis, qa, ecce in
ciuitate, i qua inuocatũ eſt nomen meũ,
ego incipio affligere, & uos quaſi inno-
centes. & immunes eritis? Non eritis im
munes. Hæc dicit dominus exercituum
Deus

Digitized by Google

A Deus Iſrael: Bibite,& inebriamini, & vomite,& cadite, & nolite conſurgere à facie gladij,quē ego mittam inter uos. Si
Eſa.32 amicos affliget,inimicos nō affliget? Eſ. 32. Sup humū populi mei aſcēdēt ſpinę, & vepres, quanto magis ſup oēs domos gaudij ciuitatis exultātis? Sed terrēt verba
Pſ. 74. ba Pſ. 74. Calix in manu dñi uini meri, plenus miſto,& inclinauit ex hoc,ī hoc: veruntñ fæx eius nō eſt exinanita. Bibēt oēs pctōres terræ. Pro dictione meri in Hebræo hř verbū,qđ rubēſcere,aut turbare ſignat. Vñ qdā trāsferunt,uini turbulenti,alij vini rubri,& meracis,qđ nō eſt aqua dilutū. Vbi dicit Pſ. Plenus miſto ſeptuaginta,ꝑ miſto nō uſi ſunt uerbo,qđ miſcere ſinat, ſed poſuerunt uerbū,qđ ſignificat ꝓpinare,& in calicē po
B tionē infundere. Et notat Foreirus in il-
Foreirus. lud Eſa. 5. Ad miſcendū ebrietatē,illud,
Eſa. 5. miſcēdum eſt infundendum è ſupernis vinum in vas. Iō uertit ad infundendum ſicerā. Cum ergo dř in Pſ. 74. Miſto, eſt ſubſtantiuum, & ſignificat non mixtionē,ſed infuſionē in uas. Et ſic ſenſus eſt; Eſt in manu dñi calix plenus infuſione vini meri.i. potentias ad inebriandum. Et verbum miſcere ſæpe ſignificat ꝓpinare,ut Iuuenalem: neſcit tot mil'ib.emptus:pauperib. miſcēre puer. Sic ēt alius: q raptus ab alite ſacra; Miſcet amatori pocula grata ſuo. Et ſic intelligitur illud
Ap.14. Apoc. 14. Hic bibet de uino iræ Dei, qđ miſtum eſt mero in calice iræ ipſius. Senſus eſt: Hic bibet de uino mero iræ Dei,
C ꝙ miſtū eſt.i. infuſū in calice iræ ipſius.
Ap.17. Et Apoc. 18. In poculō, quo miſcuit,miſcere illi duplum.i. Infundite,& propina
Pro.9. te. Et Prou. 9. Miſcuit uinum,i. infudit,
Eſa.19 & propinauit. Et Eſa. 19. Dñs miſcuit in medio eius ſpiritum uertiginis: Cum ue
Eſai.1. rò dř Eſa. 1. Vinū tuū mixtum eſt aqua, alıud uerbum ponit̃. Significat ergo Pſ. In manu dñi infuſum calicem eſſe uino mero,quo potat oēs hoīes. Sed pctōrib⁹ fex calicis reſeruat̃. Iuſtis tribulatio dat̃, q licet grauis ſit, adhuc tñ uinū eſt, quia ſemper Deus cōſolationē præbet, qua fa
Ap.18. cile toleret̃: at pctōribus dat̃ fæx calicis. Terribilis,tremēdaq; ſnīa. Quātū glorificauit ſe,& in delicijs fuit,tm̄ date ei tormentū,& luctū. Vide quē calicē filio tribuit,& inde tuū colliges. Pater æternæ, A
tā dirus filio tuo calix? Nō ille peccauit, nec bibēdo,nec cibo, aut luſu male cōnſūpſit,& diſpdidit ſubſtam. Solū fideiuſſor eſt,ne ab eo exigas uniuerſum debi-
tū;aliqd ei cōdona. Nō ſic ait: ſed ſoluat Mt. 27
plus q̄ dēt,bibat calicē iræ meę, ut ſciant oēs,q a ſi in ligno uiridi hæc ſiunt, in arido,qd fiet? Si iuſti tribulant̃,q̄ta manet pctōres ira,& calamitas? Fæx tandē cali
cis Dei Pſ. Pluet ſuper pctōres laqueos, Pſ. 10.
ignis. Ignis,grando,nix,glacies, ſpiritus ꝓcellarū,pars calicis eorū. [Nō eſt meū dare uobis.] Sed qūo nō eſt tuum dare?
Nō tu iudex uiuorū,& mortuorū? Non Mt. 20
tu ꝓcurator,cui dř,redde illis mercedē?
Rñdet Chry. Xpi qdē eſt dare, ſed non Chry.
ſic dare,ut modo rogatus eſt facere. Pro B
meritis.n. daturus eſt, reddens unicuiq; ſm opera ſua:ſm proprium laborē,non interceſſione,aut conſanguinitatis iure.
Q̄a in re Xpſ loquit̃ ad eū modū, quo Simile
Rex,q nobilib. regni propoſuiſſet adamantē ꝓtioſiſſimū.mercedē ei,q melius ſe exercuiſſet ī regijs torneamētis. Si tūc accederet q ſpiā ad eū petēs ſibi dari adamātē,vel iure cōſanguinitatis, uel amicitiæ,diceret ei Rex; Non eſt meū ſic dare tibi,iā.n. lapis hic edicto meo ꝓpoſit⁹ eſt ei,q optimū ſpecimē dederit glorię militaris. Sic ergo oīs locus māſionis cęleſtis oīs glorię thron⁹ ꝓponit̃, ut merces uiriliter certanti. Nō coronabit̃, niſi q legiti
mè certauerit. Dextera uerò,& ſiniſtrā 2. Ti. 2.
Xpi,q pcipui loci hñr in cęlo,et pręcipue C
coronæ, ꝓpoſitæ ſunt optimè certātib⁹, his paratæ ſunt a patre cæleſti, non ergo concedendæ ſunt, uel interceſſione, uel alio titulo,aut iure. Nullus coram Deo titulus,nullū ius eſt,niſi qđ uirtus, meritū que pſtat. Iō calicē Xpi bibe. Si.n. ſocij fuerimus paſſionum,erimus,& conſolationis. Duæ ſunt hřditatis Xpi,rñdētes 2. Co. 1
duabus naturis,& duabus generationibus eius. Altera diuinæ, qua ex parte genitus,& hæc eſt gloria æterna. Altera humanæ,qua ex matre natus eſt,& hæc eſt crux, calix paſſionis, in utraq; hřditate nos ſocios eſſe uult. Si ei nolumus eſſe cohęrdes in ijs, quæ hæreditauit a patre

ſimus

A ſumus ēt ĩ ijs,q̃ a mſe. Si tñ cõpatimur,
Ro. 8. ait Pau ut conglorificemur. Cuius rei fi
gurã Dauid expreſſit, q puer iniunctus
eſt in Regẽ in domo pr̃is: ſed regni poſ-
ſeſſionẽ nõ eſt aſſequutus, donec Saul ui
ta excederet, imò multis eſt pſecutioni-
bus agitatus, & probatus, & tandẽ per
multas tribulationes fidelis inuentus, re
gni coronam adeptus eſt. Sic oĩno tecũ
agitur: cũ baptiſmi aqua ablutus fuiſti,
iniunctus es in cæli Regẽ, ſed illius tibi
poſeſſio nõ cõceditur, donec per multas
ꝓbatus tribulationes fidelis inueniaris,
Sap. 3. & dignus Deo: qm̃ Deus tentauit eos, &
inuenit dignos ſe. Sicut aurũ in fornace
B ꝓbauit electos dñs. Hẽs qdẽ a baptiſmo
ius ad regnũ: ſed ut illud ingrediaris, au-
di: Calicẽ quidẽ meũ bibetis, hac uia, &
rõne mihi chari eritis: An nõ inſcius, &
ignorans, qui Regis domũ ingredit̃, ut ei
famul' eẽt, nec curat noſſe, q̃d Regi gratũ
ſit, q̃uo ei placere poſſit? An nõ inſcius, q
regnũ ingreditur, nec illius regni iura, le
ges, & conſuetudines noſſe curat? Ego
ait Xp̃s, ueni in mũdũ, ut multa patiar,
vt nõ delecter. Hæc meorũ cura eſſe dẽt,
Hie. 22 hac uia mihi eritis chari. Hier. 22. Viuo
ego dicit dñs, q̃a ſi fuerit Ieconias annu-
lus in manu dextera mea, inde euellã eũ,
& dabo te in manu q̃rentiũ aĩam tuam,
ne glorieris unq̃ de re alia corã Deo, q̃
de eius imitatione. Nihil aliud illi placet
q̃d ſi id non p̃ſtas, euellet te ẽt de manu,
licet illi alijs rõnibus ſis cõiunctiſſimus.
Vis noſſe ingenium Regis, cui obſeque-
ris? vis noſſe leges regni, q̃d intras? Audi
C te oẽs, q delicijs, diuitijs, & honorib. uos
tradidiſtis: Non eſt meũ dare uobis. Sed
Dñe, q̃uo tuum non eſt dare, cum dicas:
Matt. vltim. Data eſt mihi oĩ p̃tas in cælo, & in ter-
ra? & oĩa mihi tradita ſunt a pr̃e meo?
Ioan. 5 Meum q̃dem eſt dare, ſed quibus pr̃ de-
ſtinauit, ſed q̃bus ille parauit. Patiẽtibus
ideo poteſtis bibere calicem: ijs. n. dare
poſſum, his quibus calix datur, ut Benia
mino Gen. 44. cui ignoranti ſcyphus da
Ge. 44. tur. Eſt. n. tribulatio Dei donum, q̃d nõ
agnoſcimus, nec meremur. Phil. 1. Vo-
Phil. 1. bis datum eſt, non ſolũ ut in eum creda
tis, ſed ẽt, ut pro illo patiamini. Gr̃a Dei
hæc magna, ſicut contra ira Dei eſt, te

delicijs tradere, & deſiderijs cordis tui. A
Beniamino dilecto calix datur. Signum
diuini amoris tribulatio eſt, ex quo tan- Lu. 23.
dem illud collige, quod Chriſtus ſuis di-
xit: Ego diſpono uobis regnum, ſicut di
ſpoſuit mihi pater: mihi uero diſpoſuit
per paſſiones calicem, ſimiliter ego illud
uobis diſpono, &c.

Feria V. Poſt Dominicam II. Quadrageſimæ.

Homo quidam erat diues, & induebatur purpura, & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè, &c. Luc. 16. B

PRoponuntur nobis in Euangelio
duo hoĩes, diues, & mendicus, in qui
bus familiæ Chriſti, & diaboli ſigni
ficantur. Orig. in illud Leuit. de duobus Orig.
hircis, altero in ſacrificium oblato, alte- Leui. 9
ro libero dimiſſo, ait: Duæ ſunt familiæ
Chriſti, & diaboli. Quarum altera ſacri
ficat̃ paſſionibus, & tribulationib. ut ſit
hoſtia ſancta Deo placẽs, & ad hanc fa-
miliã Lazarus pertinet: Altera libera ſi-
bi, ſuiſq. uoluptatib. dimittit̃, & ad hanc
diues epulo pertinebat. In his uerò appa Lu. 16.
ret diuerſitas iudicij diuini ab humano,
& q̃a q̃d altum eſt hoĩbus, abominatio
eſt apud Deũ, contra q̃d hoĩbus deſpica-
bile a Deo in pretio hr̃. Ad eius intelli-
gentiã. Duo hoĩes proponunt̃, diues epu
lo, oĩ t̃pali fælicitate ornatus, diuitijs, glo
ria familia, nobilitate, & Lazarus his oĩ- C
bus deſtitutus. Nec uero quaſi parabola
hæc ſunt accipiendæ uerè. n. hi hoĩes ex-
titere paulò ante Chriſti t̃pa, ut teſtatur
Euthymius ex Hebræorũ traditione di- Euth.
centium diuitem iſtum dictũ fuiſſe Ni-
nenſis. Hic humano iudicio fœlix erat,
nec diuitijs abutebatur, ſed eas cõſume-
bat in his, in quibus eas, nunc oẽs ferè di
uites conſumunt, in ueſtibus pretioſis,
& ampla ſupellectili, in cibis delicatis,
lautiſq; conuiuijs. Contra uerò Laza-
rus ſumma opprimebatur paupertate,
vt vel micas deſideraret diuitis, nec acci-
peret, & vlceribus plenus eſſet.

Penſemus ergo, atq; expẽdamus nũc
duos

Digitized by Google

A duos hos hoies iudicio humano,& ſcrutemur,q̃ de his ſniam mens hoium proferat, & ſine dubio beatum dicit diuitẽ.
Pſ.143 Sic loquitur Pſ. Beatum dixerunt populũ,cui hæc ſunt. Quæ verò ſint hæc, paulo ante dixerat enumerans tpalem fælicitatem. Contra uero Lazarum miſerrimum iudicabit. Sed hodierno Euãgelio declarat lõgè diuerſum diuinũ iudiciũ,
Pſa.61 & ꝙ mendaces in ſtateris filij hominũ ſunt. Et licet hoc iudicium nunc occultũ nobis ſit, tñ in iudicio vl'i palã oibus fiet,
Pſa.72 ſicut ait Pſ. Exiſtimabam,ut cognoſcerẽ hoc, labor eſt ante me, donec intrem in ſanctuarium Dei,& intelligã in nouiſſimis eorum. In die nouiſſima hęc apertè
B videbimus, & tunc ſumma rei huius admiratio nos tenebit, videntes oĩa,q̃ mũdus mani fecit,depreſſa, contra in ſublime poſita ea, q̃ hic nulla eſſe uidebãtur. Sed qa multum nr̃a intereſt, hæc nunc nos admonet. Et vt hæc ueſtris ſubijciã
Simile oculis,hoc utar exẽplo. Duo chronographi vnum conficere curant hiſtoriarũ librum, titulum eundem ei dant, titulus vero hic eſt: Magnalia mundi,ſumma facinora hoiuni,egregia facta fortium, Alter ergo hoc titulo libro appoſito, primũ explicat imperium Chaldæorum in Babylonia,cui Nembroth gigas originẽ dedit,ac initiũ: Babylonẽ deſcribit turrim eius immenſam, muros eius, & hortos eius penſiles, & oia mira illius ciuitatis. Deinde bella,quib. Aſſyrij mundũ ſubegerunt vniuerſum,diuitias Regũ,volu-
C ptates,& reliqua,q̃ imperium illud in cęlum vſq. euexerunt. Deinde uerò deſcẽderet ad Perſarũ, Medorumq; imperiũ, eiuſq; Xerſes, Artaxerſes,ac Darios deſcriberet, eorũ exercitus mille millium, eorum diuitias,glorias,delicias. Deinde Græcorum imperium in Alexandro, & ſucceſſurum regna,ſcribendo proſeque-
Mac.1 retur. De quo Macha. 1. Pertranſijt vſque ad fines terrę,& accepit ſpolia multitudinis gentium,& ſiluit terra in conſpectu eius. Deinde Romanorum imperium ferreum oĩa comminuens, Cęſares oẽs,duces,conſules,patritios, eorum bella,triumphos, gloriam, diuitias,ac delicias. Deinde vero ad minora regna deſcendens,Turcarum imperium, Hiſpanorum,Gallorum, Britannorum, Arabũ regna exponeret,eorumque diuitias, & gloriã. Satis titulo libri ſui feciſſe uideretur, poſtq̃ hęc oĩa in librũ collegiſſet. Hæc.n.magnalia mundi vñr,hæc mirabilia eius,hęc excelſa illius. Si uero alter in libro,cuius titulus eſt magnalia mundi deſcriberet, voluntarios paupes, eos, q circuierunt in melotis,& in pellib. caprinis egentes,anguſtiatos,afflictos, qui purgamenta huius mundi uiſi ſunt, & oĩum peripſema: ſi eorum egregia facta numerans, oñderet frequentiam ſacrorum,ieiunia,cilitia,uerberationes, riſui, contemptuiq. eſſet liber iſte mundi iudi B
ciũ. Sed iudiciũ Dei expectemus, ꝙ ultima die corã uniuerſo mundo proferet, librum illum primũ,& oĩa, q̃ in illo cõtinẽtur,ac magnalia apparẽt,in lucẽ edet, dicetq. ea oĩa nihil eſſe, nec minimũ gloriã pro eis oĩbus ſe daturum, ſed qd altũ apparuit hoĩbus, abominationem eſſe Deo. Contra vero ſm librum magnifaciet,illius geſta, dicet præclara facinora, & ꝓ minimo eorũ ſeipſum in æternum dabit in mercedẽ. Cũ ergo tunc mũdus uideat oĩno Babylonẽ deiectã, audiatq. Apo.14
Cecidit, cecidit Babylon illa magna, & oĩa ſculptilia eius, videatq. pretioſa mũdi a Deo reputari ſtercora, contra, vilia reputari magna,obſtupeſcet, & dicet illud Sap.5. Nos inſenſati uitam illorum Sap.5
æſtimabamus inſaniam, & finem eorũ ſine honore: ecce quõ cõputati ſunt inter filios Dei. Ergo errauimus, &c. Tunc C
implebitur illud Pſ. Illuminans tu mirabiliter a montib. æternis,turbati ſunt oẽs Pſa.75
inſipientes corde. Sed magni refert, noſtraque intereſt, ſi continuo uerum iudicium de his oĩbus iudicemus, nec illud in ultimũ diem differamus, qñ ẽt impij velint,nolint,rectè iudicabũt. Hinc Iob Iob 5.
ait: Vidi impium firma radice,& maledixi ſtatim pulchritudini eius. Quo loco Greg.expendit verbũ illud,ſtatim. Carnales quippè mentes dũ vident elatum, Greg.
& diuitem,illum magnificiunt,ſed cum vident eius interitum,iudicio mutato dicunt: Ecce q̃ nihil eſt oẽ,qd altũ eſt mundo. Sed iuſtorum mens ſtatim maledicit

pulchri-

Digitized by Google

A pulchritudini impij. Etenim dũ ĩ culmi-
Ier.15. ne eſt,& dũ ſplendet; imple illud: Si ſe-
Ma.13 paraueris ꝑtioſum a vili, quaſi os meum
eris, & ſic fit negotiator quærens bonas
margaritas, nõ fallaces, ac perituras. No
lite ergo ſm faciẽ iudicare, ſed iuſtũ iudi
cium iudicate. Vt ergo hoc nunc iuſtum
iudicium proferamus, inſigne exemplũ
in Euangelio proponit̃ nobis diuitis, &
Lazari. Cui perſimile memoriæ prodi-
Dama. dit D. Io. Damaſ. in hiſt. Ioſaphat. Cum
Simile ait, Ioſaphat Rex exciperet fideles pau-
peres è deſerto venientes, quo ſe abſcon
derãt, vt fidem ſeruarent, ꝓuoluebat ſe
ad eorũ pedes, quos lauabat, & oſculaba
tur. De hac verò re eũ reprehendit fami-
B liaris ei miniſter, Rex uerò ut eũ admo-
neret, duas accepit thecas, alteram ꝑtio-
ſam, q̃ immundis, & vilibus rebus cum
oleuit: alterã uilem, q̃ pretioſiſſimis reb.
incluſis ornauit. Ambas clauſit, ut nihil
appareret eorũ, q̃ intus latebant, dixitq.
ſeruo ſuo; Quã ex his thecis eligis tibi? Il
le elegit exterius ꝑtioſum. Cui Rex, ma-
lè elegiſti. Apertiſq. thecis illud manife-
ſtũ apparuit, ꝙ latebat, uiditq. ille, male
ſe iudicaſſe. Cui Rex, In hunc modum
diuites, potenteſq; ſæculi exterius ꝑtioſi
apparent, intus uerò pleni ſunt abomi-
natione, & ſpurcitia. Cõtra uero hi pau-
peres exterius quidem viles, interius oĩ
theſauro cęleſti ornati ſunt. Hi ergo ma
gnificiendi ſunt, nõ illi, hic me honoran
di. Hoc vero Xp̃s dñs hodierno Euãge-
lio explicat. Quid.n. diues indutus pur-
pura eſt, niſi ꝑtioſa exterius theca, intus
plena oĩ nequitia, ideoq; in infernũ tru-
ſa? Quid pauper Lazarus niſi vilis exte
rius theca, intus plena oĩ cęleſti theſau-
C ro, & ideo in Abrahę ſinum delata? Iam
hæc videamus in Euãgelio deſcripta mi
re. Et primò ꝓponitur diues exterius, in
Simile terius pauper; Hõ quidã erat diues. Mul
tã coaceruauerat ſubſtãm, ſimilis factus
vrſo, qui una die deuorat mel totum, ꝙ
apes vno anno conficiunt. Sic auarus di
ues una die colligit oẽm ſubſtãm, q̃ toto
anno plures agricolæ elaborant, ſibique
Hier.2 oĩa ſeruat. De quo Hie.2. In alis tuis in-
uentus eſt ſanguis aĩarum pauperum, &
innocentium; non in foſſis inueni eos;

Ecce, ego iudicio contendã tecũ, eo quod A
eorũ ſudores, & ſanguinẽ ebiberis. Di-
ues tandẽ cum eſſet, iniuſtus erat: mira-
culi.n. loco eſſet habendũ, ſi diues eſſet,
& iuſtus. Sic loqtur Sapiens. Beatus di- Ecc.31
ues, q inuentus eſt ſine macula, qui poſt
aurum non abijt, nec ſperauit in pecu-
niæ theſauris. Quis ẽ hic, & laudabimus Luc. 8.
eũ, fecit.n. mirabilia in vita ſua. Nõ unũ
mirabile facit diues iuſtus, ſed mirabilia
plura. Sunt namq; diuitię, & delitiæ ſpi-
nę verbũ ſuffocantes, ut non referat fru-
ctũ. Hinc Hier. 22. Loquutus ſum ad te Hie.22
in abundãtia tua, & dixiſti: Non audiã.
Sed aĩaduertit Greg. noĩe ꝓprio inſigni Grego.
ri hoc Euangelio pauperẽ Lazarum, nõ
vero diuitẽ, aliter namq. Deus, aliter hõ
res pẽſat. Hõ nomẽ diuitis inqrit, Deus B
non pauperis. Vides diuitẽ, potẽtem, q̃-
ris, quo noĩe cõpellat̃: hoc uero de paupe
re nõ interrogas. Deus uero contra, quia Pſa.71
honorabile nomen pauperum corã illo:
corã te honorabile eſt nomen diuitis, co-
rã Deo uerò nomen pauperes. Scdò, no-
men non hẽt diues in Euangelio, qa in
libro vitæ ſcriptus non erat, nomẽ in eo
non hẽbat Pſal. Nec memor ero noĩum Pſa.15
eorũ p labia mea. Et iterum: Deleantur Pſa.68
de libro uiuentiũ, & cũ iuſtis non ſcribã-
tur. In terra hi ſcribunt noĩa ſua, curan-
tes in ea perpetuũ, & æternũ nomen. Re Hie. 17
cedẽtes a te in terra ſcribẽtur. Et Pſ.48. Pſa.48
Vocauerunt noĩa ſua in terris ſuis. Sicil
li Gen.11. Venite, faciamus nobis ciuita Ge.11.
tẽ, & turrim, cuius culmen pertingat ad
cęlũ, & celebremus nomẽ nr̃m. Contra
iuſtus Lazarus nomẽ hẽt in Euangelio,
qa ſcriptus in libro vitæ eſt. In manibus
meis ſcripſi te. Apo.3. Qui vicerit, veſtiet̃ Apo.3.
veſtimẽtis albis, & nõ delebo nomẽ eius C
de libro uitæ. Luc.10. Haudete, qa noĩa Luc.10
vr̃a ſcripta ſunt ĩ cęlis. Scripti ergo ſunt
iuſti ĩ libro uitæ. Primũ ĩ ipſa diuinitate,
cum ab æterna ꝑdeſtinati fuerunt, noĩe
ꝓprio eo in libro quiſque iuſtus ſcriptus
eſt. Exod.33. Noui te ex noĩe. Deinde in
corde Xp̃i ſcripti ſunt, cũ ꝓ illis efficaci Ex.33.
ter obtulit ſacrificiũ pr̃i. Hoc eſt illud: In Ier.49.
manib. meis ſcripſi te. Qui numerat mul Í.145
titudinẽ ſtellarum, i. iuſtorũ, & oĩbus eis Ex.18.
nomina uocat. Sic Exo.18. & Sap.18. In Sap.18
veſte

A veſte pōderis ſacerdotali tot⁹ erat orbis terrarū, & parētū magnalia. Corā Deo nomē nō hr̄e, eſt nihil eſſe in conſpectu eius,& ſic iniuſtus corā Deo nō eſt. Hr̄e vero corā Deo nomen eſt, in p̄tio ei eſſe. Sic ergo iuſtis, & iniuſtis contingit iuxta illud Pſ. Ad nihilū deductus eſt ī con-
Pſ. 14. ſpectu eius malignus,q̄tumuis diues,& magn⁹,timētes aūt dn̄m glorificat, licet
1.Reg. 20. Pauperes,& miſeri ſint,ut Lazarus. Sic ēt ille loqtur, qcunque honorificauerit me,glorificabo eū,q āt cōtēnūt me, erūt ignobiles. Et tādē curat nimiū pc̄tōr nomē ſuū in terra celebrari, iō ēt de terra
Ex.17. delet Deus nomen eius. Exo.17. Deſtruā memoriā Amalec ſup terrā. Miris artib.
B curāt hoies ĭpij nomē ſuū æternitati mādare,ſed De⁹ illud obliuioni tradi facit. Quōdā vilis hō noīe Heroſtrat⁹,ut noīs ſui memoriā poſteritati relinqret, templū Dianæ Epheſinæ incendit,ſed a magiſtratib.iuſſum eſt,vt nemo eū noīaret vt obliuioni penitus traderet̄. Hoc Dei iudicio quotidie fieri uidemus, dū ignorant̄ plurima noīa iniuſtorū, q celebrari in terra noīa ſua voluerūt. Hac rōne huius diuitis nomē nō dr̄. Cōtra verò,iuſti n̄ curantes nomen ſuū celebrari,imò ſe abſcōdētes æternitati noīa ſua dede-
Ecc.49 runt. Sic Eccl.49.de Ioſia dr̄, In oī ore, quaſi mel indulcorabit̄ ei⁹ memoria, & vt muſica in cōuiuio vini. Et Abrahæ dr̄
Gen.12 Gen. 12. Magnificabo nomen tuum in terra. Sic Lazari nomē magnificatū eſt. Sed pgamus,vt diuitis mores videam⁹.

[Induebat̄ purpura, & byſſo,& epulabat̄,&c.] Indumētorū nimius cultus, vt vitiū a X̄po dn̄o notat̄. Hō cinis ē, & puluis,ſed operire ſe vult auro,& purpu-
C ra. Cōtra arca teſtī aurea, & p̄tioſa operiebat̄ ſacco,& cilicio. Exo.26.& Hebr.
Ex.26. 11.de ſc̄tis loquit̄ Paulus. Circuierūt in
Heb.11 melotis,& in pellib. caprinis. Cauenda X̄piano ſunt p̄tioſa,& noua indumēto-
Soph.1 rū gn̄a. Sopho.1. Viſitabo ſup principes & ſup filios Regis,& ſuper oēs, q induti sūt veſte pegrina,& viſitabo ſup oēm q arrogāter ingredit̄ ſup limē in die illa:
Ecc.19 Oſtēdunt veſtes hoīs vanitatē. Eccle. 19. Amictus corpis,& riſus dentiū, & ĭgreſ-
4.Re.1 ſus hoīs annuntiāt de illo 4.Reg.1. Enū-
ciauit Ochozias Eliā ex viſtitu aſpero. A
Sic enunciant veſtes vanū,& incontinē tē,cū p̄tioſæ,& molles ſunt. [Inſup epulabat̄ ſplēdidè quotidie.] Abominanda
idolatria,qua vēter colit̄. Phil.3. Quorū Phil.3.
Deus venter eſt, & gloria in confuſio- Simile
ne ipſorum,q terrena ſapiunt. Tributū ſoluis,cū corpori eſcā das, a quo tributo
aliqn̄ liber eris,vt dr̄ Ro.8. Liberabitur Ro.8.
a ſeruitute corruptionis in libertatē gloriæ filiorū Dei, tunc. n. corpus uiuet vt Angelus ſine cibo,& potu. Sicut ergo ſoluēs tributu,ſolū pſoluit, qd̄ oīno dēt, q necesſarium eſt,ſic tibi cibus ſumēdus. Curā ergo carnis ne feceritis in deſide-
rijs. Rom.13. Solum neceſſitati accurrē Ro.13.
dū,n̄ deſide rio. Nobis miſeris cōtingit, B
q infirmis, ait Greg. Affectat infirmus, Greg.
q ſibi ſunt noxia,horret,q̄ pſicua,& me Simile
dicamina. Vulnerati in naturalib. pc̄tō manſimus,& infirmi. Hinc clamat Pſ.
Sana me dn̄e, qm̄ infirmus ſum. Hinc Pſal.6.
crucē, & tribulationē ſalutiferam odimus,voluptates amplectimur noxias verè delicioſa vltra periculis,& pc̄tis plena eſt,de quo alibi multa. Hāc deſcribit E-
zech.36. Hęc fuit iniqtas Sodomæ,ſup- Eze.36
bia,ſaturitas panis,& abundantia,& otiū,& magnū egeno,& pauperi nō porrigebāt. Hāc eandē iniqtatē deſcribit X̄ps dn̄s in hoc diuite. De priore parte huius iniqtatis uidimus, ſed de crudelitate iā videamus,quæ erga Lazarum vſus eſt.

[Et erat qdā mēdicus noīe Lazarus.] Cum hic Lazarū iuſtus fuerit,& ī ſinū Abrahæ depoſitatus,dubiū ē, qūo mēdi-
cus fuerit? Id.n.aduerſum vr̄,eo q dr̄ in Pſ. 36.
Pſ. Nō uidi iuſtū derelictū,nec ſemen e- Ambr.
ius q̄rēs panē. Quis uerò derelictus, niſi C
Lazarus? Rn̄det Ambro. ſup illū locum Pſ. 19.
Pſ. Iuſtus a creatore nunq̄ derelinq̄t,li- Pſ. 62.
cet a creaturis derelinquat̄,q a ut Pſ. ait; Tibi derelict⁹ eſt paup, orphano tu eris adiutor. Et iterū, pr̄ meus,& mr̄ mea dereliq̄rūt me, dn̄s aūt aſſumpſit me. Nec verò dicēdus eſt derelictus,q a Deo p̄re gir̄,licèt ab oī creatura relinquat̄. Sicut cōtra derelictus ille eſt,q a Deo deſerit̄,
licet ab oī creatura p̄tegat̄. Hinc Exod. Ex.33.
33. loq̄t̄ dn̄s ad Moyſem: Vade,aſcende de loco iſto tu,& populus tuus in terrā, quam

Digitized by Google

A quam iuraui Abrahã, Iſaac, & Iacob, di
cens: Semini tuo dabo eã, & mittã pcur-
ſorẽ tui Angelũ, non. n. aſcendã tecũ, qa
populus duræ ceruicis eſt. Audienſq; po
pulus ſermonem hunc peſſimũ luxit, &
nullus ex more indutus eſt cultu ſuo. Et
paulò inferius: Et ait Moyſes: Si tu, non
ipſe pcedas, ne educas nos de loco iſto, ĩ
quo. n. ſcire poterimus, ego, & populus
tuus inueniſſe nos gratiã in conſpectu
tuo, niſi ambulaueris nobiſcum, ut glori
ficemur ab oibus populis? Et ait dñs ad
Moyſen, & verbũ iſtud, q locutus es, fa-
ciã. Exiſtimabat Moyſes, & vniuerſos
Iſrael ſe derelictos oino, eos Deo deſe-
rente. Sed nũ nõ uobis ſatis eſt, q Ange
lus pcedat vos? q ſexcenta millia viro-
rũ eſtis; q Moyſes uobis dux? Nihil hæc
B oia ſunt, Deo à uobis recedente. Cum. n.
oĩs creatura ſit ueluti aq̃ ductus, & ca-
nalis, p quẽ diuinũ auxiliũ ad nos venit,
ſi fons exiccatus eſt, qd proficient cana-
les? Sic contra ſi Deus aliquẽ protegit, li
cèt ab oib. deſeratur, non eũ derelictũ di
Augu. xeris. Ne ergo putes Lazarum deſtitu-
Chryſ. tũ, noĩe nãq; ſuo ſe protectum oñdit ſatis.
Iier. 17. Lazarus. n. vt Aug. & Chryſ. dñt, ſignãt
Adiutus; licet. n. ab oĩ ſit creatura dereli
ctus, a Deo tñ exceptus fuit. Et ad hoc ſi
gnificãdũ hodierna die lecta eſt epl̃a eſt
Hiere. dicente: Benedictus hõ, q cõfidit
in dño, & erit dñs fiducia eius, & erit tã-
q̃ lignũ, q tranſplantat̃ ſuper aquas, q
ad humorẽ mittit radices ſuas, & in tpe
ſiccitatis nõ erit ſoliciũ, nec vnq̃ deſinet
facere fructum. Sed dubitas, qua rõne
pmittit Deus alıqñ a creaturis derelinq
eũ, q a ſe derelictus nõ eſt? Multæ rei hu
ius rõnes reddi pñt, quarũ illa prior ſit,
vt in iuſto uirtus pficiat̃ p patientiã, quæ
C opus pfectum hẽt, ut Iacob. ait. Sicut n.
Iaco. 1. fructus arboris maturus, pfectuſq; fit in
Simile diger iã humiditate, nunc uero ſiccitate,
ſic, vt uirtus i nobis pfecta ſit, iã aduer
ſis, iã pſperis iuuamur, aduerſitas verò,
& derelictio illa bene cõpenſat̃ iuſtis, vt
Eſa. 60 oñdit Eſai. 60. Pro eo q fuiſti derelicta,
& odio habita, & non erat, q p te trãſiret
ponãte in ſupbiã ſæculorũ, & gaudium
in gñatione, & generationẽ. Hoc planè
in Lazaro oſtendit. Pro eo, q fuit proie-
ctus, portat̃ ab Angelis, pro vlceribus, & A
mendicitate conſolatur, & ſatiat̃ in ſinu
Abrahæ. Hic terminus eſt tribulationũ
iuſti. Huic verò rõni ſcdam addamus.
Iõ pmiſit Deus Lazarũ derelinqui a Di
uite, vt ſæculo illi, & nobis ẽt exẽplũ eẽt
patientiæ. Patientia nobis neceſſaria eſt
vt reportemus promiſſiones. Quia verò
exẽplũ mouet, maximè, illuſtria, ac pcla
ra patiẽtiæ exẽpla ab oculos mundi Deꝰ
pposuit, q diſceret patienter mala tole-
Thob 2. rare. Sic de S. Thob. dr̃. Hanc aũt tẽta-
tionẽ iõ pmiſit Deus ei, vt poſteris daret̃
explũ patientiæ. Sic. & S. Iob. his exem-
Iaco. 5. plis nos monet Iacob. patiẽtes eſſe. Suf-
ferentiã, ait: Iob, audiſtis, & finẽ dñi uidi
ſtis. Siſia in dies nobis affert patientiæ,
ac tolerãtiç exẽpla, vt leuius minora ma
la nr̃a feramus, videntes aliorũ labores
B per maximos. Paupes? ĩfirmitate aliqua
vexaris? improperio aqceris? tolera for-
Simile titer, uidens alios maiora tolerare. Ad-
huc tñ humana rõ nõ qeſcit, dum uidet
hunc pauperẽ iuſtũ, illum iniuſtũ diuitẽ
nec ſatis iuſtũ Deũ agnoſcit hac diſtribu
tione. Nec verò iniuſtitia in Deo eſt, nec
deordinatio in eius operib. ſed in huma
na rõne, cui contingit, q phrænetico, aut
inſano, cui apparet oĩa, quæ videt uolu-
tari, & nulla ĩ ſede morari, illa uerò tur
batio, nõ in reb. ipſis eſt, ſed in eius capi
te, atque iudicio. Eadẽ rõne opera diui-
na ſummo ordine diſpoſita, ac ſtabilita
ſunt, q ſi aliud tibi apparet, deliras, &
mente turbaris. Si ergo rõnem, & ordi-
nẽ huius noſſe uis, hæc planè eſt. Alios
pauperes, alios uero diuites eẽ Deus con
ſtituit, ut illi humilitate, & patientia, hi
eleemoſyna, & benignitate ſalui eſſent.
C Nec paup q̃ri põt cõtra Deũ, q illi male
conſuluerit. Satis. n ei cõſuluit pcipiens
diuiti, vt eũ paſcat, q ſi ille nõ pſter, non
dñi culpa eſt, ſed iniq diuitis, q malus ẽ
diſpenſatur. Quemadmodũ, cũ in uno
lecto duo decũbunt, quorũ alter vniuer-
ſa ſtragula ad ſe rapit, & ſociũ frigori ex
poſitũ relĩqt, cõqueri nõ põt hic cõtra ho
ſpitẽ, q ſufficiẽtẽ lectum dedit, ſed de ſo
cio, qui ſtragula rapuit, ita planè Deus
noſter dat cib. abundanter, aperit ma-
num ſuã, impletque oẽ animal benedi-
ctione,

A ctione,nihil neceſſariũ nõ ꝓuidit. Si tñ
Pſ. 14. ſupbus diues,& auarus ſibi rapiat,ꝙ in
paupes erogãdũ fuit,eius eſt crimen, nõ
Dei. Si paup indumẽto caret, ſi ſupelle-
ctili,nõ hoc eſt,ꝙ Deus hoc nõ prouide-
rit, ꝓuidit nãq; ſed ꝙ tu rapis,plura hñs
veſtimẽta,ſuperfluã ſupellectilẽ. Eſto tu
cõtẽtus neceſſarijs tibi,& reliqua paupe
rib. largire,& videbis nullum indigere;
Deũq; oĩb. ſufficiẽter ꝓuidiſſe. Alijs ꝓte
reà de cauſis cõſtituit Deus paupes eſſe,
cũ vt diuitiæ in ꝓtio nõ hñt,cũ uidea-
mus plures iuſtos eas nõ eſſe adeptos cõ
tra iniquos illas poſſidere abũdãter. Nõ
.n. põt magnũ eſſe bonũ,ꝙ inimicis Deꝰ
elargit᷑,& negat amicis. Tu verò in pau
B gerũ bonũ,q inopia curant᷑, ſicut ęgrotꝰ
Simile inedia cõficit᷑, vt ſanetur. Sicut.n. pinus
areſceret,& penitus ꝑiret, niſi quotãnis
rami ſupflui ab ea amputarent᷑:illa.n.lu
xuries ſpũs eius vitales obturaret,& oc-
cluderet,ſicq; pinus ꝑderet: ſic ꝓfluus di
uitiæ aĩam oppilãt, adeò vt multi in con
ſciẽtijs ſuis pichtarent᷑,ſi bona tpalia ꝓ
aĩ ſui libidine hrẽt. Illa ergo inutilia eis
Deus nõ cõcedit,ne intereat. Sicut ergo
pennas tollis aui,ne euolet, & a te rece-
dat,ſic a te abſtulit Deus diuitias,ne ſup
bia pereas,& efferaris. Sed iã diuerſũ e-
xitũ Lazari,& diuitis uideamus.[Factũ
Ge.49. eſt ãt,ait Xp̃s dñs,vt moreret᷑ Lazarꝰ,&
portaret᷑ ab Angelis ĩ ſinũ Abrahę:mor
tuus eſt ãt diues,& ſepultus eſt ĩ iferno.]
En manus Iacob cõmutatas. Ge.49.po-
C ſita dextera ſup minorẽ,læua ſup maio-
rẽ: Exiguo nãq; cõcedit᷑ mĩa,vt ait Sapi-
ens,potẽtes ãt potẽter tormẽta patiẽtur.
Quã diuerſũ iudiciũ Dei ab hoĩum iudi
cio,nũc apparet,q̃ diuerſo ordine proce-
dat᷑ in ſęculo vẽturo,ac ſi in p̃ſenti,in di
uite,& Lazaro manifeſtũ eſt. Sicut.n.in
Simile diuerſis hemiſpherijs diuerſa ſunt aſtra
borealia,diuerſæ Elicę,& Cynoſſurę,ſu
p quib. machina cęli uolui᷑,ſic prorſus ĩ
p̃nti ſæculo Elicæ diuitiæ ſunt,in alio ſæ
culo uirtus Cinoſſura eſt. Pulchrè Chr.
Chry. ho.2.de Lazaro ait,diuitias,& pauptatẽ
uitæ huius nihil aliud eſſe,q̃ laruas,& p
ſonas in ſcena. Aſcẽdunt diuites mundi
huius,theatrũ,vt regũ,& principũ perſo
nas agãt,Lazarus,& mẽdici,ut laruas te
neãt pauperũ. At cum hoĩes à ſcena huiꝰ A
mundi egreſſi fuerint,& per mortem de Simile
tractæ illis fuerit perſonę theatrales,tũc
demũ apparebit,qualis quiſq; ſit. Et quẽ
admodũ in ſcena pleriq; regũ, & diuitũ
perſonã induunt,q ea depoſita agnoſcũ
tur infimi eſſe de plebe: ſic poſt mortem
plurimi,q hic videbant᷑ principes,ac ma
gnates,nihil oĩno eſſe apparebunt. Ma-
nifeſtè hoc cõſpicere licet ĩ hoc diuite, q
cum egreſſus de theatro huius uitæ, ſuã
perſonã depoſuiſſet,uiſus ẽ oĩum miſer-
rimus,& tã pauper,vt nec aquæ guttã in
ſua hrẽt ptãte. Similiſq; factus eſt mulo
regio diuitias multas deportãti,ex quib.
nihil ei tãdẽ manet niſi plura vlcera,quę
ex tãto onere contraxit. Mirè ꝑfectò,&
iuſtiſſimè vniuerſa cõtraponit Xp̃s dñs B
Diues,q varijs delitijs vtebat᷑,nũc ĩ plu-
rib. eſt tormẽtis,q olim iacẽtẽ Lazarum
quaſi in alto poſitus deſpiciebat,nunc ſu
blimẽ aſpicit in ſinu Abrahę,ſe verò de
ſpectũ,q olim tãta affluebat copia,nunc
tanta opprimat᷑ inedia, vt gutta aquæ ei
nõ ſit,q linguæ nimiũ indulſerat,diuer-
ſis epulis,& deſpectu Lazari,nunc in ea
maximè torqueat᷑. Vt impleat᷑ illud Sap. Sap. 11
11. Per q̃ qs peccauit,p hæc & punitur,q
micas negauit,guttã aquæ non recipiat.
Impletumq; in hoc diuite eſt illud Eze. Eze. 31
31. de Aſſur dictũ: In die,qñ deſcẽdit ad
inferos,induxi luctũ,operui cũ abyſſo,
& ꝓhibui flumina eiꝰ, & coercui aquas
multas. Quaſi dicat,oẽs delicias eius ab
ſtuli,nec ei reliqui,uel aquę paruã guttã.
En ẽt impletũ illud Pſa. Ne timueris,cũ Pſ. 48.
diues factus fuerit hõ,& cũ multiplicata
fuerit gloria domus eius. qm̃ cum inte-
rierit,non ſumet oĩa, nec deſcẽdet cũ eo C
gloria eius. Illud,nõ ſumet oĩa, ſic acci-
piendũ eſt,nihil ſumet ex his,q̃ ante ha-
buerat,nec aquæ guttã. Sed verò Lazaro
oĩa inuerſo ordine ꝓponunt᷑,impleturq.
in eo illud Pſ. qm̃ nõ in finẽ. Et iterũ il- Pſa. 9.
lud: Quantas oñdiſti mihi tribulationes
multas,& malas,& cõuerſus viuificaſti
me,& de abyſſis terræ iterum reduxiſti
me. Qui iacebat ad ianuã diuitis,depor-
tat᷑ in ſinũ Abrahę,& deportat᷑ ab Ange Pſ. 70.
lis, qui hoĩb. deſpectui fuit,conſolatur,
qui ante cruciabat᷑. Sed hæc oĩa nobis ꝓ

Digitized by Google

A poſita ſunt, ait Chryſ. vt ea deteſtemur,
Chry. atq; fugiamus, q̃ in illo diuite ſunt ꝓpoſi
ta, ꝑtioſæ veſtes, epulæ feſtiuæ, & manũ
egeno, & pauperi nõ porrigere, diuitias
ſeruare, ac recõdere. De his. n. q hĩc imi
Aba. 2. tantur diuitẽ dr̃ Abac. 2. Væ, qui congre
gat auaritiã malã domui ſuæ, ut ſit in ex-
celſo nidus eius, & liberari ſe putat de
Heſio. manu mali. Celebre oĩb. fuit Heſiodi di
Ecc. 29 ctũ: Ne male lucreris, mala lucra æqua-
lia dãnis. Sic ẽt Eccl. 29. Qui ædificat do
mũ ſuã impẽdijs alienis, quaſi q colligit
lapides ſuos ĩ hyeme. Quaſi dicat: Sicut
ædificiũ cõſtructum hyeme non ſtat, ſic
domus auaritia cõſtructa a Deo deſtrue
tur. Pro eo, quaſi, q colligit lapides ĩ hye
me, Græca exẽplaria in editione. Cõplu-
tenſi hñt, quaſi qui cõgregar ſibi lapides
ad tumulũ ſepulchri ſui, quaſi immineat
ei cõtinuo mors in ea domo, q̃ conſtruit
q́ illi cito ſepulchrũ erit. Nudũ quidẽ al-
B tũ ſibi, & filijs ſuis conſtituunt, & ſic pu
tant ſe a malo liberãdos, ſed nõ ſic erit,
Abd. 1. quia ut dr̃ Abdię 1. Si exaltatus fueris, vt
aquila, & ſi inter ſydera poſueris nidum
tuum, inde detrahã te, dicit dñs. Cauẽda
ergo nobis auaritia, cauendæ delitiæ, &
immĩa. Cõtra verò pauperis Lazari pa-
tientia ꝓponitur nobis in exemplum, vt
eã imitemur, nec contenti ſimus eã aſpi-
cere, ac laudib. extollere. Qđ hodie mul-
Chryſ. ti faciunt, de quib. Chry. ait: Similes mi-
Simile hi apparent fideles huius tpis antiqs Ro
manis, qui in circũ veniebãt, aut in thea
trum, vt gladiatores mutuò digladiãtes
conſpicerent, & illorum fortitudinẽ lau
dabant, qui ſe ſtrenuè gerebant, illi uerò
deſcendere in pugnã nolebant, ſed ſolũ
ex alto eam conſpiciebant. Sic nos mira
ſanctorũ geſta, eorũq; paſſiones videmꝰ
loquimur, & laudamus, & veneramur,
C nec tñ volumus imitari. Imitari ergo nõ
pigeat, ꝙ celebrare delectat. Audiſti La-
zari inopiã, ac mẽdicitatẽ, vlcera, paſſio-
nes, patientiã. Hæc tibi in cęlum via eſt,
hanc cape, illi nãque, q in beata patria di
gniores ſunt reliquis, venerunt, ait Ioan
nes, de magna tribulatione. Lazarꝰ rece
pit multa mala ĩ uita ſua, tu ergo libẽter
Apo: 7. ſuſtine, q́ tibi ĩcõmoda sũt, patienter age:
ſic. n. tibi deueniẽdũ e adſt ſinũ Abrahæ.

A

Feria V I. poſt Dominicam II. Quadrageſimæ.

Malos malè perdit, &c. Math. 21.

PRoponitur hodie nobis in Euange-
lio ſummum Dei iudicium ira ple-
num, & vltio ſeueriſſima earum omniũ
quas in terra exercuit. Sed quæ iſta? Re-
probatio utique Synagogæ, derelictio e-
ius. Cum enim ante fuiſſet Dei populus De. 32.
electus, vinea electa, Iacob funiculus hę
reditatis eius, ſorte accepit ſibi hunc po
pulum, quot muſicis inſtrumentis illi in Pſa. 79
templo canebant illud Pſal. Vineam de Pſ. 147.
Aegypto tranſtuliſti, &c. & non fecit ta Pſa. 75
liter oĩ nationi, & iudicia ſua non mani
feſtauit eis, & Notus in Iudęa Deus, in B
Iſrael magnum nomen eius: adhuc tñ è
domo ſua illos eiecit p 1500. & amplius
annos, dereliquit omnino eos. Et cum
quotidie in Synagogas conueniant, eiu-
lantes, petenteſq; a Deo remedium, non
eſt eis exauditio, ſed cęlum factũ eſt eis
æneum. Tremendũ profectò iudicium
Dei. Bene Pſ. A iudicijs. n. tuis timui, ali
qñ ſolam domum Heli abiecit a ſe, &
ait 1. Reg. 3. Ecce ego facio verbũ in Iſra Pſ. 118
el, ꝙ qui audierit, tinnient ambæ aures 1. Re. 3.
eius. Qũo non tinniant aures audita re-
probatione Iſrael. Tam graue verò ſup-
plicium, hoc eſt, vt oportuerit eoſdẽ pu-
niendos in ſeipſos ſniam ferre, vt hoc fa
cto iuſtificetur Deus in ſermonib. ſuis.
Proponit ergo hodie cauſam omnem in
manibus Iudæorum, ut illi ſententiam C
ferant, quam in ſeipſos proferunt, quo
apparet quam ſit iuſta. Sic ait Iob: Si
voluero me iuſtificare, os meum con- Iob 9.
demnabit me. Sic etiam 1. Regum. 12. 1. Reg.
Nathan proponit Dauidi cauſam illius 12.
in parabola, & ipſe in ſeipſum ſententiã
profert. Sic hodie Chriſtus facit, propo-
nit Synagogæ cauſam eius, & rationes,
quas ab illa exegit Deus, & qũo appen-
ſus ille populus in ſtatera inuẽtus eſt mi Dan. 5.
nus habens. Videamus ergo illorũ cau-
ſam, ut inde in noſtram deſcendamus.
Plantauit, inquit, homo uineam electã
in

Digitized by Google

A in optimo, pinguiq; ſolo, ſæpe circundedit eã, torcular, & turrĩ cõſtruxit, & oĩa deniq; vineæ neceſſaria ꝓuidit. Conduxit eã ꝑlatis, & tã illi, q uinea ipſa ĩ curia ſua nullum Deo fructum reddiderunt, ſed ut in plurimum foliis exteriorũ ceremoniarũ cõtẽti erãt, vt ſignificatũ eſt in ficulnea cui Xp̃s maledixit, miſit Prophetas, q fructũ exigãt, illi eos occidunt.
Mat. 21 Quis hic patiẽs eſſet? Videre cõtinuò cõtẽtionẽ extortã inter dñi bonitatẽ, & illorũ malitiam, ille plures mittit ſeruos, illi plures occidunt. Quid ergo dñe iã faciẽdũ reſtat? Dicã hoc, ꝙ facere cogito, nollẽ hos perire, licet ĩprobi ſint, doleo eorũ uicẽ. Eſt mihi filius hẽs ſpecioſus, ſapiẽs, optimus, cuius ſolus aſpectus reuerẽtiã excitat, tã nobilis, vt ſolũ pp ipſum, oĩa ei danda ſint, q̃ ille petat, licet ei alias nõ
B dẽrent. Volo ad eos mittere hunc filium forſan illũ verebunt: vidẽteſq; filiũ meũ oĩ bono ornatũ, & ſimul miam meam, reſipiſcẽt, & dabũt, quos debẽt redditus. Sed vide dñe, quid dicas. Ais n. uerebũt. forſitã. Vt qd. in dubiũ obiicere uis filiũ tuum? ſi fortè occiderent, qd facies? O infinita bonitas Dei nr̃i, cum nõ fortè eẽt tibi, ſed certò noſſe occidendum filium tuum, adhuc ſic Deus dilexit mundũ, ut filium ſuum vnigenitũ daret. Mittit ergo filiũ, & miori bñficio maior eorũ ingratitudo rñdit. Occidunt illũ, qd ergo
Ioan. 3 cum his agẽdũ eſt? q̃ de illis ſumẽda ſupplicia? Cauſa peracta, atq; pfectò litium volumine ĩ eorũ manib. ponit, ut ſnĩam ꝓferãt. Illi in ſe ipſos eã ferunt dicẽtes. Malos malè pdet, & vineã ſuã locabit aliis. Cõfirmat verò eã ſnĩam Xp̃s dicẽs: Auferet a uobis regnum Dei, & dabit gẽ
C ti faciẽti fructus eius, ablata ẽ ab eis Eccl̃a, & diuina ſcriptura, q̃ illis eſt in tenebras. Sic Pſ. Dederunt ĩ eſcã meã fel, &c.
Pſa. 68 Cũ dixiſſet Xp̃i mortẽ ab eis curatã, ſubiungit: Fiat menſa eorum corã ipſis in laqueum .i. ſcriptura ĩ deceptionẽ, obſcurentur oculi eorũ ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua. Hoc ſupplicio dignus eſt, q diuinis miſericordiis abutitur. Sed ais, Iuſtiſſima Dei ſnĩa hæc fuit, ſed qd ad nos hæc ſpectãt? Multũ p omnem modum, non. n. ſolum ablatum eſt a Iudæis regnum Dei, ſed a multis, q in fide Chr̃i gloriabant, ſicut & nos. Vbi nã fides Aegypti, & Scythiæ? ubi tales erãt monachi, vt pp eos mundũ conſiſtere diceret Hiero. Vbi fides Aphricæ, ubi Auguſt. & ĩnumeri floruerũt epĩ? Vbi Græcorum fides? vbi fides Germaniæ, Angliæ, & Franciæ? Quis ante paucos annos illis pdicaret, date fructum, reddite prouẽtus, ne auferat a uobis regnũ Dei? Irrideret ꝑfectò, q hæc eis annunciaret & tñ uidemus ablatã ab eis fidẽ, an nõ ſimile nobis timẽdũ, ſi in [illegible] culpa fuerimus? Hoc hẽt peſſimũ humana infirmitas, ut Dei mĩa, & bñficiis negligẽs reddat. Sicut nauta ꝓſpero flante vẽto, ſed cũ ingruit tẽpeſtas, tũc curat, & negligẽtiã a ſe repellit. Audi ergo, an tibi timendum ſit Ro. 11 Vide bonitatẽ, & ſeueritatẽ Dei: ſeueritatẽ in eos, q ceciderunt, bonitatẽ in te, ſi pmanſeritis in bonitate alioquin, & tu excideris. Tremendus eſt locus ille Hiere. 7. Sta ĩ porta domus domini, & pdica ibi uerbũ illud, & dic: Audite uerbũ dñi, & bonas facite uias vr̃as & nolite cõfidere in uerbis mendacii, dicẽtes; Tẽplum dñi, tẽplum dñi eſt. Ite ad locũ meũ in Silo, ubi habitauit nomen meum a principio, & uidete, q̃ fecerim ei pp malitiã populi mei Iſrael. In Silo habitauerat Dei arca, ſed inde receſſit, & gẽtib. tradita Silo ẽ. Sic ergo cum uiderimus primã Dei domũ Synagogã repulſam a Deo timeamus, & caueam⁹, & bona faciam⁹ uias nr̃as; Iõ Heb. 9. Feſtinemus igit ingredi in illa reqẽ, ne in id ipſum, qs incidat incredulitatis exẽplum. Rõ. n. vrgẽtiſſima cõtra nos eſt. Si illi repulſi ſunt, q minorib. miſericordiis ingrati fuerunt. qd nobis reſtat ſperandũ, ſi maiorib. acceptis ĩgrati fuerimus? Sed q̃ ſunt mĩæ Xp̃i Eccleſiæ collatæ, & unicuiq; nr̃ Cum oĩa in figura Iudæis contigerint, miſericordiæ eis conceſſæ, figuræ fuerunt earum, quæ nobis ſunt collatæ, quæ in Euãgelio uidebimus, illi quidem figuræ fuere, nobis ueritates. Prior illa ẽ. [Homo plantaui uineã.] Sua manu Eccleſiã plantauit, q̃ in uinea eſt, & quiſq; fidelis eius uitis eſt. Vt hãc uineã plantaret, ẽ cœlis in terrã deſcẽdit. Pſ. Re

Right margin: A; Hiero.; Simile; B; Ro. 11.; Hie. 7.; Heb. 9; C; Pſa. 7.

A lentē ſemitas,quas phariſæi,& ſcribę ini què fecerāt. Fecerāt in ſæpe aditū, dicentes: Dilige amicū,odi inimicū. Diruerant legis partē,implet dñs,ꝙ ab eis fuerat dirutū,dicēs: Ego āt dico vobis,diligite inimicos vr̄os. Diruerāt ēt aliā partem,dicētes,poſſe hoīem iraſci,& verba mala dicere,implet hæc Xp̄s irā ꝓhibēs,& verbū cōtumelię. Erat alia pars legis diruta in libello repudij,illud ēt tulit Xp̄s, non venit legē ſoluere, ſed adimplere uacua legis,oīa clauſa reliquit, ne ueniat peregrinus,& uineā intrās,efficiat ſemitā iniquitatis. B Peregrinus hic pc̄tm̄ eſt,qa alienū a natura rōnali,eſt ille peregrinus,de quo 2.Reg.12.q diuertit ī domū diuitis, (2.Reg. 11.) pp quē occidit ouem pauperis. Caue ab hoc peregrino. Nolite peregrinari in (1.Pe.4) feruore,q ad tentationē uobis fit. Hæc ſeps integra a te cōſeruanda eſt,caue ne diſſi- (Ecc.10) pes eā,quia ut Sap.ait: Qui diſſipat ſepē, mordebit eū coluber,& plagæ eius non eſt ſanitas. Pc̄tm̄ coluber eſt. Quaſi a fa- (Ecc.21) cie colubri fuge pc̄tm̄.ait Sapi. Ingredit̄ blandè,ſed in nouiſſimo mordebit,ut coluber,cui ſanitas nō eſt niſi a Deo. Sicut ergo ſeps eſt cuſtodia uineæ,quæ ſi integra ſeruet̄,vinea nō læditur,ea aūt ablata oēs uineā intrāt,ac deuaſtāt: ſic diuina (Ecc.15) lex tibi murus,& munimē eſt contra oīa (Deut. 28.) mala. Eccl.15. Si cōſeruaueris ea, conſeruabunt te. Deut.28. Si audieris uocē dñi Dei tui, veniēt ſup te oēs benedictiones iſtæ,&c. Diruta verò hac ſepe, facti ſunt Iſraelitæ in pdā omnib. ut patet ex libris (Iud. Regū) Iudic.& Reg. Hinc ſcite Achior Holopherni dixit: Nunc ergo mi dñe pquire, (Iudi.5.) ſi eſt aliqua iniqtas eorū ī cōſpectu Dei C eorū. Aſcēdamus ad illos,qm̄ tradēs tradet illos Deus eorū tibi,& ſubiugati erūt ſub iugo potētię tuę. Si verò nō eſt offenſio populi huius corā Deo ſuo,non poterimus reſiſtere illis,qm̄ Deus eorū defendet illos,& erimus in opprobriū uniuerſæ terræ. Ita vero, vt Achior dixit,factū eſt. Tibi verò ſimile accidet: oīa tua mala inde ꝓueniunt,ꝙ legē Dei tui non ſeruas. Priuſq̄ humiliarer,ego deliq̄, ppea eloquiū tuū cuſtodiui,& maledicti,q de- (Pſ.118) clinant a mandatis tuis. Ea ergo lege à Chriſto accepta maximā deuincti ſumus

ut eā cuſtodiamus,eaq; ſeruata conſeruabimur. [Poſuit in ea torcular.] Hæc tertia in nos collata mīa. Torcular ī probis nō placet,ſed optimū eorum, q̄ in uinea ſunt,illud eſt. Crux,& pnīa torcular eſt, oēm botrū hic Deus poſuit. In torcular nobis ſine dubio uenendū eſt, vel illud, ꝙ eſt in eccleſia,vel in aliud durius,imò duriſſimū,ꝙ eſt in alia uita,in quo Deus in ira ſua calcat,relinquitque calcatos,ut vinatia vuarū. Audi ipſum loquētē. Calcaui eos in ira mea,& cōculcaui eos in furore meo,& aſperſus eſt ſanguis eorum (Eſa.63) ſup veſtimēta mea. Hæc uerba loquitur Xp̄s reuertens a iudicio. Sūt plures iuuenes quaſi botri pulchri inter folia delectationum, nec ad pnīæ torcular uenire volunt. (B) Quid de eis faciendum? Qūo in die iræ tractandi a Deo ſunt? Audi, quæ in alijs facta ſunt, vt reſipiſcas. Ornabat capillos Abſalon,& magni pēdebat. Sed uide,qūo erga eum Deus ſe hēat, è quercu capillis eū ſuſpendit, vbi ter lāncea trāſuerberatus miſere occubuit. (2.Reg. 18.) Amos dicit, optimates Samariæ optimo delibutos vnguento eſſe,ne caloris uim ſentirent, (Amo.6) eos tn̄ a dño mittendos in cacabos plūbi igni feruentes. Nabuchdonoſor,qui ſupbia,& delicijs efferebatur,ad beſtias mittit̄ tanq̄ beſtia. Caue,ne incidas in torcular illud,in quo calcatur quiſq. in oīmodā ſui deſtructionē,relinquiturque,vt vinaria vuarū. (Dan.4.) De quo loquit̄ Amos 3. Diligit dñs filios Iſrael, & ipſi reſpiciūt ad (Amo.3) Deos alienos,& diligūt vinatia vuarum dæmones,& hoīes peruerſos ad inferna (C) dānatos,quos colebāt,nuncupat uinaria vuarum. Sicut.n.vua calcata,& expreſſo liquore manēt uinatia, q̄ hoī proſunt (Simile) nihil,ſolis porcis,vel igni reſeruantur,tales dęmones,& hoīes ſceleſtiſſimi,qui in idolis colebant,ſunt,quos Deus in inferno calcauit,ex quib. nihil utilitatis percipere pñt cultores eorum. Tu ergo ingredere torcular pnīæ,ne ī illud excidas duriſſimum. Niſi.n. pnīam egeritis,oēs ſimr perihibitis. Qd ſi dura,& aſpera tibi hæc vr̄,cōſidera duriora eſſe tormēta alterius (Luc.13.) vitæ. Sanctiſs. Beda in hiſt. Anglica.c.13 narrat,fuiſſe in Anglia uirum Richelme (Beda.) noīe,qui defunct⁹ nocte fuit, & ſindone inuo-

Digitized by Google

A inuolutus in craſtinū ſepeliēdus. Manè verò facto reuixit,& i tres partes ſubſtā tiā diuiſit ſuā,vnā vxori dedit,alterā filijs alterā ſibi ſeruans in paupes erogauit,a-ſpertimāq; vitā agere cœpit. Multi ad eū veniebant,deſiderātes ſcire, q̄ in alia ui-ta uidiſſet;ille uero tacebat. Sed rex Mā fridus eū aduocauit,& ea de re interroga uit eum. Cui ille dixit. Cū uita exceſſiſsē alijs oculis cæpi intueri,& iuuenem pul cherrimū mihi aſtare vidi, q manu me tenēs,duxit in ſpelūcā: Per q̄ ingreſſus vi di tādē maximā planitiē,in qua plures e-rāt aīæ igne ardētes,q̄ inde in niuē iacta-bant,vbi frigore concretæ cōtinuo erāt,

B inde in ignē deijciebant,inde in niuē,uo cibuſq; maximis clamabāt: Mīa,mīa. In terrogaui ductorē meū,an eſſet locus il-le infern⁹,dixitq; mihi, nequaq̄. Duxitq; me p ſpecū terribilē,vidiq; horribilē lo-cū fœtore plenū,igne ardentem,& innu-meras in eo aīas igne ardentes,& innu-meris tormētis miſere peuntes. Reduxit me cuſtos meus in corpus:ego verò de-creui,ne illuc ducar,aſperrima pnīa uti, ꝙ & pſtabat. Inter alia mittebat ſe influ uiū gelidū,ibiq; ſtabat, donec certū Pſal morū numerū expleret,cumq; ei dicere-tur: Vide,multā ibi eſſe frigiditatē,ille rñ debat,frigidiora ego vidi. Per tres,& qua tuor dies cibo abſtinebat, & alijs uaca-

C bat ſummis aſperitatibus. Cumque ei di ceret: Multa hæc aſperitas ē, aiebat ille: Aſperiora ego uidi. Et ſic ſanctiſſimè ui-tā finiuit,& oēs,q eū audiebāt, religioni ſe addicebāt. Torcular verò Eccleſię con ceſſum facilius multò eſt,q̄ ꝓ prieſis da-tū eſt,facit.n.cōfeſſio ex attritō cōtritū, quo ſumme iuuamur, dum pniē defect⁹ ſupplet. [Et ædificauit turrim.] Hieron. Hic ædificauit turrim,haud dubiū,quin

Hiero. Mic.4. tēplū,de quo dr̄ Mich.4. Et tu turris gre-gis nebuloſa filia Sion,vſq; ad te ueniet, & ueniet ptās prima regnū filiæ Hieru-ſalē,nunc quare mœrore cōtraheris: Nū-qd rex nō eſt tibi,aut cōſiliarius tuus pe-rijt,q̄a cōprehēdit te dolor,ſicut parturiē tem? Dicit tēplū turrim gregis, q̄a eò ter in anno oēs Iudęi cōueniebāt,& quia ad tēplū cōfugiebāt,ut ad turrim firmā. Dr̄ nebuloſa, q̄a culmē illius nubes tāgebat. Dr̄ filia Siō,q̄a ꝓpe mōtē Siō erat. Dicit A ad hoc tēplū vēturā gloriā primā iterum, Gloria prima fuit, cū Deus apparuit in hoc tēplo ꝓmittēs exauditionē orātibus in eo. Ea gloria iterū redibit in illud tem plum, Xp̄o illud intrante,& regno eius. Sed q̄ turrim in eccleſia hēamus, quiſnā dicet? Vna erat antiq̄s turris, vnicum tē-plum,ſed iā innumera ꝓ forib. tibi tēpla ſunt,& i eorū vnoquoq; inuenies Xp̄m dn̄m,ut tibi auxiliet̄. Ad nos ergo reſpi-cit Michæas,dicēs: Nunc,cum Xp̄s tibi pſto eſt,quare mœrore cōtraheris? Nun-qd rex nō eſt tibi? nūqd cōſiliarius deeſt tibi? Ad qd Xp̄s i ſacro eſt.niſi, vt ad eū accedas,vbi te expectat,ut te audiat, tibi cōſulat,tibi innumera bona pſtet? Tu ve B rò hac tāta mīa nō vteris,ad tēplum ſępe nō uenis,a Xp̄o auxilium non petis. Ma xima rō fructificādi illa eſt,ꝙ hæc turris nobis relicta ſit,quo confugiamus in oī neceſſitate nr̄a,in oī anguſtia,&c. Prçter has,quas diximus rōnes,eſt nobis alia,ut fructum reddamus,ꝙ hunc a nobis petie rit Deus ſæpiſſimè,plurimis ad hoc miſ-ſis ſeruis. Et tandem uenit ad hoc in mū dum filius eius hæres, ut ſanctificaret ſi-bi populum acceptabilē,ſectatorē bono-rū opum. Sed ais: Ad vniuerſum mundū venit Xp̄s,vt fructus petat,ſed ad me v-nū,qn̄ uenit? Rn̄deo, nonne aliqn̄ poſtq̄ alijs,atq; alijs inſpirationib. te Deus com mouere voluit,tādē in mētē illabit̄ cogi-tatio iſta, Deus ꝓ me deſcendit à cęlis,& eū ego offendo? Pro me ille tanta paſſus C eſt,& ego illi nō ſeruiā? Dilexit me, vſq; ad mortē,ego nō diligā eū? Pedes ei⁹ cla-uis ꝓ me cōfixi ſunt,& pedib. ego currā cōtra eū? Manus eius ꝓ me clauis affixæ & meę offendēt illū? Cū tāta ꝓ me fece-rit,nihil ego ꝓ illo faciā? Quid ei rn̄debo in die iudicij,& rōnis? Cū hæc cogitatio cor tuū intrat,tunc pr̄ mittit ad te filium ſuum,vt a te obtineat,ꝙ alij nuntij mor tis,iudicij,& inferni obtinere non ualue runt. Cū hęc cogitatio cor tuū pcuſſerit, flecte genua añ Xp̄m cōcede ei oīa,q̄ pe-tit:gratias ei age,qm̄ uenit ad te. Et quia ille petit,nihil ei deneges,id.n.eſſet ſum-ma ingratitudo. Vltimus nuntius filius eſt: ille vim cordi noſtro inferre debet. Sed

A Sed quęro abs te, cum tot rõnibus conui
ctus fructum vberrimũ ferre debueris,
quẽ nã dediſti, quẽ retuliſti fructũ? In Ec
cleſia plãtatus es vberi, ſępe circundatus
cuſtodia Dei, & legis eius: torcular pniæ
datum eſt tibi: turris templi cõceſſa, vbi
Xp̃s ad quẽ accedas: exegit a te Deus fru
ctus p ſeruos ſuos, & p filium ſuum, quo
pfeciſti his beneficijs, vt nõ a te auferat
regnũ Dei? Si dicis: Profeci in peius, pec
cata, peccatis cumulaui: vua mea, vua
Da.32. fellis, & botri amariſſimi, fel draconum
vinum meum: vinea aïæ meæ, q̃ excole
re debui, vinea eſt ſimilis vineæ ſtulti: de
Prou.6 qua Prou.6. Per vineã ſtulti trãſiui, & ec
B ce totum impleuerat ſpinæ, & vrticæ, ſo
licitus in his, q̃ mundi, negligẽs in his, q̃
Dei? Hiccine fidelis hois fructus? hoc ex
pectari debuit poſt tot beneficia? An nõ
meritò De⁹ dicet. Expectaui, vt faceret
vuas, & fecit labruſcas? Sed quos fruct⁹
Gala.5 ais referre debui? Sanè fructus ſpũs, qui
ſunt charitas, gaudium pax, &c. A quali
bet arbore fructus petit̃ ſm ſpẽm ſuam.
Hõ arbor eſt, fructum referat ſm ſpẽm
Simile ſuã, ſm rõnem virtus ãt eſt fructus eiuſ
modi. Ois arbor, quę nõ facit hunc fru-
Mat.7. ctum bonum, excidetur, & in ignem mit
Pſ. 17. tetur. Mutuabit̃ peccator, & non ſoluet,
Hiero. ait Pſ. Explicat uero Hier. Habet a Deo
mutuata intellectum, & uoluntatem, &
omnia bona: nec tñ ſoluit, quem dẽt fru-
Pſal. 1 ctum. Contra iuſtus fructum ſuum da-
bit in tpe ſuo. Sed quod ſupplicium eius,
qui fructum non refert? Vtiq; malos ma
C le perdit, & uineã ſuam locabit aliis, &c.
Sed quõ, qui oĩa benefacit, põt male ca-
ſtigare, & malè ppendere? R̃ndetur pri-
mò, eſt dicendi modus, cũ quis grauiter
caſtigatus eſt, male caſtigatus eſt. Vltio
verò illa, qua quis a Deo derelinquit̃, &
fidei lumine priuatur, & in peccati ſup-
plicium alia ãt admittere crimina pmit-
titur, ea inquã vltio grauiſſima eſt: ideo
mala dr̃, & malè perdi, qui ſic caſtigatur.

Scdo dico, qñ Deus aliquem punit, ſi
in correctionem id fiat, bene caſtigat, qa
in bonum puniri ſuppliciũ illud ſumit,
atque adeo optimum, atque proficuum
putandum eſt. Sed cum in æternam il-
lius damnationem ſupplicium tendit,
tunc male perdit, quia in malum eius, q A
punit̃, vergit. Solet q ſuperiorem in lu-
do agnoſcit, principio aliqd perdere, ut
poſtea multum lucret̃. Hic dici põt bene
pdere, qa ex leui iactura magnum com-
modum, & utilitatẽ reportat: ſi uerò ini-
tio pdit, ut ſp perdat, ille male pdit. Qñ
aliquem Deus tpali punitione afficit, ut
in ſe redeat, & ſaluus ſit, ut Dauid, Eze-
chiam, Manaſſem, tunc bene perdit. Et
pterea cum ẽt in ſpũalib. caſtigat, permit Simile
tens eos in pctã incidere, ſed bonum ma
ius expectas: ut. ſ. poſtea ad ſe reuerſi, ma
iori humilitate ſint. Hæc perditio bona
eſt, qa in bonum tendit. Talis Magdale-
næ, Pauli, & Dauidis, & Petri ruina. Sed B
cum perditum Iudas, & ut dr̃ in hodier
no Euangelio, Phariſæi, ut in æternum
perditi maneant, tunc malos male pdit,
quos nunquam iterum lucratur. De quo Pſ. 43.
loquitur Pſ. 43. Vendidiſti populũ tuũ,
ſine pretio, & non fuit multitudo in cõ-
mutationibus eorum. Qñ peccauit Pe-
trus, & Paulus, quaſi uenditi dæmoni ui
debantur, ſed non ſine pretio. Imò uen-
ditus eſt Petrus ſuperbus, ut redderetur
Deo Petrus humilis: Paulus puer, ut red
deretur vir, ignorans, ut redderetur ſa-
piens. Sed Iudas vẽditus eſt ſine pretio,
qa nihil Deo redditum eſt. Hoc ſignifi-
cat illud: Non fuit multitudo in cõmuta
tionib. eorum, i. nullum fuit lucrum, dũ
illi dati ſunt, tunc male dñr venditi, ma
le perditi. Timẽdum profectò verbum,
malos male perdet; ſed hoc digni ſunt C
ſupplicio, qui ingrati ſunt diuinis benefi Pſal. 2
cijs. Vide male perditos eos, de quib. Pſ. Simile
Reges eos in virga ferrea, & tanq̃ vas fi
guli confringes eos. Qñ vas argenteum
frangitur, potes melius uas reſtaurare ex
argenti fragmẽtis: ſed ſi uas figuli cõteri
tur, refici non põt. Sic ille, q in æternum
damnãdus perditur, de quo Eſa. 30. Erit Eſa. 30
vobis iniquitas hæc ſicut interruptio ca
dẽs, & req ſita in muro excelſo, qm ſubi-
tò dũ nõ ſperatur ueniet cõtritio eius, &
comminuetur, ſicut conteritur lagena
figuli contritione perualida, & non in-
uenietur de fragmentis eius teſta, in
qua portetur igniculus de incendio,
aut hauriatur parum aquæ de fou a.

quia

Digitized by Google

A quia ad nihilum ualet vltra. Diſcamus ergo beneficijs in nos collatis bene, vti, ne tanquam ab ingratis auferatur regnum Dei,&c.

Dominica III. Quadrageſima.

Erat Ieſus eijciens dæmonium, & illud erat mutum, &c. Luc. 11.

Apo.14 PEccatorem a dæmonio poſſideri vniuerſa clamat Scriptura Apoc. 14. Cecidit, cecidit Babylon illa magna, & facta eſt habitatio dœmoniorum, & cuſtodia oĩs ſpiritus immundi,& odibi-
Sap. 1. lis,exit.n.a pctõre ſpiritus diſciplinę,qui effugiet fictum, & corripietur a ſuperueniente iniquitate, & intrat in eum ſpiri-
B tus nequam. Sicut de Saul dicit Scriptura: Receſſit ſpiritus dñi a Saul. Et exagitabat eum ſpiritus nequã. 1. Regum 16.
1.Reg. 16. Spiritus diuinus aię aſſiſtens,innumera ei bona confert. Si.n. ſpiritus humanus,
Simiie & aliæ formæ corporeæ inhærentes materiæ uili,& q̃ ferè nihil eſt,tantam in ea efficiunt pulchritudinẽ, quid faciet ſpũs diuinus, infinitum in bonitate,aſſiſtens aię per gratiam? Verè ueniunt cũ eo bona cuncta. Sed ſpiritus nequam aĩam intrans illam reddit miſerrimã, qđ oñdit verbum illud,exagitabat. Cum.n. ſit inimiciſſimus, & intra hominẽ, quæ mala non faciat? O ſumma pctõris cœcitas? Videre à longè dæmonem nõ auderes: ſimul cum eo incedere trepidares: ſi te amplecteretur, horrores quid erit, tam
C intimum tibi eſſe,vt animam tuam poſſideat? Tam uenenoſus eſt regulus, & alij ſerpentes,ut etiam à longe aſpicientes,occidant: quid illi efficerent, ſi intra corpus tuum eſſent? Quid verò mali non efficiet ſerpens ille antiquus commorans intra animam tuam? Audi dia-
Aba.3. boli uirus Abacuc. 3. Egredietur diabolus ante pedes eius, aſpexit, & diſſoluit gentes, ſolus diaboli aſpectus, ſufficit diſſoluere: gentes, ſi ſolo uiſu ſic inficit, quid non faciet contactu? Iuſtiſſimè uerò homo traditur huic tantæ deuaſtationi,ut qui a Deo recedit, & diabolo ſe
Simile tradit, ſummam experiatur miſeriam. Si Rex aliquem adoptaret in filium, & A
eum nutriret,& exaltaret,ut principem, ille uerò a Rege recedens, AEthiopis ſe ſeruum faceret,ubi ſumma cum miſeria degeret iuſtiſſimè Rex eum ſineret miſere uiuere, cum ſibi tam malè conſuluerit. Similis huic peccator eſt,quẽ in filiũ Deus adoptauerat,ille uerò Deũ dereliqt factorẽ ſuũ,& ad dęmonem diuertit, ut eius ſeruus ſit. Sed mala, q̃ in hoc homine dæmon operabat: excęcauerat.n. hominem hunc, & mutum reddiderat. [Et illud,ait, erat mutum.] Solus.n. peccator mutus eſt inter oẽs creaturas. Oĩs creatura lingua p̃dita eſt,qua Deum laudat,ei obſequitur,ipſũ loquit, & p̃dicat.
Sic ait Sapiens. Hoc quod continet oĩa, Sap. 1.
ſcientiã hẽt uocis Ideſt mundus uniuerſus loqui nouit, laudatq; factorẽ ſuum, B Pſ. 18.
& cęli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamẽtum:
& pueri tres in camino ignis oẽs inuitant creaturas,ut cum eis Deum laudẽt, Dan. 3
ſolus peccator inter eas mutus eſt, hic ſolus Deus non laudat: quia non mortui laudabunt te domine,neque oẽs, qui
deſcendunt in infernum,ſed nos,qui uiuimus,benedicimus dño. Hoc.n. pctm̃ Pſ. 113
efficit, ut quod in Dei laudem, & obſequium uertendum erat, fiat in eius offenſam, & ignominiam. Sed ut exemplo cognoſcere valeas, quam ſit mutus peccator intueri liber primum peccatorem Adam,omnino mutum redditum.
Quod præclare aduertit Rupertus in Ruper.
Geneſ. libro ſecundo, capitu. trigeſimonono. Ge.20. C
Conſpice ingratitudinem parentum noſtrorum; vide mutos in laude tanti benefactoris,& conſidera mutum eorum ſilentium. Inſpirauit Deus in faciem Adæ ſpiraculum uitæ. Vidit ſe hominem vndique perfectum,exterius,interiuſque a Deo ornatum: nec tamen ei gratias agit. Ducit eum in paradiſum, traditque ei ſpecioſam,& uoluptatis plenam domum: Adhuc Adam tacet,mutus eſt. Vniuerſa ad eũ ducit animalia, eique ut principi ſubijci: adhuc tñ nihil loquitur: gratias non agit,ſed ſilentium colit. Dat illi adiutorium ſimile ſibi, quo ſpeciem propagare poſſit: tã Deus curat omnia,

A omnia, q̃ ad eum pertinent, ac pr̃ curat cõmoda filij: nec tñ gr̃as agit, nec aliqd, q̧ laudē Dei reſonet, eloquit̃, nec vllum dilectionis, aut gr̃æ uerbum in ore ipſius fuiſſe, Scriptura teſtat̃. Qu ergo ſic mutus eſt, non mirum, q̧ ad pc̃m exterius veniat, uia nõ ſicut Deum glorificauerunt, nõ gr̃as egerunt, ſed euanuerũt in cogitationib. ſuis, putantes ſe Deos eſſe poſſe. Sic ergo in mala oĩa Adã uenit, ſic & tu in innumera pc̃ã, quia mutus es,
Pſa. 77 quia tm̃ oblitus benefactorem, ei gr̃as agere recuſas. Obliti ſunt benefactorum eius, & mirabilium eius, q̃ oñdit eis. Vide, quot in te Deus contulerit beneficia; & tñ ea oblitus es, quaſi nihil receperis; gr̃as non agis, mutus es. Inde procedit,
B ut ipſis Dei beneficijs illum offendas, ſũma vſus ingratitudine, arma faciens in Deũ ipſa dona, q̃ tibi ille conceſſit. Hanc verò interiorem ingratitudinem, & ſuperbiam Adæ, q̃ præceſſit exterius pc̃m, in
Gen. 3. dicat Scriptura initio c. 3. Gen. ut notat Rupertus, cum ait: Sed & ſerpens erat callidior. Non ſimplr̃ dicit ſerpens erat callidior: ſed addit, ſed &, q̃ eſt coniunctio, qua ſignatur malum incepiſſe ante exteriorem comeſtionem. Prius. n. diabolus hoiem infecit interius ſuperbia, & ingratitudine, & inde exterius tentatus, tam facilè cecidit, prius contaminatus ingratitudine, inde contaminatus eſt cibo vetito. Et ſic ſenſus illius, ſed & ſerpens, eſt, in tanta gloria hõ conſtitutus, ingratus Deo inuentus eſt, ſuperbus, & arrogans, Deo gr̃as non reddens, ſed ſibi placens, & tunc bene ſequitur, & coniungit, ſed & ſerpens erat callidior, &c. Eſtq; ſenſus, p ſemetipſum corrupit interius diabolus hoiem, & non ſolum per
C ſemetipſum intus, ſed & per ſerpentem circunuenit exterius. Scdò, [Illud erat
Ma. 12 mutum, &c.] Matth. aſſerit eſſe ẽt cæcũ: Sed qua rõne illũ excęcauerat, & mutũ reddiderat, vtiq. vt ſecurè poſſideret. Inter Deũ, & dęmonẽ eſt cõcertatio: vter hoiem poſſideat, & qñ alter illum poſſidet, oĩno non relinquit: niſi ui pellatur. Qñ decreuiſti Deo adhærere, venit De⁹ ad te, ut maneat oĩno in te, nec vnq̃ exire vellet a te. Ad eum ueniemus, & mãſionẽ apud eũ faciemus. Non exibit, niſi A
vi expellas. Si te ſolicitat dęmon, ut eum Io. 14.
admittas, & Deũ eijcias, cõtinuo uidebis plures conſciæ morſus, quid nã illi ſunt? Certè nihil aliud, q̃ Deũ nolle egredi a te, velle ſe continere intra te, nolle locũ cedere. Qd ſi tandẽ vi illum expellas, nõ longè recedit, ſed pximus tibi manet, ut ſi volueris, cõtinuò illum recipias. Sicut cũ feneſtrã Soli claudis, ibi Sol manet, Simile
ut iterũ intret, ſi aperias. Ezec. 10. & 11. Ez. 10.
Egrediebat̃ gloria Dei, & ſtetit in introi 11.
tu portę domus dñi orientalis, & aſcendit gloria dñi de medio ciuitatis, ſtetitq; ſupra montẽ, q eſt ad orientẽ urbis. Paulatim dñs abibat, iamq; in porta ſubſtitit, deinde in medio ciuitatis, & poſt in monte, ſi fortè q ſpiã detineret illum, nõ
. n. volũtate, ſed quaſi neceſſitate diſcede B
bat. Chryſ. Nõ una die diluuium uenit, Chryſ.
& tulit oẽs, ſed quadraginta diebus: iam aqua pedes operiebat, iã genua, iã renes, vt daret eis locum pniæ. Simili rõne dęmon, cum hoiem ingredit̃, curat ſe oĩno munire, ne pellat̃, ut verò ſe muniat, fores occludit, oculos, ſ. & aures. Verè peccator ſimilis factus ẽ ſtatuæ: oculos hẽt,
& non videt; aures, & non audit. Qñ pr̃ Mat. 9
attulit dęmoniacũ filium ad Xp̃m, ut dęmoniũ pelleret, quẽ diſcipuli non poterant eijcere, receſſit tãdẽ Chri iuſſu, ſed diſcerpẽs puerũ, qa exire oĩno nolebat.
Hinc alibi clamãt dęmones: Ieſu Naza- Mat. 8.
rene cur uenisti ante tp̃s, torquere nos? Luc. 11
Et tũc aſſumit alios ſeptẽ ſpũs nequiores ſe, & ingreſſi habitãt ſecurius in domo, a qua fuerãt expulſi. Sed inprimis curat dęmon os claudere, ne pc̃m confitearis, cõfeſſio. n. pc̃i neceſſaria eſt, ut ei adhibeat̃ remediũ. Iõ Adã, pc̃tor a Deo quæri Gen. 3.
tur, ut pc̃m cõfiteatur, & indulgentiam C
accipiat, ſed ille abſcõdere uoluit, ut hõ pc̃m ſuũ. Eadẽ de cã interrogat̃ Cain, Vbi eſt Abel frater tuus? Sũma Dei dignatio, q̧ tam nefarium hoiem ſuo colloquio dignat̃, cum nos ſoleamus ẽt fratres nr̃os colloquio mutuo priuare facili de cauſa. Reſpondet Cain, Neſcio. Similis huic impudentia illius eſt, qui ne- Gen. 4.
gat in cõfeſſione peccatũ. Putaſne Deũ latere poſſe peccatum tuum? Sed Deus ad

A ad confeſſionē adhuc eum vrget, dicens:
Gen.4. Quid feciſti? Hoc exemplo edoctus Lamech Gen. 4. Pctm̄ ſuum cōfitet, uocatiſque vxorib. ait: Audite uocē meā vxores Lamech: auſcultate ſermonē meum: Qm̄ occidi virū in vulnus meū, & adoleſcentulum in liuorē meū, ſeptuplū ultio dabit de Cain, de Lamech verò ſeptuagies ſepties. Cōfeſſionem ſuā veram oñdit, dñi acceptat pœnā pctō meritam. Vidit Cain a Deo derelictum, ꝙ peccatum noluerit confiteri: ideò pctm̄ ſuum
Pro.28 confitetur, qa ut Pro. 28. dr: Qui abſcondit ſcelera ſua nōn dirigetur, qui aūt cōfeſſus fuerit, & reliquerit ea, mīam con-
Eſa.43 ſequet. Et Eſa. 43. Dic ut prior iniquitates tuas, ut iuſtificeris. Meritò ait, prior, .i. anteq̃ ab alio accuſeris: nam dānati, ut
Sap. 5. patet Sap. 5. Peccata confitentur, ſed nō priores, iam.n. a dęmone coram diuino
B iudicio fuerant accuſati. Tu ergo prior
1.Io.1. confitere: nam ut dicit. 1. Io. 1. Si qs pctā ſua fuerit cōfeſſ⁹ fidelis De⁹, ut remittat.

Expulſo dęmone qd Phariſæi dicant, audiamus. [In Beelzebub principe dœmoniorū.] Beelzebub Deus erat aquarū, & in eo idolo putabant Iudæi eſſe principem demoniorum, ideò ad eum con ſulendum miſit Ochozias 4. Reg. 2. Sed
4.Re.2
Ma.12 quinā hoc dixerint, oñdit Matth. 12. dicens principes & Phariſæos eos fuiſſe, q maximè Xp̄o debuerunt adhærere: hi primi ab eo reſiliunt. Difficile profectò eſt peruerſum principem, doctorem, ma-
Iud. 1. giſtrumq; conuerti. Hinc Iudi. 1. Abijt ad habitatores Dabit, cuius nomē uetus erat Chariatſepher, id eſt, ciuitas literarū. Dixitq; Caleb: Qui percuſſerit Chariatſepher, & uaſtauerit eā, dabo ei Axā
C filiā meam uxorē. Excellens proponitur præmiū uincenti ciuitatē literarum, qa difficile id munus eſt, ſed mirādū id maximè, qui populo debuerūt perſuadere,
Nu. 10 vt Xp̄o crederēt: hi auertunt a Chriſto. Ad primum ſonitum tubarū principes accedere debebant ſm̄ legem, hi uerò nec ad poſtremum. Sacerdotes arcam a-
Ioſ.31. ſportantes pcedunt, & ſic Iordanē tranſeunt ipſi, & uniuerſa multitudo, ceſſante, & perſiſtēte fluuio, quo ſignat teneri principes, & ſacerdotes exēplo ſuo viam alijs aperire. Sūt.n. ſuperiores ueluti pri- A
mū mobile rapiens orbes inferiores con Simile
tra proprium motum. Hinc Eſth. 1. Nō Eſth. 1
ſolū Regem læſit Regina Vaſthi, ſed & oēs populos, & principes, qui ſunt in cūctis puincijs Regis Aſſueri. Egrediet.n. ſermo Reginæ ad oēs mulieres, ut contēnat uiros ſuos, & dicāt: Rex Aſſuerus iuſſit, ut Regina Vaſthi intraret ad eū, & illa noluit. Atq; hoc exemplo omnes principum coniuges parui pendent imperia maritorū, unde Regis iuſta eſt indignatio, quia deteſtandum facinus principis pctm̄, ſuperioris prauū exemplum.

[Videns cogitationes eorū.] Traducit eorū cogitationes, ut q̃uis ſtulti ſint, recipiant verba ſapientiæ. Sic dicit Sapiens: Non recipit ſtultus verba pruden Pro.18.
tiæ, niſi ea dixeris, q̄ uerſantur in corde eius. Sed iſti nec ſic recipiūt uerba Chri B
ſti: Vel ſic fortè accipiēda uerba illa ſūt, niſi dixeris, q̄ uerſantur in corde eius. i. q̄ ille volet audire. Sed Chriſti dñi expēdamus rationes, quibus eos conuincit.

[Omne regnum in ſe diuiſum, deſolabitur.] Mirū profectò dęmones eſſe inter ſe coniunctos, nec vnq̃ diuiſos: volūtate.n. inter ſe maximè diuiſi ſunt: mutuo ſe odio proſequentes, ſed in opere expugnationis hoīum, & obſcurandi diuinam gloriam, maximè ſunt inter ſe colligati, nec unquā diuiduntur: alias eorū regnum nō ſtaret. Sūt dęmones ſimiles vulpibus Sāſonis Iud. 15. ſolis caudis colligatis, ut ſegetes incendāt, cū capitibus, Iud. 15
& uoluntate ſint oīno diſiuncti, ſola.n. intentione nocendi conueniunt. Qua in re uidere licet, quanto ſint in Deū odio, & in nos miſeros, cū inter ſe inimicitias C
cōponant, ut nos perdāt. Quantum eſſet Simile
inimici in te odiū, qui vt tibi damnū inferat, eū alio ſibi inimiciſſimo amicitiā paciſceretur, ut ſimul te ambo lædāt? Vide, qua voluntate in te ſit dęmon, quem tu miſer ſequeris. Dicit tibi quiſpiā, fidis in eo, qui eſt inimic⁹? caue tibi ab illo, fabricat.n. tibi mala. Tu non credis, ſed ſi fortè id tibi manifeſtè oñditur, habes ne fidē illi amplius? Quē ſequeris miſer peccator? cui credis? Caue tibi a dæmone peſtifero, fabricat.n. tibi mala, ut inducat

ſuper

A ſuper te ſubſannationẽ. Vis illud manifeſta rõne agnoſcere? Attẽde, cũ inimici ſint ad inuicẽ dæmones, tñ ut tibi aduerſent, adunant, & cõiungunt. Hinc ẽt aliud nobis colligendũ eſt: Si hoc ſolũ qđ eſt Deũ offendere, & hoies ṗdere, ſic deuinxit dæmones, ut nunq̃ ab inuicem diſcedant: nonne maior dẽret rõ nos urgere, ut vnum inter uos ſimus diuinas gloria tuẽda, & mutui nr̃i cõſeruatio? Sine dubio oẽ regnũ in ſe diuiſum deſolabit, & oĩs domus diuiſa peribit. Oſeæ 10. Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt. Gen. 11. Diuiſis linguis ceſſat turris ędificiũ, & tunc mundus peribit, cũ ſurget gẽs cõtra gentẽ, & regnum aduerſus regnum. Luc. 21. Sine pace.n. ſtare nõ poſſumus. Eſa. 3. Tumultuabit puer contra ſenẽ, ignobilis cõtra nobilẽ, ruit Hieruſalẽ, & Iudas cõcidit. Interrogat Grego. Naz. q cõſiſtere potuerit arca Noe in tãto diluuio? & rñdet, id effectum unione & pace eorũ, q intra arcam erant. Et rõ manifeſta interitus eorũ, q inter ſe diuiſi ſunt, illa eſt, ꝙ cũ inter ſe diuiduntur, à Deo ẽt ſeparant, non.n. põt hõ a proximo ſeparari, q n à Deo ſeparet. Sicut.n. dñt Mathematici, in ſphæra eſt cẽtrũ, in quo oẽs lineæ iungunt: impoſſibile verò eſt unã lineã ab alia ſeparari, niſi ẽt ſeparet à cẽtro: ita in X̃po, ut in cẽtro, oẽs iũgimur per charitatẽ, uelle uerò diſcedere a ṗximo, eſt recedere a cẽtro, q dicit. Diligo Deũ, & fratrẽ odit, mendax eſt, ait, Ioan. Si.n. fratrẽ, quẽ uides, non diligis, qũo Deũ, quẽ non uides? Et quo plus accedis ad X̃pm, eo plus accedis ad proximũ, & ẽ conuerſo, quo magis appropias ṗximo, ṗpinquior es X̃po. Hinc B. Dorothæus doctrina 6. Ne proximũ iudicemus, ait: Circulum fingite, mũdum, eſſe centrũ aũt circuli Deũ: lineas aũt a circulo in mediũ deductas, uias credite uarias negotiationeſq; mortaliũ. Quo magis penetrant ſancti uiri ad interiora, ut Deo appropient p rõnẽ ingreſſus, eo magis appropiãt a Deo, & ſibi ipſis, quantoque ſibi ipſis, tãto & Deo, & quanto viciniores fiunt Deo, tanto & ſibi ipſis, quãtoq; ſibi ipſis, tãto & Deo. Conſiderate itẽ receſſum, & oblongationẽ, cum.ſ. recedunt a Deo, & ad exteriora ſe effundunt: quanto magis a Deo recedunt, tanto & a ſe ipſis, & quãto a ſe ipſis abſunt, tanto a Deo. Hęc eſt.n. charitatis uis, & natura: quo.n. magis a Dei dilectione recedimus, eo a proximi amore diſtamus: quãto Dei amori adhæremus, tãto & ṗximi, quãtoq; & proximo, tanto & Deo. Hæc D. Dorotheus. Sicut ergo uolentes domos, aut palatia cõſtruere, primò ſtudẽt in imo ſupra petrã, uel ſupra ſtabile ſolum fundamenta locare, & poſt modum reliquas ædificiorum partes ſuis locis, & tpib. ordinare, quatenus firmato fundamẽto cætera ædificãda ſeruentur: quale etenim fuerit cuiuſq; rei fundamẽtũ, talis erit eiuſdem pſeuerãtia, & latus. Hoc in materialib. hoc in ſæcularib. humaniſque negotijs contingit, nec minus in ſpũalibus iudicandum eſt. Proinde q cunq; in cõgregationib. militantiũ X̃po cupiunt abſque ſui detrimento, & proximorũ ſcãdalo, fratrũ, & domeſticorum hr̃e cõſortia, prius ueræ charitatis conentur in ſeipſis fundamenta iactare, atq; demũ poterunt, ſeruatis cõgruis modis, & tpib. utiliter cõuerſari. Hęc Laurẽtius Iuſtinianus de diſciplina, & pfectione monaſtica. c. 21. q a, ut Paul. ait. In charitate radicati, & fundati, &c. Alia X̃ps utit rõne. [Filij vr̃i in quo eijciũt.] Filios eorũ dicit, primo Apl̃os, & diſcipulos, X̃pi, q in eius noĩe dęmonia eijciebant, quos tñ magos nõ dicebãt, ut X̃pm dñt. Vel ſecundò filios eorum uocat exorciſtas Iudæorũ, ut gloſſa, & Alber. dñt. Hi exorciſtæ utebant prius ad dæmones pellẽdos exorciſmis, quos cõpoſuit Salomon, ut Ioſephus author eſt. Sed uidentes hos exorciſmos nihil iã proficere, & X̃pi diſcipulos in eius noĩe dęmonia pellere, ipſi ſimiliter in X̃pi noĩe dæmonia expellebãt, nec tñ magni reputabantur. Poſtquam X̃ps dñs oſtendit non in Beelzebub a ſe eijci dæmonia, nunc oſtendit vi diuina a ſe ſuperatos dęmones eſſe, atq; a Deo pelli. [Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum.] Qũo dæmonẽ ſuperauerit, & regnum eius euerterit, nunc oſtẽdit exẽplo. Multis nominibus diuina Scriptura celebrat, effert, & extollit humani-

Margin notes: Ecc. 11; Oſ. 10.; Ge. 11.; Lu. 21.; Eſai. 3; Naziã.; Simile; 1. Io. 4.; Dorothæus.; Simile; Laurẽtius Iuſtinianus.; Eph. 3.; Gloſſa Alber.; Ioſephs.

Digitized by Google

A mani gñis redẽptionem,ex quibus præci
puũ eſt nomen illud, victoria a Xp̃o ob-
tenta contra dæmonẽ,& Xp̃s victor, &
triũphator,& dr̃,& dæmon victus,& ex
Apo.5. poliatus. Apoc.5.& 6. Vicit leo de Tribu
& 6. Iuda,& exiuit uincẽs,ut uinceret, & ad
Colo.1 Coloſ.1. Et inſignis locus hanc explicãs
victoriam,oñdens uincentẽ, uictum &
ſpolia,ait.n. Expoliãs principatus,& po-
teſtates,traduxit confidenter,palã trium
phans illos in ſeipſo,expolians,i.cũ ſpo-
liaſſet(ut ex Græco conſtat, ubi ponitur
participium præteriti tp̃is)dæmones po
teſtate,ac dñio ſuo,traduxit confidẽter,
.i.duxit hoĩes a peccato in grãm , a ptãte
dæmonis in regnũ ſuũ,a grã in cęleſtem
D.Th. patriam. Vel traduxit,ait eo loco D.Th.
B ideſt, extra duxit,i.expulit dœmones ab
hoĩe palam triumphans,i.manifeſtè, ac
in oĩum oculis oñdit dæmones uictos a
ſe. Ponitur ibi uerbum Græcum ſignifi
cans,oñſionem,quã faciunt uictores, ac
triumphatores ſpoliorũ,q̃ in bello cæpe
runt,ut Romæ moris erat, & hoc in ſe
ipſo propria.ſ.virtute. Et hoc eſt,q̃ nũc
Eſa.4. Xp̃s ait. Cũ fortis armatus, &c. De qua
re optimè Eſa.4. Cum promiſiſſet Deus
eruendum mundũ è diaboli ptãte, pro-
ponit dubium,nunquid tolletur a forti p̃
da?aut qd captum fuerit a robuſto ſaluũ
eſſe poterit? Quia hæc dicit dñs. Equidẽ
& captiuitas a forti tolletur, & qd captũ
fuerit a robuſto ſaluabit,& ut hoc effice
ret,inuitabat illum , ut in mundum ue-
Eſa.51 niret Eſa.51.Conſurge,conſurge, indue
re fortitudinem brachium Dñi . Conſur
ge ſicut in diebus antiquis. Nunquid nõ
C tu percuſſiſti ſuperbum, vulneraſti dra-
conem? Quaſi dicat:Tu qui initio expu-
liſti dæmonem ex arce cæli, expolians il
lum locum,quem tenet in terra.

Sed quõ vicerit,ac expoliauerit dęmo
nem,videndum reſtat. Tituli,quibus dę
mon hoĩem uinctum , & ſeruum poſſi-
debat,duo erant. Primus diuina ſñia in
fallibilis non eſt in illo,eſt & nõ,ſed eſt,
in illo eſt,ait Paul. Deus verò in peccati
pœnam hoĩem permiſit diabolicæ pote-
ſtati,& ſic acquiſiuit contra nos dæmon
chirographum decreti, quod erat cõtra-
Colo.2 riũ nobis,ut dr̃ ad Coloſ.2. Et meritò il-
le relictus a Deo eſt,q̃ Deum dereliquit, A
& dæmoni adhærere uoluit . Secundus
titulus erat uolũtaria hoĩs ſubiectio,qua
dæmon ſe ſubdidit per peccatũ . Qui fa- 2.Pe.2
cit pc̃m,ſeruus eſt peccati,& a quo quis
ſuperatus eſt , eius & ſeruus eſt,quia cũ
hõ a Deo relictus ſit in manu conſilii
ſui,ut de ſe ageret,p̃ ut liberet,potuit hõ
ſe tradere,cui uoluit. Veniens ergo Xp̃s
in mundum, ut nos eriperet de ptãte te-
nebrarum primum titulum dæmoni ab
ſtulit meritis ſuis , & grã. Vñ dr̃ ad Co- Colo.2
loſ.2. Donans nobis oĩa delicta,delens ,
qd aduerſum nos erat chirographũ de-
creti , quod erat contrariũ nobis,& ipſũ
tulit de medio,affigens illud cruci. Vt ue
rò intelligas,qd ſit hoc chirographũ de- Simile
creti exẽplo patebit. Sicut in debiti me B
moriã,& pignus certũ chirographũ ſcri-
bis,& nomen ſubſcribis tuũ,ſic per pec-
catum cõſtituitur hõ debitor æternę pę-
næ, & permanet contra il'um chirogra-
phũ publicum , quo hoc debitũ cõſtat,ſ.
pc̃m in memoria, & conſciẽtia hoĩs ip-
ſum accuſans,& in Dei memoria, & de
monũ ad ſupplicium . Si uero hõ hoc ad
uerteret,dum peccat , non tã facile pc̃m
admitteret , cum.n. peccas,chirographũ
manu tua ſubſcriptum das,quo te ipſum
deuincis,ut ęternas pęnas in iſerno ſuſti
neas , de quo chirographo dr̃ Hiere. 17. Hie.17
Peccatum Iuda ſcriptũ eſt ſtylo ferreo;
unguecq; adamantino , exaratum in ta-
bula cordis ueſtri , & in cornibus ararũ
ueſtrarum,indelebiliter ſcriptum eſſe ſi-
gnificat. Vidiſti aliqñ depditum homun C
cionem,qui hinc, & inde plurimam mu Simile
tuo accipit pecuniam,multiſq; oneratur
debitis,nec unquam ſoluere curat,eo tã-
dem uenit,ut mittatur in carcerem, nec
inde unquã exire poſſit. Similis huic eſt
pc̃oris,qui multis peccatorũ debitis one
ratur, nec ſoluere curat per pñiam , tan-
dem in inferni carcerem traditur, eiq;
contingit illud. Amen dico tibi,nõ exies
inde,donec reddas nouiſſimam quadrã- Mat.5
tem:nec ei ſuffragari põt,ut è carcere il-
lo exeat,uel nobilitas , uel ſacerdotium ,
nec ulla alia cã. Sed oĩa iſta chirographa
damnationis nr̃æ deleuit Chriſtus dñs
ſanguine ſuo. Et ipſum tulit de modio,i.
de

Digitized by Google

A de rerum natura, ait D. Th. Sicut ſoluto
D.Th. debito, rumpitur chirographum.

Sed relinquitur adhuc ſecundus titu-
lus dæmoni, qui eſt aliud armorũ genus,
quo nos tenet, ſ. voluntas nr̃a. Licet eñ
Xp̃s nos liberauerit, non tñ nobis id pro
Deu.15 derit, ſi nos adhuc ſerui manere volu-
mus. Præcipiebatur Deu. 15. vt Septimo
anno ſerui oẽs in libertatem aſſererent.
Si uerò quis diceret, adhuc ſeruus eſſe vo
lo dñi mei, manebat ſeruus in ſempiter-
num: in cuius ſignum auris eius perfora
batur. Hoc titulo multi nũc ſerui dæmo
nis ſunt. Venit annus Iubilæi, annus li-
bertatis, p Xp̃m nobis datæ: eripuit nos
adhuc captiui eſſe volumus, erimus per-
petui ſerui. Sed obſecro, qs captiuus ſolu
to prætio redẽptionis adhuc ſeruus ma-
nere vult? maximè ſi captiuus eſt magni
B Regis filius, & ab inimicis miſere tracta
Hier. 2 tur? Hier. 2. Nunqd ſeruus eſt Iſrael, aut
vernaculus: quare ergo factus eſt in præ
dã? Sup eum rugierunt leones, & dede-
Bar. 3. runt uocẽ ſuã. Ad hos loquitur Baruc 3.
Quid eſt Iſrael, quod in terra inimicorũ
es, inueteraſti in terra aliena: coinquina-
tus es cũ mortuis: deputatus es cum de-
ſcendentib. in infernũ: dereliquiſti fontẽ
ſapiæ: nam ſi in via Dei ambulaſſes, ha-
bitaſſes vtiq; ĩ pace ſup terrã. Diſce, vbi
ſit prudentia, ubi ſit virtus, vbi ſit intelle
ctus, ut ſcias ſimul, ubi ſit lõgitudo vitæ,
& victus, vbi ſit lumen oculorũ, & pax.

Hunc titulũ perpetuò curat Xp̃s au-
ferre dæmoni, curans oĩbus modis volũ-
tatem nr̃am auertere a diaboli ſeruitute:
quod notatur illo verbo. [Erat Ieſus eij-
ciens dæmonium.] Erat, eſt præteritum
imperfectũ, qa nunq̃ ab hoc opere ceſ-
Simile ſat. Quod princeps ingreſſus regnũ, pri-
C mum efficit, eſt a tyranni ſeruitute ciues
abducere, & in libertatem eos uindica-
re. Veniens Chriſtus in mundum, quid
1.Io.3. agit? Illud planè quod ait Ioannes, venit
Pſ. 102 filius hoĩs, vt diſſoluat opera diaboli. So
le adueniẽte fugiunt nocturnæ aues, &
fera aĩalia. Ortus eſt Sol, & congregati
ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur.
Ponitur ante Xp̃m hõ dæmoniacus, cæ-
cus, mutus, & ut quidam dñt, ẽt ſurdus.
Meritò ante Xp̃m hic ſiſtitur. Solent
peritiſſimi medici infirmos optare ab a- A
lijs deſperatos, ut in eorũ curatione ipſi Simile
maximè glorificent. Solent ſtrenui Du- Simile
ces deſiderare aduerſariorũ fortitudinẽ,
vt ea rõne ſe fortiſſimos, oñdant, cũ eos
ſuperauerint. Solet ſapientiſſimus Do-
ctor argumenta aduerſariorum fortia Simile
optare, ut in eorũ ſolutione ſe peritiſſi-
mũ oñdat. En medice cæleſtis infirmum
oĩ ex parte deſperatum, vt tu q ais: Non Mat.9.
eſt opus valentib. medicus, ſed male ha-
bentib. in eius ſalute glorificeris. En ſtre Iob.40
nue Dux fortẽ armatũ cuſtodientẽ atriũ
ſuũ, tã fortẽ, ut nõ ſit ei ptãs ſimilis in ter
ra, vt tu, de quo ſcriptũ eſt: Propter no- Pſa.24
mẽ tuũ Dux mihi eris, oñdas, qa fortior
illo ſuperueniſti. En ſcia pr̃is, difficile ne
gotiũ, ꝙ expedirẽ non valet, niſi ille, in
quo ſunt oẽs theſauri ſapiæ, & ſciæ Dei.
Si dæmoniacus eſt, tu es cithara Dauid, Ioan.9
qua dæmon pellit̃. Si mutus eſt, tu es ver Ioan.1
bũ pr̃is, ꝙ aperis os mutorũ, & linguas B
infantiũ facis diſertas. Si cæcus eſt, tu es
lux mundi, q illuminas oẽm hoĩem ue-
nientẽ in hunc mundũ. Hęc certè Chr̃s
q̃rit, ut in re difficili oñdat, qa Dei virt⁹
eſt, & Dei ſapĩa. Si magnis pc̃tis, & vin-
culis teneris, accede ad Xp̃m, hoc ẽ, me-
dicũ honorare, ab eo ſperare ſalutẽ, ẽt in
deſperato morbo. Ne ergo diffidas, tibi
.n. dr̃ Ier. 8. Nunqd reſina nõ eſt tibi Ga Iere.8.
laad? aut medicus non eſt ibi? Quare er-
go non eſt obducta cicatrix filiæ populi
mei? Vbi litera alia hẽt: Quare ergo non
aſcendit ſanitas plebi meæ? Nunquid nõ
potentius meritum, & gr̃a Xp̃i oĩ pecca-
to? Qui diffidit, Xp̃m, & eius gratiam
non nouit. Legem gr̃æ, in qua uerſant̃,
ignorant. Quid.n. eſt lex gratiæ, niſi lex,
in qua facile uincitur omne peccatum?
Quid.n. aliud ſonant verba illa Eſa. 4. Eſa.4.
Erunt praua in directa, & aſpera in uias C
planas, ꝙ.n. aſperum natura eſt, gratia
planũ efficit. Ad te loquit̃ Deus Eſa. 41. Eſa.41
Ne timeas, quia ego tecum ſum: ne decli
nes, quia ego Deus tuus confortaui te, &
auxiliatus ſum tibi, & ſuſcepi te dextera
iuſti mei. Ecce confundentur, & erube-
ſcent omnes, qui pugnant aduerſum te,
erunt quaſi non ſint, & peribunt viri, qui
contradicunt tibi, &c.

Digitized by Google

A Feria II. poſt Dom. III. Quadrag.

Quanta audiuimus facta in Capharnaũ, fac & hic in patria tua, &c. Luc. 4.

OStenditur Euangelio nobis hodie
propoſito, diuina bona hoïb. tri-
bui diuino beneplacito atque diſpoſitio-
ne, non uerò humana ratione, aut conſi
Ro. 11. lio, meritoque Paulum aſſerere: Quis co
gnouit ſenſum dñi, aut quis conſiliarius
eius fuit? Quaſi dicat, non hoïum conſi-
lijs, aut rõne Deus ducatur, ut mĩam p̃-
ſtet, vt Reges terræ duci ſolent, vt benefi
cia conferant. Audi nunc conſilium Na
zarenorum. Feciſti, aiunt, multa mirabi
lia in Capharnaum, quæ patria tua non
erat: in Nazareth ergo plura exhibe; pa-
tria hæc tua eſt, hic educatus es, plura ei
B conferas, oportet. Sed quid Chriſtus do-
minus ad hæc reſpõdeat, videamus. Plu
res uiduæ erant in Iſrael patria Eliæ, nec
ad vllam earum diuertit, ſed ad eã, quæ
extera erat, in Sarepta, ſ. Sidoniorum. In
ſuper plures erant leproſi tpe Eliſæi, &
nullum eorum ille mundauit, niſi Naa-
man Syrum. Non ergo ego deuinctus
ſum patriæ meæ, beneficia mea præſta-
bo, cui mihi placuerit. Iam gentium uo-
cationem deſignat, relicta ſperatque Sy
nagoga: quæ ſe repudiari, non ſuſtinẽs,
cum præcipitare conatur. Sed fruſtra ia
citur rete ante oculos pennatorum, & iõ
Prou. 1. ipſe trãſiens per medium illorum ibat.
Hæc Euangelij ſumma eſt. Sed quid
nobis hæc innuant, attẽdamus. Multos
habent imitatores Nazareni, & quinam
hi? Illi profectò, qui dicunt: In Eccleſia
Chriſti ſum, baptiſmum ſuſcepi, Deum
C colo, ciuis ſum Hieruſalem, quæ in terra
eſt. Ciuis ergo ero ſupernæ Hieruſalem:
mihi ſine dubio æternam pręſtabit Chri
ſtus dominus hæreditatem, quia cõciuis
eius ſum, domeſticus eius, membrum
eius. Sed quid proderit fratres mei, ſi fi-
dem dicat ſe quis habere, opera uerò nõ
habeat, num fides poterit ſaluare illum?
Et ſi enim peccatores aliqua ratione filij
Iac. 2. Dei dicantur, ſed filij ſunt infideles pro-
ditores, qui adeò ius quod in Dei hæredi
tatem habebant, amiſerunt. Hinc Sa-
piens, non enim concupiſcit multitudi- A
nem filiorum infidelium, & inutilium, Ecc. 15
qua rõne nõ iam eos filios ſuos dicit, ſed
diaboli. Vos ex parte diabolo eſtis, filios Ioan. 8
eos dicit alienos. Filij alieni mentiti ſunt
mihi, filij alieni inueterati ſunt, & clau-
dicauerunt a ſemitis ſuis. Mentiti, ait,
ſunt mihi, & in malitia, & peccatis inue-
terati ſunt. Declinauerunt a uia mea, in
vias ſuas, ideo iam non filij mei ſunt.
Nec.n. fides ſatis eſt, licet a proauis acce
pta ſit, niſi opera adſint. Audi Prophetã: Pſa. 17
dñe quis habitabit in tabernaculo tuo,
aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?
Qui ingreditur ſine macula, & operatur
iuſtitiam, qui loquitur veritatem in cor-
de ſuo, nec fecit proximo ſuo malũ, &c.
His oĩbus oportet illum ornari, qui cœ-
lum ingreſſurus eſt, qui in ciuem conſcri
bendus cęleſtis Hieruſalem. Si ergo in Pſa. 30
Eccleſia Dei vides te eſſe: Deo gr̃a age, B
cum Pſalmiſta: Benedictus dñs, qm̃ mi- Pſalm.
rificauit mĩam ſuã mihi in ciuitate mu-
nita. Verè ciuitas munita Eccleſia eſt, ci
uitas ſuper montem poſita. Angelis de- Mat. 5.
mandata, ut ab illis cuſtodiatur, & a do-
mino ipſo protecta, montes in circuitu
eius & dñs in circuitu populi ſui, ait Pſ. Pſ. 124
Fide factus eſt ciuis huius ciuitatis, &
hoc non ex te, domum enim Dei eſt. Sed Ma. 25
ne putes hoc tibi ſatis eſſe ad ſalutem: in
ea namq; ſunt prudenres, & fatuæ uirgi
nes, ea eſt ſagena congregans bonos, &
malos piſces, area frumentum, & paleas
continens, domus magna, in qua uaſa
ſunt in honorem, & vaſa in contume-
liã, grex ouiũ, & hircorum. Curandum Ro. 2.
ergo tibi eſt, ut ouis ſis, uas in honorem,
triticũ, piſcis bonus, virgo prudens, oleũ
ſeruans: ſic namq; ſalus æterna tibi con- C
tinget. Sed quid nã Nazareis, ut eis mi-
ra Chriſti opera denegẽtur. Sine dubio
obex eis erat maximus, cum Marcus di- Mar. 6
cat, Non poterat ibi uirtutem aliquam
facere, niſi quia paucos infirmos impo-
ſitis manibus curauit, & mirabatur pro
pter incredulitatem eorum. In Naza-
reth eximium illud miraculorum factũ
erat, Verbum, ſcilicet caro factum, in
Nazareth nutritus Chriſtus dominus,
Nazaræus dictus, & nunc ibi miracu-

la

A la facere non pôt. Tritum eſt Philoſophis axioma: Actus actiuorum ſunt ĩ patiente diſpoſito: Sẽper.n.materiæ diſpoſitio requirit, vt agens in illã agat. Vt ergo Deus in nobis mirabilia ſua efficiat, diſpõnẽ q̃rit, q̃ ſi non adſit, nõ operatur,
Heb.10 Dñs multi; Non adeſt mihi gratia Dei, vt maxima pſtem; dicam verò ego cum Paulo: Nõ cum diſponeris, ut gratiã accipias. Tu ergo gratiæ dees, non gratia tibi. Hinc ille: Conſiderantes ne qs deſit gratiæ Dei. Nazaræi ergo gratiæ obicẽ ponebant. Primò incredulitatẽ, q̃ adeo erat magna, ut eã Xp̃s dñs miraret. Si-
Mat.9. cut.n.fidẽ Cẽturionis miratus eſt, & ppeã ei conceſſit ſerui uitã: ſic horum infidelitatẽ miratus ob eã, miracula nõ con-
B cedit. Deinde inuidia manifeſta eos laboraſſe Xp̃s oñdit, cũ ait: Quanta audiuimus facta in Capharnaum, &c. Hoc verò uitium charitati opponitur, & indignũ reddit diuina mĩa eum, q doler, eã pximo conferri. Eorum ẽt ſupbã, & arrogantẽ mentẽ, iramq; aſpidũ in fine huius Euangelij oſtendit Lucas, dicens, ductum ab eis Xp̃m in ſupcilium montis, vt eũ pcipitarent, eo qđ illos corripuerit.
Prc.15 Quo peſtilentem mentẽ aperiunt, iuxta illud: Non amat peſtilens eum, q ſe cor-
Amos 5. ripit. Et Amos 5. Odio habuerunt corripientẽ in porta, & loquentem perfecta abominati ſunt. Fidẽ uerò pcipuè exigebat Xp̃s dñs ab his, quib. miracula pſtabat. Et illa ſæpe numero fidei tribuebat, dicens: Fides tua te ſaluam fecit, &, ſicut credidiſti, fiat tibi. Fides.n.magna, qua de Xp̃o credimus Deũ verũ eſſe, & certius id tenemus, qua ſi oculis cernerem⁹, & fides inſuper, q̃ ei fidimus, & in eum ſperamus, & ſecuri ſumus de eius ĩ nos dilectione, ac promda cura, ut dicamus
C illud Pſalmi: In pace in idipſum dormiã
Pſa. 4. & reqeſcã, qm̃ tu dñe ſingulariter in ſpe cõſtituiſti me, illũ nobis ſumme deuincit, facitq; ut noſtris ſuccurrat neceſſita-
Luc. 1. tib. Hinc ad Mariam Eliſabeth; Beata, quæ credidiſti, qm̃ perficientur ea, quæ dicta ſunt tibi a dño. Hæc verò fides magna licet ſine charitate aliquando eẽ poſſit, præſertim tñ reperiri ſolet in his, q p̃cipua dilectione Xp̃m proſequunt. Cha-

ritas nãq; id pſtat miro quodã modo, vt & amici dictis credamus, illiq; fidamus & tutò res nr̃as cõmittamus, ab eoq; auxilium ſperemus, cui cor nr̃m oĩno tradim⁹. Quia verò hac fide magna, & ſpe firma caremus, mirabilia multa non experimur, q̃ ſancti experti ſunt. Deo eis ĩ neceſſitatib. ſubueniente. Greg. 3. Dialo Greg.
go. c. 32. de Sanctulo memoriæ prodidit hac vna uoce: In manu Dei ſum, ſecurum fuiſſe inter Longobardos hoſtes crudeliſſimos, diaconumque coegiſſe, ut fugeret, cum ob eã cãm ei oĩno moriẽdũ eſſet. Sed ereptus a dño mirabiliter eſt: obriguit. n. manus carnificis. Quis, n. ſperauit in eo, & confuſus eſt? Hac profectò magna fide pdita fuit mulier Sareptana, ad quam diuertit Elias, quæ pro- B
phetæ uerbis fidem adhibens, credit nõ defuturam farinã, & oleum, & hac fide primũ Eliæ panẽ pſtitit. Eadẽ fide Naaman Eliſæi præcepto in Iordane ſepties merſus, mundatus fuit. Nazarenis uerò hæc defuit fides. Qua ratione miracula Xp̃i dñi experti non ſunt. Imò nec miracula potuiſſe ibi patrare Marcus dicit. Non q̃ dño Ieſu potentia nõ fuerit: ſed illorũ incapac tas his uerbis ſignat. Vel Mar. 2.
cum dicit, non poterat, ſic accipiendum eſt, Nõ erat cõſentaneũ: queãdmodũ dr̃: Non pñt filii ſponſi ieiunare, quãdiu cũ illis eſt ſpõſus. Nunc verò te interrogo, qua nã fide pditus ſis erga Xp̃m? Num Nazaræos imiteris, an uidu im, & Naa- Mat.14
mã? Credis firmiter Xp̃o dño? Speras in Pſ. 36.
eum? Quoties audiſti: Quærite primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hęc oĩa adijcient uobis? Et illud Pſ. Spera ĩ dño & fac bonitatẽ, & paſceris ĩ diuitiis ei⁹.
Et illud. Honora dñm de tua ſuba, & de Prou. 3
primitiis oĩum frugũ tuarũ de pauperi- C
bus, & ĩplebunt horrea tua ſaturitate, & vino torcularia redundabunt? An hę vanæ, & aniles fabulæ ſunt? An potius primæ veritatis uerba fideliſſima? His fidẽ adhibes? Verbo dñi inniteris? Si id pſtares, q̃ aliter te hẽs, ac hẽs? Quis nunc erecto fidẽtiq; aĩo ẽ diuina fulcitus ſpe, ac ille, q in theca reconditos hẽt nũmos, aut frumẽtũ in horreo? Audi ergo Eſai. Eſa. 50
monentẽ: Quis ex uobis timẽs dñm, au-

A diens vocẽ ſerui ſui? Quis ambulauit in
tenebris,& nõ eſt lumẽ ei? Speret ĩ noĩe
dñi,& innitaŕ ſup Deũ ſuũ. Expendẽdũ
eſt uerbũ illud, Innitaŕ ſup Deũ ſuũ. In-
nixus ille diuitijs, ſtat aĩa, ſtatu innixus
ſugtuũ. Hæc pſtiterat uidua illa, ad quã
1.Ti.5. miſſus Elias eſt, feceratq; ꝙ Paulus mo
net viduas facere, vidua, q̃ verè uidua ẽ,
& diſolata ſperet in dño,& inſtet orõni
bus & obſecrationib nocte & die, cre-
dit Eliç, eum pauit,& qa ſperauit ĩ dño,
cõfuſa nõ eſt. Sed audi nunc pauorũ in-
genium, in neceſſitate conſtitutus dicis::
Egeo nĩmis, non eſt mihi cibus, qd er-
go diſponis? Qua arte indigẽtiæ ſubue-
nies? Hic ait, furto ſurripiã, ille uero vſu
ra acqrã, illa pudicitiã vẽdã. Vos oẽs nũc
vrgeo, interrogoq; Credilne Deũ tibi eſ
ſe? Noſti apud eũ oẽs theſauros eẽ? Spe-
ras in iniqtate,& nõ in Deo tuo? An nõ
B ſtupeſcenda incredulitas tua, ſicut & Na
zarçorũ? Iõ non põt miracula facere, ut
tibi accurrat, nec.n.cõſentaneũ eſt, vt fi-
dẽ nõ hñti ea pſtenť. Qđ ſi fidẽ hẽs, vt
granũ ſinapis, ſi diceres: In Deum non
peccabo, imò in eo ſperabo, ei obſequar
eius iuſſis obtẽperabo, ſine dubio experi
reris eius mirabilem mĩam ſup te ma-
Pſa.90 gnã. Qm̃ in me ſperabit, liberabo eum,
ptegã eum, qm̃ cognouit nomen meũ,
ſed qd nomen tuũ Deus meus; vt cogno
ſcamus illud? Nomẽ primũ Sadai fuit,
ꝙ ſignificat oĩa ſatians, oĩa implẽs. No-
men poſterius Ieſus eſt, hominũ libera-
tor ab oĩ malo. Ille uero nomen Dei co-
gnoſcit, qui in oĩ neceſſitate ad eum ac-
cedit,& in eo oẽm ſpem ſuam collocat.
Deinde diximus Nazarenos inuidia
laboraſſe, quam aperiunt dicẽtes: Quan
C ta audiuimus facta ĩ Capharnaũ. Dole-
bãt, ꝙ Capharnaũ potiretᷣ gr̃a illa mira-
culorum, inuidus nollet in aliis Dei be-
neficia uidere, vñ inuidia opponitur cha
ritati, q̃ cĩum uirtutũ pulcherrima eſt.
Gen.1. Hæc dæmonẽ impulit, ut primos paren
Sap.2. tes ptineret, qa inuidia diaboli mors in-
Gen.4. troiuit ĩ orbẽ terrarũ. Hæc impulit Cain
Ge.37. ut fratrẽ occideret: hæc fratres Ioſeph, ut
1.Reg. illum venderent, hæc Saul, ut perſeque-
18. reť Dauid, hec Iudæos, ut Xpm̃ pderent.
Diſce ergo ex hoc loco, non tibi affutu-
rũ cęleſte auxilium, ſi alienis bonis inui A
deas. Lõge ab hac peſte fuerũt vidua il-
la,& Naaman. Illa qdẽ qa non ſolum
de alienis bonis non dolebat, imò larga
mĩa ſua pauperib. cõicabat, vt patet, cũ
Eliæ primũ panẽ tribuit. Deinde ſibi mi
nimum ſeruat. Idem in Naaman vide-
re licet, a quo cum peteret Giezi talentũ
& mutatorias ueſtes noĩe Eliſæi, ille co-
git eũ, duplũ accipere, quam petierat. Di
gni ergo effecti ſunt diuinis muneribus
illi, q ſua tã lárge tribuebant indigentib.
Multa,& pclara, de hac re Chryſ. hom. Chryſ.
53. ad populũ. Quo plura, ait, Deo dede
ris, plus te diligit, quib. maiora dẽt, plus
tribuit amoris,& gratiæ. Libenter intue
tur Deus eum, cui dedit aliquid, ſed libẽ
tius eum reſpicit, a quo accepit. Nec ita
tu delectaris, cũ multos hẽs,& vides de-
bitores, ac Deus cũ multũ videt credito- B
res,& cũ aliquẽ uidet, cui nihil dẽt, eum
fugit,& auerſať, cũ uero intueť eum, cui
aliqd dẽt, cõtinuo ad eũ accurrit. Oĩa er
go tibi faciẽda ſunt, ut Deũ hẽs debito-
rẽ. Nunc uero huiuſce rei tp̃s eſt. Nunc
.n. eſurit, nunc ſitit, nũc nudus eſt ĩ pau-
perib. Cum uerò hæc elapſa uita fuerit,
tui non indigebit,& nunc indigere vult
pp te. Cibari a te uult, ut te cibet, indui,
ut te induat,& non hñs opus petiit a te,
qa tuã quętit utilitatẽ, ppea in vili habi-
tu petẽs, ſi obolũ tribuas, non auerſatur,
neq; ſi ſpreueris, recedit, ſed ad te rurſũ
accedit, qa vehemẽter tuã deſiderat ſalu
tẽ. Pecuniã ergo cõtẽne; ne contẽnaris,
vt diues ſis, tua largiter da, vt colligas di
ſperge. Quod ſi hoc tibi nouũ apparet, ſe Simile
minatẽ aĩaduerte, qui ñ poſſet plura colligere,
ſi q̃ hẽt pauca, nõ diſpgeret. Semi
na ergo ĩ bñdictionib. ut d bñdictionib. C
& metas. Sed cãris: Filii mihi ſũt. Audi,
Chryſ. hom. 68. ad popul. Quid accuſas Chryſ.
filios tuos? Nõ ĩ cã ſunt, ſed auaritia. Plu
res filios hẽbat Abrahã,& ĩ uias exibat,
vt pegrinos exciperet. Filius erat uiduæ
Sareptanç,& cũ pugillũ tm̃ farinæ hẽet
ſibi & filio, ex ea primũ panẽ dedit Eliç.
Sed ais, multa bona filiis relinquere vel
lem. Optimè dixiſti. Sed hoc feceris, ſi
Deũ illis patrẽ & tutorẽ reliqueris, ſi &
Deum ipſis debitorem feceris, hoc vero
efficies;

A efficies;bene de pauperib.merendo. Sicut.n.qñ vindictam de inimico ſumere non vis,pp Deũ;Deus ipſe uindictam ſumit, & melius, q̃ tu ſumpſiſſes,cũ verò ipſe vindicari vis,Deus nõ te vindicabit: ſic in ꝑpoſito ſi filiorũ nimiã curã gerere volueris,Deus eorũ curã nõ gerer. Si verò ei illos commẽdatos relinquis erit eis pr̃,eorũq; miſerebit,& ſic filijs innumeros reliquiſti theſauros. Ne ergo cures,quõ filios diuites,ſed quõ uirtute p̃ditos relinquas. Deũ ergo eis debitorẽ relinque:hoc illis chirographũ trade,ꝙ illis maximo erit emolumento. Sed ais: Non ego filijs theſaurizo,ſed mihi. Hoc
B ipſum ego te rogo,theſauriza tibi ipſi,nõ alteri: Et cum dico,da pauperi;tibi ut theſaurizes,dico:Dum pecunias hẽs,nõ eas tibi habes,ſecuræ tibi non ſunt.Si pauperi dediſti,iã dicere potes te eas ſecure poſſidere:qa nec fur, nec verò mors eas a te
Simile poterit auferre.In manu pueri eſt panis placentia,circundãt eũ canes, ut eam rapiant:vt ſecure puero ſeruet,eam pr̃i dat recedunt canes,& ſtatim puero redditur cũ canes abacti ſunt. Sicut canes appropinquat puero,dũ placentã hẽt:ſic dæmones diuitibus inſiliunt,& multa alia,quę canib.aſſimilantur,tum hoĩes, tum feræ paſſiones,gula,luxuria,ludus.De quo o-
Aba.2. ptime Abac. Væ ei, qui multiplicat non ſua,vſquequo & aggrauat cõtra ſe denſũ lutũ?Nunquid nõ repẽte conſurgẽt, qui mordeãt te,& ſuſcitabuntur, lacerantes te,& eris in rapinam eis? En ſicut canes circundant,vt eũ lacerẽt.Da ergo Deo diuitias tuas,ut ſecuræ tibi ſint, & recedẽt à te dæmones. Obſecro quid in iudicio
C rñdebis,ſic te Deo vrgenti? Qñ à te petebatur eleemoſina,credidiſti ne, eam mihi dari,an non?credidiſti me tibi eã redditurũ,an non? Si non credis,fidelis non es:fidem negaſti,Euangelio non credis. Si credis,an ſtultus,& ſtultiſſimus es? Si Deo non reddas,offendis forte aliquem cui pecunia des,& libenter das: ſi lucrũ inde tibi eſt,ſi ad vſuras das: audi ergo: Feneratur dño,qui miſeret pauperis:dic
Pro.19 miſer cui diuitias tuas tradis?nũ redditu ro tibi? Quid tibi vẽter reddet, cui tãtum nunc das? Corruptionẽ utique,quid inanis gloria?liuorẽ utiq;,& inuidiã. Quid A
auaritia?curã & ſolicitudinem.Quid intemperantia?gehennã,& venenoſũ uermẽ,& his das ſubſtantiã tuã? Hi ſunt diuitum debitores,qui eis reddẽt innumera mala in hac uita,& in ęterna, & Xp̃o dño dare nõ vis, q tibi ꝓmittit uitã ęternã? Qua fronte ei rñdebis,cũ te arguens; dicet:Mihi dare noluiſti,& meretrici dediſti?diabolo donaſti? Sed ais:reddet q dẽ mihi Xp̃s dñs, ſed poſt multum t̃pis in alia vita,ſed & nunc centuplum, nũc in Ma.19
præſenti ſæculo,pietas namq; ad oĩa valet,ꝓmiſſionẽ hñs huius vitæ,quæ nunc eſt,& futuræ. Cum in vſuras pecunias 1. Ti.4
das,placet tibi in longum t̃ps eas dare: ſic.n.maius eſt lucrũ. Qñ ergo Xp̃s dñs nunc nihil redderet,ſed in ęternã ſeruaret uitam,tibi hoc commodum eſſet, ac B
vtile,ſed qa his,q̃ nunc vides,nimiũ affectus es, ẽt nunc merces copioſa tibi promittitur,nunc centuplum datur.Hoc videre licet in Petro, quid ille reliquit? Et Act. 7
tñ orbis imperium ei conceſſum eſt, & oẽs ad eius pedes ponebant pretia eorũ, quæ vendebantur. Sed ais,ille Petrus erat.Sed ego dico,nõ ſoli dictum eſt cẽtuplum ei dandũ.Sed oĩs,qui reliquerit domum. Sed Petrum relinquamus,& in vi- Ma.19
duã Sareptanã oculos cõuertamus,placẽtam dedit panis,accepit uerò in longum t̃ps indeficiẽs frumẽtum,& oleum. Hæc Chryſ. Demũ Nazarenorũ ſuperbia conſideranda eſt,qua inditi redditi ſunt diuinis muneribus,ea.n.illi quaſi ipſis debita reputabant, ſeipſos magnifaciebant, corripientẽ ſuſtinere non valuerunt, eũ tandẽ ꝑcipitare uoluerunt. Superbus ſe aliquid eſſe putat,cũ nihil ſit:imo ſe ma- C
gnũ reputat, & cui oĩs honor debeatur. Vnde ſi ab alio ſe deſpici,aut corripi viderit,ſuſtinere nõ põt: adeò,ut in Deum inſurgat,ſi eum velit humiliare:ut hodie patet cũ Chriſtum præcipitare volunt. Hinc Iob 15.de ſuperbo loquens,ait:Tetendit aduerſus eum manum ſuã,& contra oĩpotentem roboratus eſt. Cucurrit Iob 15
aduerſus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus. Corripientem.n. ſuſtinere non ualet ſuperbus,quoniam ut dicit Iob 11. Vir vanus in ſuperbiam eri- Iob 11

A gitur,& quaſi pullum onagri,ſe liberum
natum putat. Atq; adeò ſi quis eum ſub-
ijcere,& corripere uoluerit,non patitur,
ſed in eum armatur, eumq; perdere vu t
à quo corripitur. Hinc Plutarchus in mo
ralibus: Sicut cum ægroto datur amara
potio,ſolet poſtea exſecrari vas ipſum,in
Pluta. qu ei data potio eſt:ita ſuperbi non cor
Simile rectionem tm̃ odiunt,ſed & corripientẽ,
eumque perſequuntur. Audi diuini Spiri
tus in huiuſmodi homines ſniam: Viro,
qui corripientem dura ceruice contẽnit,
Pro.29 repentinus ei ſuperueniet interitus,& cũ
ſanitas non ſequetur.

Hæc verò animi elatio maximum eſt
impedimentum,ne diuina ad nos ueniãt
munera: Deus.n.ſuperbus reſiſtit,humi
1.Pe.5 libus autem dat gratiam, ut Petrus ait.
Aliqñ hac laborauit ſuperbia Naaman,
cum indignans recedebat, eo q; Eliſæus
ad eum non proceſſerit,ſed per miniſtrũ
B mandaſſet,vt in Iordane lauaretur, nec
ea inflatus ſuperbia, Dei gratiam aſſe-
queretur. Deinde vero ſe humilians, per
cepit,& integrè valetudini reſtitutus eſt.
Sed inquiris,qua ratione ductus Eliſeus
tanto principi ad ſe venienti non occur-
rit? R̃ndetur primò,ut prophetiæ digni-
tatem ſeruaret,in qua diuinæ maieſtatis
virtus elucebat. Ideò namque regum le-
gati,quia regis perſonam induunt, am-
pliorem maieſtatem oſtẽdunt. Et ſimul
oñdit propheta externarum rerum pom
pam,apud Deum, imo, & apud ſe, nihil
eſſe,licet eam maxime ſuſpiciant hoĩes.
4.Re.4 Hinc idem propheta videri ſe, & teneri
3.Reg. à Sunamitide paſſus eſt, imò & in eius
18. venit domum,vt filium ſuſcitaret. Sic &
3.Reg. Elias qui ſuperbum regem dure increpa
17. uit,in pauperculæ uiduæ domum diuer-
Greg. tit. Et Chriſtus dñs,ut notat Greg.licet;
Ma.22 rogatus,in domum Reguli non abijt,&
C tamen in domum Centurionis venire di
gnatus eſt:qua ratione ad eum dictũ eſt:
Non reſpicis perſonam hominum. Nec
enim Deus diuitias,& pompam externã
conſiderat,ſed merita,atque virtutes. Ex
terna namque bona,bona non ſunt, nec
bonum reddunt ea poſſidentem.

Sedò uero id prophetam præſtitiſſe,
arbitror,ut ſuperbum Naaman humilia-
ret,dignumq. redderet diuina gratia, q̃ A
ſolis humilib.cõfertur,ſuperba namq; il
le oſtentatione aduentaret,multò ſtipa-
tus comitatu,ſuperba cogitatione, dicẽs
ĩtra ſe,vt poſtea ille explicuit: Magni du
cendus ego ſum ab Eliſeo,egredietur ad
me,& ponet manus ſuas ſup me, & in-
uocabit nomen Dei ſui. Dum uerò ille
hac ſuperbia inflatus erat, diuinis mune
ribus aditũ præcluſerat. Vt ergo humiſr
de ſe ſentiret,atq; modeſtè,eũ non curat
Eliſeus, eum non reuerẽt,vt intelligat,
ſe cũ honore,& reuerẽtia indignũ,ſeque
deijciat,& humiliatus mereat Dei dona
participare. Cur.n. Saul electus in regẽ?
cur ẽt è regno deturbatus? Quia humilis
conſtitutus rex eſt. Sic ad eum propheta: B
Nonne cum paruulus eſſe in oculis tuis,
caput in tribubus Iſrael factus es? Super 1.Re.15
bia uerò i'lum deiecit. Vnde ſubditur:
Quare ergo contempſiſti verbum dñi?
Contemnere ſuperbiæ propriũ eſt. Hinc
Dauid didicit ſe humiliare,q ait: Ludam
& vilior fiam ante dñm,q elegit me,po-
tius q̃ prẽm tuũ: & ero humilis ĩ oculis
meis,& ſic glorioſior apparebo. Præcla- 1.Re.6
rus ludus humilitas,qua hõ cum Deo cõ
tẽdens ludit,homo ſe deiecit, Deus eum
exaltat. Contra ambo conantur, ſed vin
cet tandẽ Deus. Hic ludus eſt, quo Deus
cum paruulis ludit. Sicut olim luſit Ioſe
phus cũ Beniamin,minimo dilectiſſimo Gen.4
que fratre,quem quaſi furẽ principio hu-
miliauit,ligauit,& cepit:ſed ludũ illũ eſ-
ſe oñdit continuò,cũ agnoſcẽs fratrem,
amplexatuſq; eum, & ſuper oẽs fratres
collocans,& plurima ei donans. Eſt.n. C
humilis vallis frumento abundans,iux-
ta illud Pſalmi: Et valles abundabũt fru Pſa.64
mento,vallis in q̃ aquæ mõtiũ defluunt.
Audi verò in quem finem tandem ſuper
bi deueniant, miro illo Nabuchodono-
ſoris exemplo. Deambulat Nabuchodo
noſor in aula Babylonis,& ait: Nonne Dan.4
hæc eſt Babylon ciuitas magna,q̃ ego ę-
dificaui in domum regni,in robore forti
tudinis meę,& ĩ gloria decoris mei? En
ſuperbũ iactantẽ ſe in diuitijs,& fortitu
dine ſua. Sed audi mirabile inauditũque
ſupplicium. Cumque ſermo adhuc eſſet
in ore regis, vox de cœlo ruit. Tibi
dicitur

Digitized by Google

A dicitur Nabuchodonoſor Rex,regnum
tuum tranſibit a te,& ab oĩb.eijcient te,
& cum beſtiis,&feris erit habitatio tua:
fęnum quaſi bos comedes. Quæ uerba
Grego. enarrans Greg.5.Moral.ca.6.ait; Quia
elatione cogitationis ſe ſuper homines
extulerat,ipſum, quem cum hoĩb.cõem
habuit ſenſum,amiſit. Meritò Thob.ad
filium: Superbiam in tuo ſenſu, aut in
Thob. tuo verbo,nunquã dominari pmittas.
4. Deſpexit ergo,ac ſpreuit Eliſęus Naa
man,vt ſe ille humiliaret, ſicq; ſanitatẽ
aſſequeretur. Et licet principio deſpici
moleſtè tulerit,poſtea aũt libenti aĩo tu-
lit paruipendi:aquis Iordanis ſe abluit,
vt Eliſei p̃ceptum impleret, & in huius
humilitatis teſtimonium, dixit Eliſeo,
cũ ab eo diſcederet: Obſecro cõcede mi-
ciuitatem medicum, qui aliquam infir-
mitatem facilè curat, accedis ad illũ con
tinuo, ſi illa vexaris infirmitate. Adue-
nit è cęlo medicus, qui animabus ſalutẽ
pręſtat, ad illum omnem accedamus, qñ
infirmi ſumus. Licet corporibus etiam
medelã adhibuerit primo aduentu Xp̃s
dñs, tamen prædipuè, ut animas mede-
retur, aduenit. Euangelium eius virtus
Ro.1. Dei eſt in ſalutẽ omni credenti, ut Pau.
inquit. Eccleſia eius xenodochium eſt, ĩ
quo omni peccatori ſalus, & medicina
promittitur. Accedant ergo omnes infir
Apoc. 22. mi, omnibus namq; ſalus paratur. Nec
verò ſolum tu accedas oportet, ſed & a-
B lios duc ad Chriſtum, ut eius medeatur,
qui audit, dicat: Veni, nec unquã impedi
mento ſis ei, qui ad Chriſtum accedere
Prou.3 vult. Sic ait Salomon: Nolite prohibere
benefacere eum, qui poteſt: hoc. n. indi-
gnè Chriſtus tulit, prohibere, ſ. quempiã
ad eum accedentem. Sicut ergo quondã
in tabernaculo ſic connecti inter ſe cor-
tinas uoluit, vt cortina cortinæ adhære-
ret, ut vna alteram ſecũ duceret, ſic nos
mutua charitate coniuncti fratres ad
Ex.26. Chriſtum dominum noſtrũ ducere de-
bemus, vt eius gratia ſalui fiant.

Feria VI. poſt Dom. III. Quadrag.

Ieſus autem fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſuper fontem, &c. Ioan. 4.

G. 29. GEnc. 29. cum ad ſimilem puteum
veniſſet Iacob fatigatus ex itinere,
vidit ibi paſtores cum gregibus ſuis ſi-
C tientibus. Ad quos Iacob ait: Date po-
tum gregibus. Qui dixerunt: Non poſſu
mus, donec omnes congregentur paſto-
res. Deeſt autem nunc Rachel, nam gre
gem patris ſui illa paſcebat. Qua adue-
niente, amouit Iacob lapidem, & ada-
quauit gregem eius. Euangelium puteꝰ
eſt aquæ uiuæ, non eſt autem Eccleſiæ
vſus, vt ex eo ea hauriatur aqua, donec
accedat Rachel, donec Mariæ interceſ-
ſio imploretur, ut aqua uiua gratiæ no-
bis detur. Maria enim eſt uirga illa de ra A
dice Ieſſe, qua percuſſa, petra largiſſi-
mas dat aquas ſitientibus, Num. 20. Pe-
tra Chriſtus eſt, ait Pau. gratię aquas lar
giens, ſed accedat primum virga Maria Nu. 20
illas petens, &c. Mirabilia, ait Pſal. ope- 1.Cor.
ra tua, & anima mea cognoſcet nimis. 10.
An non mirabile, quod infinita Chriſti Pſ.138
maieſtas, tam familiariter cum viliſſi-
ma fęmina loquatur? Exceptis, aiunt ſa Dan.2
pientes Babylonis, dijs, quorum non eſt
cum hominibus conuerſatio. Nunc ve-
rò Deus noſter conuerſatur cum forni-
caria muliere, de qua dicitur: Omnis Ecc.9.
mulier fornicaria, quaſi ſtercus in uia a
prætereuntibus conculcabitur. Angelus
Chriſti maieſtatem repræſentans. Exo. Exo.19
19. audiri non poterat a populo Iſrael.
Nunc uerò ipſemet Chriſtus auditur ab B
infima muliere. Nec uerò ſolum cum ea
loquitur, ſed ei manifeſte aperit altiſſi-
mum incarnationis myſterium, quod
erat ſecretum ſecretorũ Dei, quod Paul. Eph.3.
dicit, ſacramentum abſconditum a ſæcu
lis in Deo, quod principibus, & poteſta-
tibus in cęleſtibus innotuit per Eccle-
ſiam. Hoc hodie mulieri gentili, pecca-
trici, de infima plebe aperit tam clarè, vt
nulli clarius. Dicit. n. ei. Ego ſum, qui lo
quor tecum. Hoc Dei ingenium eſt, re-
ſpicere ea, quæ non ſunt, vt ea, quæ ſunt,
deſtruat, quia in his eleuandis, quæ non
ſunt, ſplendet magis diuina eius bonitas
& gratia. Simile huic Sol peragit, qui ad Simile
uentu ſuo obſcura elementa illuſtrat, lu
cida vero ut lunam, & ſtellas obſcurat.
Quod ſe feciſſe in mundo Xp̃s teſtatur. 1.Io.9.
Ioa. 9. Ego in iudicium ueni in mundũ,
vt qui non vident, videant, & qui vidẽt,
cæci fiant. Attende hodie Samaritanam C
factam videntem, & Euangeliſtam, vt
verus deprehendatur, qui dicit, facile eſt
in oculis domini ſubito honeſtare pau-
perem. Videamus nac in Euangelio, qđ Ecc.11.
per omnia dulciſſimum eſt.

¶ Oportebat, ait, tranſire per mediam
Samariam.] Nomen eſt regionis, quod
accepit a ciuitate Samaria dicta, quam
ædificauit Amri Rex Iſrael tertio Re-
gum, decimoſexto. Venit in ciuitatẽ Si-
chas, quę eſt Sichem, vbi ſtuprata eſt Di
na,

A na Gene.34.quæ erat ꝑcipua ciuitas Sa-
3.Reg. maritanorũ ſm Ioſephũ.[Iuxta prædiũ
16. ꝙ dedit Iacob Ioſeph filio ſuo.] De quo
Ge.34. Gene.48.vbi Iacob ait: Do tibi partem
Ioſep. vnam extra fratres tuos,q̃ tuli de manu
Ge.48. Amorrhæi in gladio, & arcu meo. Qui
Hiero. locus eſt difficilis. Hier. in q̃ſtionibus He-
braicis legit. Et ego dedi tibi Sichimã ꝑci
puam ſupra fratres tuos, & dr̃ mõ Nea-
polis,gladium uerò,& arcum dicit iuſti-
tiam,per q̃ meruit liberari à periculo ſi-
bi imminenti pp mortem Sichem,& E-
mor.Timuit.n.ne vicini eum opprime-
rent,quod Deus non permiſit. Hanc er-
go illi tribuit partem ſine aliqua ſorte. Iõ
ibi ſepultus eſt Ioſeph,& eius mauſolæũ
Euſeb hodie ibi cernitur Euſebius ait. Qđ pa-
tris eſt,filiorum dr̃,& è contra, ideo Si-
chimitarum occiſionem ſibi adſcribit.
Chryſ. Idem ait Chry.vbi verò dicit,in gladio,
& arcu meo,Chaldaica more ſuo diffici
lium enodatrix locorum legit. q̃ tuli de
B manu Amorrhæi,orõne mea,& depreca
tione mea,non.n.legitur pugnaſſe Iacob
ſed arma eius orationes fuere. Chriſtus
ergo dum ibi ſedet,memoria uerſat pro-
ditionem Simeon,& Leui in Sichem, q
captus amore Dinæ,ei deſponſatur,eius
legi ſubijcitur circunciſus,& ſimulata pa
ce ab eis occiditur, quod figura fuit pro-
ditionis in Chriſtum perpetratæ. Ille.n.
dilexit naturam humanam,& ei deſpon
ſatus eſt in incarnatione,factus ſub lege
eius: Iudæi uerò paternæ proditionis hæ
redes,& maioris adhuc proditionis au-
ctores,q̃ Simeon,& Leui, contra Xp̃m
conſilium inierunt,& morti eum addixe
runt. De quo conſilio Gene.49.Simeon,
Ge.49. & Leui uaſa iniquitatis bellantia,in con
C ſilium eorum non intret aĩa mea, qa in
furore ſuo occiderunt uirum,& in uolun
tate ſua ſuffoderũt murum. Quid enim
Eſa.16 Xp̃s dñs eſt,niſi murus noſter. Sic Eſa.
Simile Saluator ponetur in ea murus, & ante-
murale. Sicut.n.murus ciuitatis prodito
res intus exiſtentes defendit, & cum ni-
hil ille mali meruerit,machinis bellicis,
& tormentis quatitur: ſic loquitur Xp̃s:
oẽs fluctus tuos induxiſti ſuper me,ut hu
manum genus non periret. Hæc ibi Xp̃s
Pſ.87. cogitaret.(Erat tibi fons Iacob. Aman-

tis,ſ.qui pro Rachela 14. annis inſerui- A
uit:& vñr ei dies pauci. Sed modo aliud Ge.29.
nomen accipiet fons,diciturque fons Ie-
ſu amantis animas noſtras, & pro eis la
borantis,& fatigari ex longo pro eis iti-
nere. Notatur ergo locus in ęternam me
moriam,in quo Xp̃s fatigatus miæ uiſce
ra aperit peccatrici. Mos fuit antiquis pa
tribus loca ſignare,in quib.eis Deus ap-
parebat,& titulos,ac altaria ibi erigere.
Sic Gen.28.Iacob ait: Vocabitur dom⁹ Ge.28.
Dei,& porta cœli,& erexit lapidem in ti
tulum,effundens oleum deſuper. Quaſi
dicat: Hic mihi Deus apparuit. Sit hoc
æternæ memoriæ mandatum, ꝙ cũ ego
exul eſſem,baculo meo tm̃ innitens, uel
potius Deo,cui me cõfideram,Deus mi-
hi apparuit,& de terra dura cœleſte mi- B
hi confecit lectum,& Angelos plures ad
me miſit,ut mea curarent,ut inde appa-
reat,ditiorem,& beatiorem eſſe ſeruum
Dei in dura humo cubantem,quam prin
cipes in lectis aureis decumbẽtes, huius
rei,& diuini in me collati beneficij iugis
ſit memoria ideò ungatur,& ſanctifice-
tur locus iſte. Idem ẽt Iacob ſignauit lo- Ge.32.
cum,in quo Deus ad eum miſit Angelo-
rum exercitum,qui eum a fratre defende
rent,dicens,caſtra Dei ſunt hęc,quia me
moria æterna dignum eſt,ꝙ Deus ſuis aſ
ſiſtat,non permittens uirgam pctõrũ ſu-
per ſortẽ iuſtorũ. Sr̃ Abrahã,& Iſaac al
taria erexere in locis,quibus a Deo uiſita
ti ſunt. Sic ẽt modo ſignatur locus,quo
Xp̃s Samaritanę loquitr̃,& eã conuertit,
vt inde ẽt intelligas à Deo ſignata eſſe lo
ca,in quib. tibi bñficia cõtulit,ut ſi ingra
tus inueniaris,loca ipſa cõtra te teſtimo- C
niũ perhibeant. Pari ẽt rõne ſignata ſunt Exo.17
loca,in quib.in Deum peccas. Sic Exod.
17.dubitante populo,& murmurante ꝓ
aqua,ſignatur locus ille,diciturq; tenta-
tio. Es locus alter dictus eſt ſepulchra cõ
cupiſcentiæ,ubi carnes appetiuere,& tpe Nu.11
iudicij loca iſta, in quib. Deum offendi-
ſti,contra te clamabunt. Tu qdẽ poſt ter
gũ ꝓijcis pctã tua, eorũ oblitus, non tñ Pſ.49.
Deus,q ait: Exiſtimaſti iniquè ꝙ ero tui
ſimilis? Arguã te, & ſtatuã cõtra faciem
tuã. Statuet uerò contra faciẽ noſtrã, di-
cens: Tali loco ad te miſi miam meã, ta-

Digitized by Google

A lecto infirmãti ad fui, tali loco me offen-
diſti. Sic in auaros, & maxima cõſtruen-
Aba.2. tes ſupba ædificia, dr̃ Abac.2. Væ qui cõ-
gregat auaritiã malã domui ſuæ, ut ſi in
excelſo nidus eius, & liberari ſe putat de
manu mali. Cogitaſti confuſionẽ domui
tuæ, & peccauit aĩa tua, qa lapis de parie
te clamabit, & lignũ, ꝙ inter iuncturas
ædificiorũ eſt, rñdebit. Clamabũt.n. lapi
des ædificiorũ ſupborũ cõtra eos, q pau-
perib. nõ ſubuenerunt, ut lapides polirẽt
& lingua ẽt rñdebunt lapidibus, ſi r con
tra hoĩem clamantia. Signat ergo locus,
Exo.14 in quo Samaritana cõuertit. Sic tu ſigna
tp̃s, & locũ, quo a Deo uocatus es. Exod.
14. Memẽtote diei hui⁹, ĩ qua egreſſi eſtis
ex Aegypto, & memoria ppetua tene, ne
B ingratus ſis, Deus.n. eius oblitus nõ eſt.

[Fatigatus ex itinere.] Fatigat, ut ue-
rũ ſe oñdat hoĩem. Aug. Nõ fruſtra fati-
Augu. gat, per quẽ fatigati recreant, nõ fruſtra
fatigat, quo deſerẽte fatigamur, quo pſẽ-
te firmamur. Suſcepit oĩa infirma nr̃a,
vt fortitudinẽ ſuã nobis daret. Inuenim⁹
.n. in ſcriptura Xp̃m aliqñ forte, aliqñ in
firmũ. Fortitudo Xp̃i te creauit, infirmi-
tas Xp̃i te recreauit, fortitudo Xp̃i effe-
cit, vt eſtes, ꝙ nõ eras, infirmitas Xp̃i fe-
cit, vt ꝙ erat, nõ periret. Sicut ergo tollit
Gen.2. coſta ab Adamo, & repletur caro pro ea,
ſic Xp̃o datur caro infirma, nobis forti-
tudo eius, & inde factũ eſt, vt pauerent il-
le mortẽ, q̃ martyres cõtẽpſerunt. Hinc
hodie fatigat, iuſti verò volabunt, & nõ
deficient, current, & non laborabunt, ut
C Eſa. ait. Præterea in hac fatigatione ſum
Eſa.40 mũ nobis oñdit amorẽ, quo non ſolũ no
bis cõpaſſus eſt, ſed ẽt nobiſcũ fatigatus,
Simile & quaſi infirmatus. Sicut.n. amãtiſſima
mater nõ ſolũ filio infirmanti cõpatitur,
ſed & quodãmodo cũ eo infirmatur, ſic
Xp̃s. Hinc Mat.23. gallinæ ſe cõfert, qa
Ma. 23 gallina ſup oĩa aĩantia pullis infirmis ſic
cõpatit, vt cũ illis infirmetur? Qđ ſi Pau.
2.Cor. loquit; Quis infirmat, & ego non infir-
11. mor? quãto potius Xp̃s dñs fatigabit cũ
fatigatis. Sũmus eſſet amici amor, cũ ſic
cõpateret amico, vt idẽ prorſus cum illo
pateretur, eoſdem dolores, eadem mala.
Ho aiit vnus, ſoluſq; Xp̃s fecit, qui tanto
nos proſecutus amore eſt, ut eaſdẽ nobiſ

cum pateret, debuit p oĩa fratrib. aſſimi- A
lari, ut miſericors fieret. Hoc autẽ facto Heb.2
nos ſecuros reddidit, nihil mali eſſe, qđ
horreamus in malis pęnæ. Sicut.n. uidẽs Simile
infirmus amarũ potũ, timet, ne aliquid
adſit ueneni, qđ noceat, cũ viderit medi-
cũ pguſtare, nihilq; ei nocere, imò pdeſ- Pſ.74.
ſe, iam ſecurus accipit calicẽ, nihil timẽs
periculi: ſic calix in manu dñi uini me-
ri plenus miſto, guſtat ab ipſo tam pfun
de, vt nos ſecure bibamus, uidentes ei nõ
nocuiſſe, imò pfeciſſe. Hebr.2. uidemus Heb.2
Ieſum pp paſſionẽ mortis gloria, & ho-
nore coronatum. Deponamus ergo hor-
rorem, quẽ circa paſſiones hẽmus, quaſi
aliquid cõtineat veneni, credamuſq; ꝙ
ſi ſocij paſſionũ fuerimus, erimus & con
ſolationis. Iõ ille pguſtauit, ac plibauit, 2.Co.1
vt oĩno ſecuri eſſemus. Preterea fatigat,
quia ſimilis Xp̃s eſt hoĩ, q in curiam ue-
nit, ut aliquã litẽ perficiat, cumq; plus tẽ Simile
poris ĩ negotio poſuerit, q̃ putarat, & cũ
nunc in aduocato inueniendo, nũc in ac B
cercendo ſcriba, nunc in cõſiliario adeun
do, variè crucietur, tandẽ ait: Fatigatus
ſum hoc negotio. Sic Xp̃s dñs è cœlo in
terram deſcendit, vt litẽ cõponeret inter
Deum, & hoĩes, & cũ ad Iudæos primũ
veniſſet, nihil cũ eis agebat, fatigabat ni-
mium. Veruntñ ait: Seruire me feciſti in
pc̃tis tuis, pbuiſti mihi laborem in iniq-
tatib. tuis. Quod in nobis ſæpe ẽt contin
git, laſſitudine.n. Deũ premimus, & eũ Eſa.43
laborare facimus in uijs noſtris. Sæpe.n.
ad nos uenit p inſpirationes, ſępe domus
ianuã pulſat, nec ei aperimus, ſed nec au-
dimus, fatigat tot itinerib. Ait Salomon:
Ne dicas amico tuo, reuertere, cũ ſtatim
poſſis dare. Potes Deo cõtinuo præbere
cõſenſum, quid differs? quid Deũ laſſas? Pro.3.
vſquequo deliciis diſſoluens filia uaga? Hie.31

[Venit mulier Samaritana.] Nouit
ad aquã uẽturã ibi expectat eã, (en la pa-
rada,) vt vulgo dr̃. Sicut uenator, ibi tẽde C
re retia ſolet, quo vẽturas nouit eas, quas
capere deſiderat, feras. Sed mirè hic ſplẽ-
det diuina bonitas. Chananæã fugit, cũ
eũ illa inſequat. Samaritanæ ſe ingerit
non rogatus, imò rogans, ꝙ maioris eſt Simile
miæ. Sicut.n. princeps domeſticis ſuis dat
cibaria, & ſtipendia promiſſa, ſed aliqñ
pro

Digitized by Google

A pro ſua liberalitate alicui dono dat ingẽ
tẽ auri copiã, nec alteri facit iniuriã; hoc
cũ Samaritana hodie facit, ei ſe ad aquas
Exo. 2. offerẽs, quaſi Moyſes filię Pharaonis, &
Ge. 24. quaſi ꝓcurator Abrahæ Rebeccæ Gen.
24. quã ad aquas ornat monilib. Loquit̃
Sap. 6. ergo ille ad eã. [Mulier da mihi bibere.]
Præoccupat eos, q ſe concupiſcunt, vt ſe
illis prior oſtendãt. Petit à te Deus ope-
ra ñ vt ſibi capiat, ſed ut tibi reddat, qua-
Simile. ſi creditor cũ fęnore cumulata, ut reddat
gratiã pro gratia. Petit a te ieiunium, &
eleemoſynam, vt gratia ſua illa efficiat
immẽſi ualoris, & tibi reddat, & cũ opa
hæc ſint dona eius, efficit merita nr̃a, ut
nobis ex iuſtitia donet pręmiũ. Petit er-
go, ut nobis det, ſicut ſolet ſpõſus a ſpon
ſa petere annulum, vt ei apponat pretio
ſum lapillũ, & ei reddat. Nõ. n. Deus ꝓ-
B ficit bonis nr̃is, ſed nos. Quid. n. ꝓdeſt
Deo, ſi iuſtus fueris, aut qd ei conferes, ſi
immaculata fuerit uita tua? Iob ait. Da,
Iob 21 iq̃t, mihi bibere. Sitit ꝑcipuè ſalutẽ ſpũa
lẽ Samaritanę, de qua cum ſermo inci-
diſſet, nec uerbũ de alia ſiti fecit, & cum
ei offerrẽt diſcipuli cibũ, ad eos ait: Ego
cibum hẽo mãducare, quẽ uos neſcitis.
Sitis ergo eius illa eſt, qua vult oẽs ho-
ĩes ſaluos fieri, vnde refrigerium eius cõ
uerſio eſt Samaritanæ. Si. n. de dæmone
Iob 40 Iob 40. dr̃: Fiduciam ſiet, ꝙ Iordanis in-
fluat in os eius. Tanta ardet ſiti, vt hoĩes
ẽt iuſtos ebibat ſignificatos, in Iordane.
Quid mirum, ſitiat Xp̃s oẽm hoĩem, ẽt
pctõrẽ, vt ſibi ueniat? Hæc eius ſitis ad-
huc ei in cælo ineſt. Quid. n. tot eius a te
vocationes petunt, niſi da mihi bibere?
Quis ergo Xp̃o ſitienti, & potum exigẽ
ti, illũ negauit? Hoc clamauit in cruce;
Sitio, hoc modo clamat è cęlo, ex hoc dã
C naturus eſt impios in iudicio. Sitiui, &
non dediſtis mihi bibere. Vt duces ꝓba
Ioã. 19. ret ſuos Dauid. 2. Reg. 23. ait, Sitio aquã
Matt. Bethlehem. Et continuò tres eorũ irrũ-
25 pũt p medios hoſtes, eiq; potum deſide-
2. Reg. ratum deferunt. Mõ ſitit noſter Dauid
23. cõuerſionẽ noſtrã, irrumpamus per me-
dios hoſtes, oẽs vincamus difficultates,
vt ei pareamus. In hoc ait Eliezer Gen.
24. agnoſcã, q̃ ſit futura ſponſa Iſaac, cui
Ge. 24. petiero potum, & illa libẽter dederit. In

hoc agnoſces o aĩa, an futura ſis Xp̃i, ſpõ A
ſa, ſi potum petenti tibi libenter das. Mi
rũ ꝓfectò, ꝙ refrigeret̃ Xp̃s conuerſio-
ne nr̃a, ꝙ gaudeat, certè non ille ſolũ, ſed
& vniuerſum cęlũ, qa gaudiũ eſt i cælo Luc. 15
ſup uno pctõre pniam agẽte. Tua ergo Pro. 25
conuerſione lętifica Xp̃m, & vniuerſũ
cęlũ. Fac eis diẽ feſtũ. Prou. 25. Aqua fri
gida aĩæ ſitiẽti, & nũcius bonus de terra
lõginqua, q cõuertit̃ ad Deũ, aquã frigi-
dã Xp̃o dat, nuncius eſt terra lõginqua
veniens, ad q̃ ꝓdigus ꝓfectus fuerat.
Da ergo bibere. [Si ſcires donũ Dei, & Luc. 15.
qs ẽ, q dicit tibi. i.] donũ, ꝙ Deus mũdo
dedit, cũ Deus ſic dilexit mundũ, ut filiũ
ſuum vnigenitũ daret? vel donũ hoc, ꝙ Ioan. 3
me inueneris, qd me tibi nunc offeram. Simile
Sicut ſi Rex venatum ꝓfectus, & in ve
natione pditus, ueniret ad domum agri
colæ, & ab eo peteret cibũ, rectè diceret: B
Si ſcires fęlicẽ tuã ſortem, & qs eſt, a te
parua petit, dediſſes utiq;, & magna ab
eo peteres, ſic loqt̃ Xp̃s Samaritanæ, ad
q̃ diuertebat Rex Regũ, & parum ab ea
petebat, uolens ei magnũ pſtare, aquã, ſ.
uiuã. O ſi ſcires homo donum Dei, &
qs eſt, q accedit ad cor tuum, petens a te 1. Io. 2.
conuerſionem, dediſſes utiq; q. n. dicit ſe
noſſe Deũ, & mãdata eius nõ obſeruat,
mẽdax eſt. Et ſi ſcires, cũ ad ianuam tuã
paup ſtat, & petit aquã, vel cibum, qs ẽ,
q dicit tibi, da mihi eleemoſynã, qa Xp̃s Matt.
in paupere petit, ſine dubio dares, ut ma 25.
xima recipes, ille petit, q ait: Qd uni ex
his minimis feciſtis, mihi feciſtis. Et Eſ. Eſa. 51
51. hæc eſt reqes mea, reſicite laſſum, &
hoc ẽ meum refrigerium. Si ergo ſcires,
q eſt, q hæc a te petit, ſi noſſes Dei maie-
ſtatẽ, quã tremũt põtes, ſi noſſes Dei di
uitias, quas tibi põt retribuere, ſi noſſes,
q̃ ſortes tuæ ſint in manu eius, vel glo- C
rię, vel dãnationis ęternæ, ſine dubio ei
contentires, a quo tãta bona pendent, ei
ſine dubio placeres. Emphaſim magnã
hẽt uerbũ illud, ſi ſcires. Deus de cęlo re Pſ. 13.
ſpexit ſup filios hoĩum, vt uideat, ſi eſt ĩ- Luc. 19.
telligẽs, aut reqrens Deũ, & Luc. 19. Si Deu. 31
cognouiſſes, & tu, &, Vtinã ſaperent, ac
intelligerent donum Dei. i. ea q̃ mundo
vniuerſo, & nũc tibi libẽtiſſimè offert.
Si modo ego è curia venirem, & ad pau Simile

Digitized by Google

A perem quemquam,& mandatum Regis deſerre,quo continetur, uelle Regẽ illũ in filium adoptare,filiã ei coniugẽ dare, regni hæredẽ inſtituere, an non rectè ad eum diceret. O ſi noſſes pauper, donum Regis,& qua lẽ ad te legationẽ deferam? q̃uo gauderes? q̃uo dilatares cor tuum? Ad hoc verò Xps è cœlo ad nos uenit,q ideo legatus dr̃ miſſus ad gentes. Audi

Gala.4 legationẽ eius. Ad Gala.4. Miſit Deus filiũ ſuũ,factum ex muliere, factũ ſub lege,ut eos qui ſub lege erant, redimeret, vt adeptionẽ filiorũ reciperemus. Et iterum ille ait, nolite timere puſillus grex,

Lu.12. complacuit patri dare uobis regnũ. Verè neſcimus hoc donum. Si.n.hoc probe noſſes,q̃to tpalia curares? q̃uo vel triſtis eſſe poſſes,tanto audito nuncio?

B Sed quid Samaritana rñdeat, audiamus. [Nunquid tu maior es patre nõ Iacob.] Patrẽ dicit,non origine,ſed religione,q dedit nobis hunc puteũ, ex quo

1.Co.2. ille bibit,& filii, ac pecora. Carnalis, & aſſueta carnalib. aliam aquã cogitare nõ ualet,q̃ illam, qui aĩalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei. Apparet alias delectationes non eſſe q̃ carnis, ꝙ ſi eas relinquat, nullas alias reſtare cre-

Pſ.33. dit. Sed guſtate,& videte,q̃ ſuauis eſt do-

Pſ.30. minus,& q̃ magna multitudo dulcedi-

4.Re.5 nis tuæ dñe, q̃ abſcondiſti timentib. te. Putat Naaman nihil hr̃e amplius aquas Iordanis,q̃ aquas Syriæ,ſed dum eas experitur,ſnĩam mutat. Delectatio cœleſtis mirũ in modum excedit terrenã,cœleſtis enim eſt. Cum hortum,uel frumẽ-

Simile tum rigas aquis irriguis,non ſic proficit ac cum aqua cœli irrigatur. Ita nulla corporis delectatio impinguat aĩam, ac eã

C reficit,ac ſpiritualis. Ideo Pſal. Sicut adipe,& pinguedine repleatur aĩa mea, & labiis exultationis laudabit os meum.

Pſ.62. Hanc aquam ignorat Samaritana,inde ait: Nunquid tu &c. Filii eius ait & pecora hanc aquam biberunt. Vel inde colligere potuit,nõ eã in pretio habendam cum ſit cõis hominibus, & brutis, quid enim maius habet homo ſenſualis, quo careat brutum? Et hoc tibi magnum vr̃ qua bruta abundare. O homo verè degeneraſti a Deo,& nimis depraueris cogitatione tua. Te verè depreſſiſti, cõparans te iumentis. A Quæramus ergo nos fratres hanc aquã viuã,effodiamus, donec inueniam Gen.26. Effodit Iſaac puteos,quos ei obſtruxit Philiſtæi, donec ꝑ Ge.26.

ſeuerans inuenit puteũ,q dictus eſt latitudo,tantas,redundãs aquas, ut obſtrui non potuerit. Sicut fodiens puteũ,aquã Simile

uiuã q̃rit,ſic qui conſiderat cęleſtia,quaſi fodit,ut aquã cęli reperiat. Obſtruit dæmon,& impedire te curat tpalibus curis obſtruens,q fodiſti,ſed tu ne ceſſaueris ab opere tuo,donec inuenias aquam uiuã,& puteũ,qui dr̃ latitudo, q eſt pfecta charitas: cuius tot ſunt redundãtes aquę ut obſtrui a dęmone non poſſit. vt dicere poſſis. Quis nos ſeparabit a charitate Ro.8.

Chriſti? Quaſi dicat: Quid horum poterit diuinæ charitatis fontem exiccare? B

Certus ſum,ꝙ neq; mors, neq; uita,nec creatura alia poterit nos ſeparare a charitate Dei,q̃a ex perfecta charitate ꝓmanant aquæ illæ, quæ fluunt impetu de Libano Cant.4. Et tunc fluminis impe- Cant.4

tus lętificat ciuitatẽ Dei,& tunc eris qua Pſ.45.

ſi hortus irriguus,cui⁹ nõ deficiẽt aquæ. Eſa.58

[Oĩs,qui biberit ex hac aqua,ſitiet ite- Ge.21.

rum.] Egreſſa Agar de domo Abrahæ Gen.21. cum panib. & utre aquę errabat in ſolitudine,& deficiente aqua, quia vtrẽ portabat,nõ fontẽ,moriebatur Iſmahel pręſiti. Sed aperuit oculos eius De⁹, q̃ vidẽs puteũ aquæ,abiit,& impleuit utrẽ deditq; puero bibere. A Dei domo diſcedẽs aĩa,& errãs,aq̃ potat cõſolationis alicuius,ſed deficit hæc cõſolatio, & pſiti mori appetit⁹. O ſi Deus aperiret oculos noſtros,vt uideremus aq̃ uiuam, & fons indeficiens nobis eſſet. Putaſti nunq̃ finiendã conſolationẽ, quã a crea- C

tura capis. Ait ille: Cũ uxorẽ duxero,fęlicẽ uitã agã. Alter dicit: Cũ tale munus, dignitatemq; obtinuero,fęlix ero. Perueniſti eo quo deſideraſti,& cõſolatio non ſuppetit,ut putaras. Vñ hoc? Aquã mortuam habuiſti,utrem tantum aquæ habes,non fontem,non aquam uiuam. Pete a Deo,aperiat tibi oculus,ut aquã inuenias uiuã. Hoc petebat Moyſes Nu.20. Nu.20

Aperi eis theſaurũ aquę uiuæ,ut ſatiati, ceſſet murmuratio eorũ. Multa sũt mala

la

A la ĩ hac mũdi aqua. Primũ illud eſt, ꝙ in
Euangelio notat, cum ait: Puteus altus
eſt, & difficile aqua hauriri põt, parũ aq̃
eſt, & multi eã concupiſcunt, mutuoque
ſe impediunt, nec facile eã aſſequi pote-
ris. Tibiq; ſi eã quæſieris, cõtinget, quod
1.Reg. 30. ſeruo illi Amalechitę, q 1.Re. 30. ĩ uia de
fecit, & triduo nõ comedit, nec bibit, vñ
Sap. 5. morti ꝓxim⁹ erat. Ambulauimus, aiũt,
uias difficiles. Labor eſt ſeruo Dei uiã in
cęlũ agenti, ſed diuerſus multũ à labore
pctõris. Laborat Elias, adeò, vt peteret
2.Reg. 16. aĩæ ſuæ, ut moreret. Sed dormit ſub iuni
pero, & uenit ẽ cælo Angelus, qui eũ refe
cit pane, & aqua, quo ſic confortatus eſt,
Ge. 18. ut 40. dies vitã egerit, donec Deum uide
ret. Sic iuſtus tribulatus ſub cruce, quie-
ſcit. Requieſcite, ait, ſub arbore, ibi uiſo
Xp̃o quieſcit, confortaturque refectione
cęleſti. Vis hoc experimento agnoſcere?
2.Co. 1 Audi Paulũ dicentẽ, ſupra modũ graua-
ti ſum⁹, ita ut tæderet nos ẽt uiuere. Vis
videre refectionem? 2. Cor. 1. Bñdictus
B Deus, & pr̃ dñi nr̃i Ieſu Xp̃i, pr̃ miarũ,
& Deus totius conſolationis, q conſolať
nos in oĩ tribulatione nr̃a, ut poſſim⁹ &
ipſi conſolari eos, q in oĩ preſſura ſunt.
En fontem illi cõceſſum, quo ſe, & alios
Iud. 16 conſolari poſſit. Sicut Sanſoni poſt uicto
riam inimicorum fons datur in refrige-
rium. Non ſiccum pctõre agitur, ſed in
via derelinquitur, non eſt, q eũ reficiat:
derelinquit eum mundus, ſicut Amale-
chites ſeruum ſuum. Duo latrones ĩ cru-
ce ſunt, alter lætus, q a Xp̃o ꝓximus, q a
Ma. 27 audiuit: Hodie mecum eris in paradiſo:
C alter mærens, & deſperatus. hi iuſtũ, &
impiũ tribulatos oñdunt. Hoc ergo pri-
mũ malum eſt aquarum Samariæ, ꝙ pu
teus altus eſt, difficile hauries, à Deo ue-
rò facile obtinebis aquam uiuam. Poſtu
Iaco. 1. let à Deo, q dat oĩbus abundãter, & non
improperat: non. n. minuitur hæc aqua,
ex eo, ꝙ multis detur: non ſe impediunt
iuſti, ſicut in mundo, imo ſe iuuãt. Scd͂m
verò malum eſt, ꝙ puteus eſt Samarita-
norum. Si delectari in mundo uis, pecca
Iud. 12 tor eris. Iuxta aquas has milites ſunt Ie-
Iudi. 7. phte, trucidantes Ephratæos, i. abundan
tes, q illac tranſire volunt. Et queãdmo-
dũ Holofernes milites poſuit iuxta fon-
tes Bethuliæ, ut occiderent eos, qui aquã A
vellent haurire, ſic dæmones in delitijs
latent, ut interimant eos, q ad eas acce-
dunt. Nouit dęmõ ad delectationes oẽs
tendere, ibi retia ſua ille tendit. Ideo 1. Io 1. Io. 2.
an. 2. Nolite diligere mundum, nec ea, q̃
in mundo ſunt: quia ſi qs diligit mundũ
non eſt charitas pr̃is in eo. Hac rõne prę
cepit Deus Gedeoni eos reiicere milites, Iud. 7.
q ad aquas, quaſi bruta ſe ꝓijciebãt. Iſa. Iſa. 5.
5. Vę, q conſurgitis mane ad ebrietatem
ſectandã, & potandũ vſq; ad ueſperam,
tympanum, & tibia, & lyra in conuiuijs
ur̃is. Vbi Hier. ait: Harmonia illa ſigni- Hiero.
ficat mundi delectationes, quib. ꝓximus
eſt Dei deſpectus. Vt patet Dani. 3. cum Dan. 3
audiebatur harmonia oĩs gñis muſico- Luc. 6.
rum, nũc oẽs adorabãt ſtatuã. Væ uobis,
q ridetis, qm̃ flebitis. Caue a delectatio-
ne terrena: aqua mortifera tibi eſt, q̃ dæ-
mõ ueneno infecit, ut te interimat. Sed
obijcis, aliqui fuerunt in mundo diuites
magni, & uitã duxere fœlicẽ, & tñ Deo B
grati extitere. Caue adhuc periculum, q a 2.Reg.
maximum eſt. Magno cum periculo ad 23.
Dauid aqua ciſternæ Bethlehem allata
eſt, q̃ ille bibere noluit, ſed libauit eam
dño. Sic tu hãc bibere aquã fuge, licèt ali
q ſine pctõ eã epotauerint. Leui. 10. Na- Leu. 10
zaræi uinũ nõ bibebãt, nec aliqd, ꝙ eos
poſſet inebriare, i. delectationẽ mundi:
ſed q̃ obſecro ſtultus ille eſſet, q ut ſitim
extinguat, aquã biberet ueneno infectã?
Hæ delectationes ſunt Nili aquę, in qua- Simile
plures cocodrili, q accedẽtes interimunt.
Ideò Aegyptij canes nullibi in flumine C
cõſiſtunt, vt aquã bibãt, ſed cũ parũ hau-
ſerint aquæ, cõtinuò recedunt. Quid tibi
uis ĩ via Aegypti, ut bibas aquã turbidã? Hie. 2.
Hoc Siſarę lac, quo obdormit ĩ interitũ.
Hanc aquã biberũt Sodomitæ, & perie-
runt: Salomõ, & dedit maculã in gloriã Iud. 4.
ſuã: mundus vniuerſus, & aquis diluuij Ge. 19.
perijt. Et tãdẽ, q biberit ex aqua ſitiet ite Ecc. 47
rũ. Eccl. 26. Sicut uiator ſitiẽs ad omnẽ Gen. 6.
fontẽ os aperiet, & ex oĩ aqua ꝓxima bi- Ecc. 26
bet: nõ. n. ſitim extinguit, ſed auget. Quę Can. 4.
re ergo à Xp̃o aquã uiuã: ille eſt fons hor
torũ, pute⁹ aquarũ uiuẽtiũ: illã facile hr̃e Ioan. 7
poteris. Qui ſitit, ueniat me, & bibat illa
mundat animam. Ezech. 36. Effundam Eze. 36

Digitized by Google

A ſuper uos aquam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis ueſtris. Iuſtus lignum eſt plātatum ſecus decurſus aquarum, ꝙ fructum ſuum dabit in tpe ſuo. Hunc aperit ille puteum pp Rachel,i.in
Eſa.12 conſideratione diuinorum. Haurietis aquas ibi in gaudio de fontibus Saluato-
Ge.30. ris. In his aquis uidebis decorticatas uirgas,quibus diuerſos concipias fœtus. Hic uidebis Chriſti multiplices uirtutes,qua imiteris.

[Et nunc,quē hēs,non eſt tuus:] Vide ſignum electionis huius mulieris, Audit Chriſti increpationem, & eā proficit.
Pro.15 Prou.15. Stultus irridet diſciplinā patris ſui,qui autem cuſtodit increpationem,aſtutior fiet. Et paulo inferius addit: Au-
B ris,quæ audit increpationes uitæ,in medio ſapientium commorabitur,qui abijcit diſciplinam deſpicit animam ſuam, qui autem acquieſcit increpationib. poſſeſſor eſt cordis. Hæc, quæ dicta ſunt in
2.Reg. electis uidere licet. Peccat Dauid, & in-
12. crepatur a Nathan. Et iterum ab alio ui-
Eſa.39 dente,& continuo compūgitur,& dicit: Peccaui. Ezechia ſimiliter ab Eſaia correctus eſt. Licet quiſquam maximus ſit peccator,ſi increpationem non reijcit,ſalutis ſignum habet. Ponderat, & meritò Hier.illud Amos 3. Quo ſi eruat paſtor
Hiero. de ore leonis duo crura, aut extremum
Amo.3 auriculæ,ſic eruentur filij Iſrael, eruitur .n.is,qui auriculam habet ad audiendū, licèt deuoratus uideatur à leone. Contrà uerò reproborum ſignum eſt, nolle in-
C crepari. Sic Cain increpationem reiecit
Gen.4. Dei. Sic Saul increpationem Samuelis.
1.Re 15 Prou. 12. Qui odit increpationes, inſi-
Pro.12 piens eſt, & Prou. 15. Doctrina mala de-
Pro.15 ſerentium uiam uitæ. Qui increpationes odit, morietur, laborant iſti infirmitate; quę dicitur: Noli me tangere,de quā alibi,de quibus dicitur: Tange montes,&
Pſ.143 fumigabunt. Inter hos meritò numeran-
1.Re.2 tur filij Heli, qui increpationem patris non ſuſceperunt, & in bello miſere perierunt. Samaritana verò Chriſti audita increpatione hydriam relinquit,ad ciuitatem currit: Apoſtola Chriſti efficitur: Samaritas ad Chriſtum ducit, ſe correxit,& alios docuit,&c.

Dominica IIII. Quadrageſimæ.

Abijt Ieſus trans mare, &c. Ioan. 6.

A Inter alia plura,quæ dæmon mendacij parens, falſo hoībus perſuadere ſtudet,illud potiſſimum eſt,uirtutem oīno inſipidam eſſe,aſperamque nimium, viam verò vitiorum dulciſſimam, & oī plenā voluptate, vt ſic à virtutes uia homines deterreantur, & in uoluptatis uiā
Simile declinent. Sicut qui ab ingreſſu,& habitatione alicuius regionis alios ueller deterrere, vt in aliā abduceret, illā diceret
Ge.13. aſperam,horridā,aridam: hanc verò vberem,pulchram,& delicijs plenam: ſic cum optio data eſſet Loth,ait ſcriptura:
B Eleuatis oculis uidit omnem regionem Iordanis, quæ irrigabatur ſicut paradiſus Dei,& ſicut Aegyptus venientib. in Segor,& eam elegit. Hanc inſignem falſitatem dæmon illis perſuaſit, de quibus Machab.1. In illis diebus exierunt ex Iſ-
Mac.1 rael viri iniqui,& ſuaſerunt multis dicētes: Eamus,& diſponamus teſtamentū cum gentibus, quæ circa nos ſunt, quia ex quo receſſimus ab eis,inuenerunt nos multa mala. Et illi, qui loquuntur per Hiere.44. Et eo autem tpe, quo ceſſauimus ſacrificare Reginę cœli(erat hæc Ve-
Hie.44 nus)indiguimus omnibus,& gladio,& fame conſumpti ſumus. Hoc idem omni peccatori ſuadet dæmon,quem uitijs detinet,ꝙ ſic delectari ſe credat,& ſi virtutis uiam non amplectitur,non eo eſt, ꝙ
C honeſtior,& vtilior non ſit,ſed quod credat delectabilem non eſſe. Hac verò perſuaſione adhibita facile dæmon hominē tenet. Tanta.n.eſt in delectationem hominum propenſio,ut quāuis hoc bonum infimum ſit, neſcio, qua rōne maxmè nos trahit,adeò ut auctor naturę delectationem appoſuerit operibus alioqui neceſſarijs,ne negligātur. Eſt.n. delectatio eſca,qua trahimur,& inecamur. Hac ēt ratione à perfectionis uia plurimos dæmon deterret,ſuadens illam iniucūdam, inſipidam,& aſperam. Sed hæc inſignis eſt falſitas. Qđ ut Xp̄s oſtendat,hodie ſequentib. conuiuium parat,quo ſaturentur,

A tur, ut noueris non tibi delectationem de
futuram, ſi X pm ſequi uolueris. Et ratio
nes id manifeſtè docent. Primò, per vir-
tutem Deũ poſſides, q eſt vle bonũ, nul-
lum ergo tibi deeſſe pôt. Venerunt, inqt
Sap. 7. mihi oĩa bona pariter cum illa, ſ. cũ diui
Simile na Sap. Vñ ſicut vnus Sol diẽ efficit cla
rũ, ac lætum, oẽs verò ſtellæ noctẽ tene-
broſam, ac triſtem: ſic Deus ſolus cũ ab
hoĩe poſſidet, diem ei præſtabit: oĩs verò
creatura, ſi adſit, noctẽ duntaxat, Deus
.n. Sol eſt, & oĩs creatura ſtella parua.
Tanta uerò in Deo delectatio eſt, ac dul
cedo, vt cum eam ſancti deguſtauerint,
Ma. 25 nec oĩno eã capere poſſint, intrãt in gau-
dium dñi ſui, quaſi in illo mari enatãtes
B piſces. Et adhuc tãta eſt diuina dulcedo,
ut niſi Deus illa frueretur, ac ipſe eã ex-
hauriret, exhauſta nullo modo maneret
etſi oĩs creatura ipſius particeps fuiſſet.
Pſ. 53. Nõ ergo deeſſe pôt delectatio Deũ poſſi
dẽti. Guſtate, & uidete, qm̃ ſuauis ẽ dñs.
Sedò id manifeſtè oñditur, qm̃ proui-
dentia Dei circa ſupernaturalia, & gra-
tuita, multo maior eſt, q̃ circa naturalia
qa ſupernaturalis uita multo eſt excellẽ
tior, atq; adeò ꝑſtantiori indiget ꝓuidẽ
tia. Vñ ad naturalem conſeruandã uitã,
dedit panẽ, & uinum, ad ſupernaturalẽ,
corpus ſuum, & ſanguinẽ: naturalia uno
verbo cõdidit, ſupernaturalia tot labori
bus, ſanguine, ac uita ꝓpria. Cum ergo,
vt naturales operationes nõ deſerantur,
delectationes adhibuerit maximas, cum
C virtutis opera ꝑcipuè ille a nobis præſtari
deſideret, & circa hæc tãto maior ſit eius
ꝓuidentia, ſine dubio in his poſuit dele-
Pſ. 30. ctationes maximas, ac ꝑcipuas, ne a no-
bis deſpicerẽtur. Hic Pſ. ait: Quã magna
multitudo dulcedinis tuæ dñe, q̃ abſcon
diſti timentibus te. In huius verò rõnis
confirmationẽ, illud addi pôt, ſi hõ adeò
dulcis, ac ſuauis oĩbus eſſet, vt beſtias do
mus ſuæ uellet ſuauitate, ac delicijs per-
frui, ſeruos ſuos nimiũ uelit delectari, nũ
quid hic hõ filijs dilectiſſimis delectatio
Sa. 12. nes negabit? q ſeruis, & brutis ſuauis eſt
inſuauis filijs eſſe poterit? Merito Sapiẽs
ait: O q̃ ſuauis eſt dñe ſpũs tuus ĩ oĩbus,
qui ut dulcedinẽ tuã in filios demonſtra
res, brutis delectationes conceſſiſti pctó-
rib. ſeruis eas nõ negaſti, qũo alijs nõ cõ A
cedes? Inuitat Ioſeph oẽs fratres ſuos, & q
ꝓditores, ſed Beniamin, q̃ eũ non uendi
dit, quinq; partib. ſuperiorẽ facit. Ge. 43.
Hoc ſignãre X ps uoluit conuiuio hodie, Ge. 43.
exhibito, q per Eſ. 65. dr̃: Ecce ſerui mei, Eſa. 65.
comedẽt, & uos eſurietis: ecce ſerui mei
bibent, & uos ſitietis: ecce ſerui mei læta
buntur, & uos confundemini: ecce ſerui
mei laudabunt præ exultatione cordis,
& vos clamabitis præ dolore cordis, & ꝑ
contritione ſpũs ululabitis: & dimittetis
nomẽ ueſtrum in iurm electis meis, ut iu
rẽt. Talia mihi faciat Deus, qualia illi pec Pſ. 67.
catori. Et Pſ. Iuſti epulent, & exultẽt in Pſ. 117.
cõſpectu Dei, & delectẽtur in lætitia, &;
Vox exultationis, & ſalutis in taberna-
culis iuſtorũ. Qd ſi rõnib. nõ acquieſcis, B
illud interroga ab his, q uiã iuſtitiæ pam
bulant, & expertis crede. Dan. 1. Dixit
Daniel ad Malaſſar. Tenta nos obſecro Dan. 1.
ſeruos tuos diebus decẽ, & dent nobis le
gumina ad ueſcendum, & aqua ad bibẽ-
dum, & contẽplare uultus nr̃os, & uul-
tus puerorum, q ueſcunt cibo regio, &
ſicut uideris, facies cum ſeruis tuis. Poſt
dies ãt decẽ apparuerunt uultus eorum
meliores, & corpulentiores præ oĩb. pue
ris, q ueſcebant cibo regio. Hoc ſine du
bio tibi continget, ſi Deo adhærere uo-
lueris, perquire hoc, qd audiſti a iuſtis, ꝑ
fectiſq; viris, dicentq; illud Pſ. Melior eſt,
dies una in atrijs tuis ſup millia, &; Veni Pſ. 83.
te, & audite, & narrabo, oẽs, qui timetis Pſ. 65.
Deum, quanta fecit aĩæ meæ. Si ergo vi- Simile
dens amicum diuitẽ breui effectum, in- C
terrogas, quib. negotiis ditior factus es,
& audiens, iis incumbis, ut diues euadas,
nunc ergo audi; Guſtauit, & uidit, quo-
niam bona eſt negotiatio eius: in opere, Prou. 31.
ipſius modicum laborabis, & citò edes. Eccl.
de generationib illius.

Vt hæc Chriſtus oſtendat, hodie con-
uiuium ſe ſequẽtibus parat. Sed ut illud
exhibeat: [Abiit trans mare Galilææ, &
ſequebatur eũ multitudo magna.] Ma-
re ſua amaritudine pœnitentiam ſignifi Exod. 14.
cat. Primum quod Iſrael egrediens ex
Aegypto offendit, mare eſt, quod pertrã
ſeundum fuit, quo omnes pereunt Ae-
gyptii. Primum peccatori peragẽda pœni
tentia

Digitized by Google

A tentia eſt, qua uniuerſa peccata pereūt.
Pſ.76. Pſal. In mari via tua, & magna eſt velut
Thr.2. mare cōtritio tua. Hoc mare pertrāſiuit
Ma.27 Petr⁹, cū fleuit amare. Magdalena cū la-
Luc.7. chrymis capit rigare pedes eius, & Da-
Pſal.6. uid, cū ait. Lachrymis meis ſtratū meū
Iob.3. rigabo. Et Iob, Anteq̄ comedā, ſuſpiro,
Can.7. & quaſi inundātis aquę ſic rugitus mei.
3.Reg. Et ſponſa laudat: Oculi tui ſicut piſcinę
19. in Heſebō. Hoc ēt ſignificauit Elias, dū
4.Re.5 ligna cōcidit, ſacrificium cōpoſuit, & po
Augu. ſtea ter aq̄ miſit, uniuerſa aqua implens.
In his aquis mundatur lepra Naaman.
Orationē pulchrā, nobiſq. maximè con
uenientē pfundit. Augu. in Soliloquiis,
petens a Deo vim maximā lachrymarū
vt ſatietur lachrymis, vt ſtratum irriget
eis, ut mare fiat lachrymarum, ut omni-
B no abluat peccatorum ſordes. Digna
Chriſtiano oratio hæc, peccatorique con
ueniens, ut non una ei ſit lachryma, ſed
Hie.17 dicat: Quis dabit capiti meo aq̄, & ocu-
Pſ.10. lis meis fontē lachrymarū, ut deficiat in
dolore uita mea, & anni mei in gemitib.
Sed obijcis mihi: Nunc dicebas maxi
mā ineſſe delectationē virtuti, & ſtatim
dicis: Amarū mihi mare pertranſeundū,
an non hæc inter ſe aduerſantur? Abſit.
Imò ex hoc facilè colliges ſūmā uirtutis
dulcedinē, cū lachrymæ iſtæ amaræ dul
ces ſint. Sic eas ſācti dicūt dulces lachry
mas. Nō hoc mihi credas, ſed tibi deplo
ra peccata tua. In mari hoc ſit uia tua,
& ſemitæ tuę in aqs tuis. Satiare lachry
mis, & cōtinuo conſpice cor tuum, vide-
C biſq; illud lætitiæ plenū, qetū, trāquillū,
cœleſte. Cōfer cor tuū, cū ploraſti pecca-
ta, cū eodē corde, cū delicijs te tradidiſti;
& uidebis multo meli⁹ ſe habere lachry
mis, q̄ uoluptate, & è lachrymis emerge
re lætū, cātanſq; Deo cāticū nouū, ſicut
Exo.14 Iſrael, cū exiuit mare Rubrū, decātauit:
Cantemus dño glorioſè. Et ex hoc colli
ge, quāta ſit dulcedo uirtutis, cū amarum
illius dulcius ſit oī dulcedine uitiorū. In
grederis nouē regionē, proponiturq; tibi
primū cib⁹ amarus illius, & guſtās illū,
Simile aīs: Dulcior hic cib⁹ eſt oīb. cibis dulciſ-
ſimis, quos guſtaui, īde colligere. Dulces
tibi regionis huius, q̄ dulces erūt, ſi ama
rus ſic dulceſcit, Si ei ꝙ amarum uirtutis
eſt, tāta inſita dulcedo eſt, qualis obſecro A
ſuauitas inerit ī his, q̄ dulcia virtutis ſūt.
[Cū ſubleuaſſet oculos.] Dulciores, Hier.7
q̄ ulla mater habeat. Fęlix tu, ſi qñ Deus
oculos ſubleuat, te inuenit occupatū in
his, q̄ Dei ſunt: tūc.n. reſpicet ſine dubio
te, vt multa tibi bona cōferat. Si uero te
occupari uideat in peccatis, quid faciat?
Ad Hier.7. loquit. Nōne uides, q d iſti fa
ciūt in plateis Hieruſalē? Filij colligūt li
gna, patres ſuccēdūt ignē, mulieres con-
ſpergūt adipē, vt faciāt placētas Reginæ
cœli? Veneri.ſ. Qūo ego beneficia confe Pſ.13.
rā populo, q talia agit: Dñs ergo de cęlo
reſpexit ſup filios hoīnū, ut uideat, ſi eſt
intelligēs, aut reqrens Deum. Auferte er Eſai.1.
go malū cogitationū ueſtrarū ab oculis
meis qeſcite peruerſe agere, diſcite bene
facere, & venite, et arguite me, dicit dñs. B
Si te uidiſſet dñs mare cum Xpo trāſfre
tantem, peccata plorantē, utiq; miſertus
tui, magna tibi bona contuliſſet. Nonne
vidiſti, ait Eliæ, Achab humiliatum co- 3.Reg.
ram me? Propterea, quia fleuiſti coram 21.
me, dicitur Ioſiæ, & ego vidi, ait Domi- 4.Reg.
nus, non inducam mala in diebus tuis, 21.
ſed bona, videbo, & miſerebor.
[Dixit ad Philippum: Vñ ememus pa
nes. Hoc dixit tētans eū.] En curat eos, q
eū ſequunt, ſed qūo tētans eū? Videt.n.
hoc eſſe contra illud Iaco.1. Nemo cum Iaco.1.
tētat, dicat. Qm̄ a Deo tentat. Deus.n. in
tētator malorū eſt, Deus.n. neminē ten-
tat. Rñdet. Duplex eſt tētatio. Alia indu
cens ad malū, & hæc Dei eſſe nō pōt, ut
Iacob. ait: ſed ut ille ait, vnuſquiſq; tētat
a cōcupiſcētia ſua, abſtract⁹, & illect⁹, & C
dæmō dr̄ is, q tētat, & tētator, & oīs, qui
nos ad malū inducit, dæmonis officium
exercet, tētans nos. Alia eſt tētatio in bo
nū, q eſt pbare hoīnē, ut ſibi, uel alijs in
noteſcat, q d ī eo ſit ad ædificationē. Ali
ter.n. inimicus te percutere conatur, dū
cū eo cōtendis, qa id in malū tuū eſt. Ali
ter uerò, q docet te ad præliū, qui gladiū Simile
cōtra te vibrat, ac mittit, nō vt feriat ſed
vt videat, an bene te ptegas, qd ſi fece-
ris, edoctus maneas, & tu, & alij, q te cō
ſpiciunt, ſin minus vt videas inſcitiā tuā,
dicaſq; in poſterum te protegere ab ictu.
Hoc ſecūdo modo tentat Deus, & ſi dr̄
tenta-

Digitized by Google

A tẽtauit Deus Abrahã, ut eius obedientia
Ge.17. oĩb.eſſet nota. Sic tẽtauit Iob. Et deniq;
Sap. 3. tanq̃ aurum in fornace,probauit electos
Deu.8. dñs, q̃m Deus tẽtauit eos,& inuenit eos
dignos ſe. Sic Deut. 8. Et recordaberis
cũcti itineris, per qd adduxit te dñs De⁹
tuus 40. annis p̃ deſertũ,ut affligeret te,
atq; tentaret, & nota fierẽt, q̃ in a otuo
verſabanť, vtrũ cuſtodires mẽdata illi⁹,
Simile an nõ. Sicut lapide ꝓbaťaurũ,& argen
Pſa.25 tũ,an uerũ ſit,ſic tentatione hõ. Vñ Pſa.
Proba me Deus,& tenta me. Sic tentatus Abrahã,inuẽtus eſt fidelis, nos verò
ſæpe ꝓbati aurichalcũ inuenimur , non
aurũ. Sic Philippus inuẽtus eſt modicã fi
des hñs. Eſt De⁹ nr̃ magnus, & magnã
B de ſe fidẽ hr̃i vult , ſicut habuit Abrahã,
Re.4. q in ſpe cõtra ſpẽ credidit,q iõ nobs ꝓpo
Pſa.77 niť in exẽplar. Philippus uerò corde ait
illud Pſ. Nunqd poterit De⁹ parare mẽſam in deſerto ? Sed qua in re Philippus
tentať? In hac certè, vtrũ ex acceptis,ac
viſis X̃pi mĳs, ac miraculis ſciat ſperare ſimilia. Pĳ .n. ex his,q̃ acceperunt a
Deo bñficĳs,erudiunť,ut alia ſperẽt. Sic
Ge.24. Abrahã Gen. 24. cũ Eliezer mitteret, vt
ſpõſam filio q̃reret,& ille de rei exitu du
bitaret,fretus Abrahã Dei beneficĳs,nu
tãtẽ ſeruũ his verbis confirmat;dñs cęli,
& terrę, q eduxit me de domo pr̃is mei,
& dixit mihi:Semini tuo dabo terrã hãc
ipſe mittet Angelũ ſuũ tecũ , & accipies
inde vxorẽ filio meo. Et Pſ. Ego dormiui,& ſoporat⁹ ſum,& exurrexi, q̃m dñs
ſuſcepit me. Cum verò uerba p̃teriti tpis
apud Hebręos ſignẽt ẽt futurũ,alĳ vertunt: Ego cubabo,& dormiã,meque excitabo,q̃m dñs ſuſtẽtat me. Dicebat hoc
Pſal. 3. Pſ. Cum fugiebat Abſalonẽ. Quaſi dice-
C ret , non me excitabit Abſalon, ſed ego,
nõ iõ nõ dormiã,quia ille me inſequitur.
Sed unde hoc noſti? Vnde tanta tibi ſecuritas? Q̃m percuſſiſti oẽs aduerſantes
mihi ſine cã . Id eſt,q̃m expertus ſum,te
liberaſſe me de manu Saulis,confido,ab
Pſa.77 Abſalone me liberabis. Sic in Pſ. Attendite popule meus, exhortatur ad diuina
implenda mãdata,dicens: Narrãtes laudes dñi,& virtutes eius, A mirabilia ei⁹,
quæ fecit,ut ponant in Deo ſpẽ ſuam, &
nõ obliuiſcanť operũ Dei. Sed infirmi in
fide erãt Diſcipuli. Ideò Mat. 15. eos re- A
prehẽdit ſolicitos , qd panes nõ ſumpſerint,qd cogitatis inter uos modicę fidei,
qa panes nõ hẽtis,non recordamini q̃nque panũ,& quinq; millium hoĩum, &
quot cophinos tuliſtis ? Neque ſeptẽ panũ,& quatuor millium hoĩum, & quot
ſportas ſumpſiſtis? Ex quo monemur ex
antiq̃s Dei beneficĳs noſſe ſpẽ ĩ eo hr̃e.
In tribulatione es? in neceſſitate? in tentatione? firmã ſpei anchoram tene. Sed
qua ais,rõne innitar? Hac maxima. Cogita tecũ , Deus me de nihilo condidit,
aĩam,& corpus dedit,in Eccleſia poſuit,
fidẽ,gratiam,ſacr̃a conceſſit, ꝓ me hõ factus eſt, ꝓ me crucẽ ſubĳt,quid a tãta bo
nitate non ſperabo? Qui maiora præſtitit,q̃uo minora negabit? Qui tãto ſuo la- B
bore neceſſitatib. meis adfuit,q̃uo nunc
periculo meo deerit, cui ſolo nutu accurere põt? Sed uideor mihi quaſi fabulam
uobis dixiſſe,quis .n. credit, & fidẽti aĩo
eſt in aduerſis,cum ſola ſpe in Deũ fulci
tur,ſine alĳs adminiculis? Sed quod ſum
mè mirandũ eſt,illud eſt,quod cũ huius
ſpei ſolatio tã ſimus deſtituti in aduerſis:
ſed vt peccem⁹,hac ſpe maximè utimur.
Et ad hoc ſolũ magnificamus diuinam
mĩam , q̃ anguſtamus , ut in neceſſitate
ſperemus. Audi rẽ mirabilẽ: Indiges centũ aureis nũmis,non ſperas eos a Deo te
accepturũ,ſi iuſtus fueris,& furaris eos,
ſperãs a Deo veniã pc̃ti , & pc̃ti ueniam
ſperas, a quo nõ ſperas nũmos,qd inſanius? Interroga ab uſurario qd furaris?
Rñdet; Eſt mihi neceſſitas, Deus ignoſcet mihi. Stultè,ſi Deũ adeò miſericordẽ dicis,ut tibi inimico g̃ram,& veniam
tribuat,cur nõ magis fidis,tibi daturum C
nũmos neceſſarios, ſi iuſtus fueris,& ab
eo petieris ? Miſericordẽ Deum facis ad
ignoſcendũ, & crudelẽ ad ſubueniendũ
inopiæ tuę? Si tãta tibi apparet Dei mĩa,
vt rẽ p̃tioſiſſimã ab eo ſperes, qualis gr̃a
& gloria eſt , q̃uo viliſſima non ſperas ?
Miam Dei iactas ut liberè pecces, & nõ
vt ei fidẽs,ei ſeruias? Audi Pſ. Nolite ſpe Pſa.61
rare in iniq̃tate,& rapinas nolite concu
piſcere. Q̃uo tibi erit ꝓſperum,quod ini
què agis, cũ ſine Deo nihil ſit proſperũ ? Simile
Quid aliud agis , q̃ Deo veluti ſcabello
pedum

A pedū uti, vt id pertingere valeas, qđ con
cupiſcis. In Deo ergo fide, & dic: In pa-
ce in idipſum dormiā, & requieſcā, qm̄
tu dñe ſingulariter in ſpe cōſtituiſti me.
[Accepit pane, & gr̃as agens. Saturā-
tur oēs, & colliguntur duodecim cophini
fragmētorum. Qua in re multa nobis cō
ſideranda ſunt. Primū illud ſit, quanta
mīa Deus ſubueniat neceſſitati illi, q̄ qs
incurrit, vt Xp̄m ſequať. Sequuntur hi
Xp̄m, in neceſſitate ſunt, ad Chrm̄ res
hæc ſpectat, eis ille cibū præſtat. Videt ſe
Suſanna in ſummo diſcrimine, eo quod
Dan.13 noluerit Deū offendere. Erat uerò cor
eius fidens in dño. Ad Deū hæc cā perti-
net, eā ille liberat p Danielē. Similis fuit
Ge.39. cā Ioſeph i carcerē traditi, qa pueræ fœ-
minæ noluerit aſſentiri, a Deo liberať,
B adiutor Deus eſt in oī tribulationes ſiue
eam naturali neceſſitate incurramus, ſi
ue ēt in eū peccantes, in eā inciderimus.
Ionę.3 Vt manifeſtum fuit in Iona, cui ēt inobe
dienti in tribulatione adfuit, eumq; eri-
puit, q̄uis peccans, & a Deo fugiens in pe
riculum, & diſcrimen adductus fuerat.
Pſa.43 Maximè uerò accurrit ei, q Dei cā tribu-
lať. Hinc Pſ. Propter te mortificamur to
ta die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſio-
nis, exurge dñe, adiuua nos, & redime
nos pp nomē tuū. Nec id tm̄ bonitas in-
finita Dei p̄ſtat, ſed & oīs hō probus, cū
videt aliquē tribulari ſui cā, ei accurrit,
Ioſ.1. ut Ioſue Gabaonitis, quāto potius Deus
nr̄. Felix ergo tribulatio, q̄ incurris, ne
Deū offendas; ad Deū hęc ptinet, ille ti-
bi aderit ꝓculdubio. Scdm̄ hac in re con
ſiderādū eſt, qm̄o multiplicētur panes in
Xpi manibus: qm̄o ſuba creſcat, cum in
eleemoſynā datř. Sic uidua Eliæ dat pa-
C tū panis, & ei multiplicať in victū. Hinc
3.Reg. Paul. Pietas ad oīa utilis eſt, promiſſio-
17. nem hn̄s huius uitæ, q̄ nunc eſt, & futu-
1.Ti.4 ræ, iō mīa oliuæ cōparatur, quę ſp uiridis
eſt, & folia retinet ēt in hyeme. Sic.n. mi
ſericors hoc tpe, & futuro accipit retribu
tionē, folium eius nō defluet, & oīa quæ
Simile cunque faciet, ſp proſperabuntur. Hinc
Pſal.1. Prou.3. Honora dñm de ſuba tua, & im
Prou.3 plebuntur horrea tua ſaturitate, & tor-
cularia vino redundabunt, & Prou. 11.
Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt,
alij rapiunt nō ſua, & ſp in egeſtate ſūt. A
Hoc ergo ſit tibi conſilium: Filium non Pro.11
hēs, Deus tibi filij loco ſit. Pauperes ſint
tibi filij, Deū cogita filiū, & qđ filijs eras
relicturus, pauperib. da: ſic Deus hæres
erit bonorum tuorum. Eſto in Deum di
ues. Sed ais: Filij mihi ſūt. Add filijs tuis
alterū filium, Deū, ſ. quod alteri filio da-
turus eſſe, Deo da in pauperibus. Et con
fide, qđ filius hic nō te faciet pauperem,
ſed diuitē. Et tandē quemadmodū ſunt Simile
arbores, q̄ in immenſum creſcunt, nec
vllum fructū dant, & hæ igni ſunt aptæ:
ſunt verò aliæ fructiferæ, q̄ augmēto ſuo
modum ponunt, & continuò ut parum
excreuerunt, fructificant alijs, ſic oīs ar- Mat.3.
bor, q̄ non facit fructū bonū, excideť, &
in ignem mitteť, quia augmēto ſuo ſem-
per ſtudent, ſibi ſolum creſcunt. Hmōi
diues ille erat, qui loquitur in Euāgelio:
Habes aīa mea in annos plurimos, epu B
lare, & gaude. Oīa aīæ ſuæ reſeruabat, Luc.12
ideò maiora horrea conficere ſtudebat.
Contra uerò facit, qui diues eſſe vult in
bonis operibus, q ſibi neceſſarijs conten
tus eſt, reliqua pauperib. largiens. Hic in
Deum diues eſt, alij diuites mūdo ſunt;
ſimiles Nabal Carmelo, qui ait. 1. Reg. 1. Reg.
20. Quis eſt Dauid, aut quis filius Iſai. 25.
Tollā ergo panes meos, & aquas meas,
& carnes pecorum; q̄ occidi tonſoribus
meis, & dabo viris, quos neſcio, vñ ſint?
Hęc loqtur, qui de mūdo eſt, q diues in
mundo eſt; neſcio ergo Xp̄m, qs eſt pau-
per, ut dem ei cibū? Cui ergo ſeruas illū?
Tonſorib. inqt, meis. Quis tonſor tuus?
Ludus, muliercula, uanitas: hi ſunt ton-
ſores tui, hi tondent te: his ſeruas ſubam
tuā, non Deo. Contrà ille faciebat prin-
ceps, de quo Raphael Volater. lib. 3. ſuæ Volat.
Geographiæ, quē interrogauerunt lega- C
ti aliorū principū, an ei eſſent uenatorij
canes, rñdit, eſſe ſibi plurimos oñdit ue-
rò eis multitudinē pauperū diſcūbētium
in domo ſua, & ait: Hi ſūt canes, q b. glo
riā me uenaturū ſpero. Tertiū uerò hac
ī re expēdēdū eſt, Xp̄m panes diuidere,
& diſcipulis tradere, illi uerò turbis. Hic
panis doctrina cęleſtis, de qua dr̄: Ciba-
bit eū pane vitæ, & intellectus. Cuiq; ve Ecc.15
rò ꝓ ſtatuū diuerſitate panis hui? panis
diſtri-

A diſtribuenda eſt. Alter.n.admouẽdi sũt
Greg. hi,alter illi,ut Greg.in Paſtorali effecit.
1.Ti. 2 Solicitè aũt cura te ipſu m ꝑbabilẽ exhi
bere Deo.(ait Paulus diſcipulo)operariũ
inconfuſibilẽ, rectè tractantẽ uerbũ ue-
ritatis. Verbũ Græcũ,ꝙ ibi ponit̃,ſignifi
cat rectè diuidentẽ verbũ veritatis. Audi
Tit. 2. Paulũ hoc p̃ſtantem ad Tit.2. Tu aũt lo
quere, q̃ decent ſanã doctrinã,tenes, vt
ſobrij ſint, pudici,prudentes. Anus ſimi
liter in habitu ſancto,non criminatrices
non multo uino ſeruiẽtes,bene docentes
adoleſcentulas,vt viros ſuos amẽt, filios
ſuos diligãt,prudẽtes,caſtas,ſobrias,do-
mus curã habentes,ſubditas viris. Iuue-
nes,ut ſobrij ſunt. Seruos dñis ſubditos
B eſſe,nõ cõtradicẽtes,nõ fraudãtes, ſed in
oĩbus fidẽ bonã oſtendentes,ut doctrinã
Saluatoris nr̃i Dei ornent in oĩbus. Sic
& Baptiſta Ioãnes panẽ diuidebat,cũ di-
ceret militibus: Cõtẽti eſtote ſtipẽdijs ue
Luc. 3. ſtris,neminẽ cõcutiatis. Publicanis: Ne
minẽ defraudetis. Diuitibus: Qui habet
duas tunicas,det unã nõ habenti. Vis er
go partẽ panis tibi ſumere? Vide,q̃ ſtatũ
tuũ deceant,uide, q̃ tibi maximè neceſſa
ria ſunt,& illa ex concione decerpe.

Sed ultimò in hoc Xp̃i conuiuio illud
conſiderãdũ eſt, Euchariſtiã ſignificare,
Audi initium Miſſæ. Lętare Hieruſalẽ.
Non Babylonẽ inuitat ad gaudium, ſed
Hieruſalẽ: nõ peccatores,ſed iuſtos. Sed
qũo ad gaudium tã citò inuitamur? An
nõ paulo ante dicebat nobis. Conuerti-
mini ad me in toto corde ueſtro, in ieiu-
niu,fletu,& plãctu? Hoc eſt diuinũ inge-
niũ,uelle cõtinuo lętificare plorãtes. Sed
C qa eſſe nõ põt pfecta oĩno, ac cumulata
lætitia ſine conuiuio, cõuiuiũ Xp̃s eis pa
rat,ꝙ Euchariſtiã ſignificat. Ab hoc.n.
miraculo panis ſumpſit Xp̃s occaſionẽ
de Euchariſtia agẽdi, & ideo ſe q̃rẽtibus
ait: Operamini,non cibũ,q perit,ſed qui
pmanet ĩ uitã æternã. Et cõtinuo addit:
Caro mea verè eſt cibus. Sed qũo tanto
conuiuio digni erimus? qua p̃paratione
Ariſt. ornabimur? Ariſto. doctrina eſt: Actus
actiuorum ſunt in patiẽte diſpoſitio. Sed
taceant nunc Philoſopbia,& illud dicat
1.Pa.2 David 1. Paralypom. 29. Grande opus
eſt,ſed non hoĩ præparat̃ habitatio, ſed
Deo. Grãdis exigit̃ domus Deo tãto, ſed A
dæmon hãc p̃parationem iã exaggerat,
ut te deterreat a cõione: iã facilẽ reddit,
vt nõ diiudices corpus dñi. Doctrina er-
go uera eſt: duplex eſt pręparatio,alia ne
ceſſaria,alia cõuenientior,& copioſior. 1.Co. 11
Neceſſaria eſt illa,q̃ Paulus explicat di-
cens: Probet aũt ſeipſum hõ,& ſic de pa-
ne illo edat. Sed ais: Cibus comedendus
ꝑbãdus eſt,non hõ comedens. Pincerna
cibũ ꝑbat comedẽdũ,non dñm qui eſu-
rus eſt,hic uerò dr̃,probet ſe, q comeſtu
rus eſt. Ratio eſt,qa in conuiuio: licet tu
Deũ comedas, ſed magis te Deus mãdu
cat. Nõ tu me vertes in te,ſed ego te uer-
tã in me,ait Auguſtinus,ideo tu ꝑbãdus
es,non Deus. Sicut.n.tu mutas cibũ in B
te,ſic in Euchariſtię cõuiuio mutãdus tu
es in Xp̃m,nõ Xp̃s in te. Sed qũo me ꝑ-
babo? Rñdet Cõcil. Trid. Bene cõfitere.
Hoc ergo tecum primũ delibera, ut nu- Conc. Trid.
meris oĩbus abſolutã facias confeſſionẽ.
Hoc eſt mare cum Xp̃o tranſire, priuſq̃ Simile
cibum capias. Solet eſſe qſpiã malis hu-
moribus plenus,nec medela ulla ꝑficit.
Dicunt medici. I in mare,& illud ingre-
dere, & illa fluctuum agitatione cõmo-
uebunt̃ humores,& purgationem facies
ſaluiferam. Sic tibi ad mare pœnitentię
eundũ eſt,vbi purgationẽ facies delicto-
rum. Audi Pſalmum hoc dicentẽ. Aſcen Pſ. 106
dunt uſq; ad cœlos, deſcendũt aſque ad
abyſſos: aĩa eorũ in malis tabeſcebat. Vt
rectè confitearis, hoc mare ingredere,
aſcende uſque ad cœlos, uidens Deũ tibi
iratũ, iudiciũ eius tremendũ,gloriã, quã
amiſiſti. Deſcende ad abyſſos: conſide C
ra ſepulchrum,mortẽ,infernum,& tunc
aĩa tua tabeſcet,& rectè confiteberis: e-
uomes ore peccata,& bene tibi erit?

Sed eſt adhuc alia diſpoſitio copio-
ſior, atque perfectior,cum, ſcilicet, non
ſolum a peccato liber accedis,ſed cõſide-
ratione diuinæ bonitatis inflammatus,
Chriſtum eſuris vehementer. Anima e-
ſuriens cibo ſumendo aptiſſima eſt. Cõ-
ſidera, quis Deus tuus ſit: qm̃ totus eſt
deſiderabilis,totus bonitas,totus dulce-
do. Qñ inter homines cõuerſatus eſt,ac-
cedebat ad eum cæcus,domine, dic,ut vi
deã,& ille,reſpice. Alter, leproſus ſum,
& il-

Digitized by Google

A Ioel 2. Zelatus eſt dñs terram ſuã. Quia
ergo Nahum Deũ iratum voluit oñdere Aſſyrijs, cauſam aperit, quia zelator,
& æmulator eſt, iõ uehemẽter in uos iraſcit, qa in eius populum crudeles extitiſtis, & in eius calamitate rabiem vĩam
Zach. 1 ſatiaſtis. Simile eſt illud Zach. 1. Zelatus
ſum Hieruſalẽ, & Sion zelo magno, &
ira magna ego iraſcor ſup gẽtes opulentas, quia ego iratus ſum parũ, ipſi verò
Eſa. 10 adiuuerũt in malum. Et Eſa. 10. de eiſdẽ
Aſſyrijs, plus q̃ dñs voluerat in Iudæos
ſęuiẽtib. & ſuis uirib. victoriam ſuperbe
tribuẽtib. Væ Aſſur virga furoris mei,
& baculus ipſe eſt, in manu eorum indignatio mea. Ad gentẽ fallacẽ mittã eum
& contra populũ furoris mei mandabo
illi, ut auferat ſpolia, & diripiat pdã, &
B ponat illum in cõculcationẽ, quaſi lutum
platearum. Ipſe aũt nõ ſic arbitrabitur,
& cor eius nõ ita æſtimabit; ſed ad contendẽdum erit cor eius, & ad internecionẽ gentiũ nõ paucarũ. Ijs uerò oib. oſtendit Dei in ſuos ſingularis dilectio, & ira
in eorũ pſecutores. Ideoq; maximè cauẽdum eſt a pſecutione bonorum, quia, vt
ipſe teſtatur: Qui uos tagit, tangit pupil-
Zach. 2 lam oculi mei. De Dei erga nos zelo diximus ſatis; nunc de zelo nĩo erga Deũ
dicẽdũ reſtat, de quo hodie dĩ: Zelus domus tuæ comedit me. Cum. n. duplici in
Deũ amore, ac dilectione feramur, duplici ẽt zelo moueri poſſumus. Nobis diligimus Deũ amore cõcupiſcentiæ, atque
adeò oĩa illa odio, ac ira pſeq tenemur,
Ma. 18. q̃ nobis impedimẽto ſunt, ne tñ bonum
aſſequamur, & eo fruamur. Hoc zelo nobis illud efficiendum, quod Xp̃s monet;
Si manus tua, aut pes tuus ſcandalizat
C te, abſcinde eũ, & pijce abs te, &c. Quaſi
dicat: Quidquid tibi eſt impedimento,
quominus Deo inhæreas, tollẽdũ, & pcul reijciẽdũ eſt a te. Et in hoc ſenſu uerba Xp̃i accipienda ſunt: Qui nõ odit patrẽ, & matrẽ, adhuc, & aĩam ſuam, non
põt meus eſſe Diſcipulus. Sed quia Deũ
Luc. 12 amore amicitiæ diligimus, zelo alio mouendi ſumus in oẽm Dei offenſam, atq;
iniuriam, ut eã ſuſtinere non poſſimus:
ſed maximo afficiamur dolore eã uiden-
Simile tes, & quantũ in nobis fuerit, illã uitare

curemus. Si nec tuum quidẽ canẽ male A
tractari pateris, qũo ęquo animo feres,
Deum inhonorari, & iniuria affici? Audi zelantẽ Pſalmiſtã: Vidi puaricãtes, & Pſ. 118
tabeſcebã, quia eloquia tua non cuſtodierunt, & tabeſcere me fecit zelus meus,
quia obliti ſunt verba tua inimici mei, nihil. n. filius ferre põt. ꝙ ſit contra honorẽ patris. Hic verò zelus in Chĩo maximus fuit, vtpotè a ſumma in patrẽ profectus charitate, hic eam comediſſe dĩ, nã
eũ corroſit; eius cor vulnerauit, & corp⁹
ipſum extenuauit. Quantus namq; Xp̃o
dño dolor fuerit, patris uidere offenſas,
nulla lingua ſufficiet enarrare. Aliqñ ſu- Luc. 11
ſpiciens in cœlum, ingemuit, ſanans ſurdum, & mutum, ſed gemitus ille ſignificauit perpetuum aĩæ ipſius gemitum, &
ſuſpiriũ, ꝙ diuinitatis cęlum offenſum,
& iniurijs affectũ uidit. Hoc zelo, ut re- B
gni pctm̃ deſtrueret, ſeipſum morti libẽter tradidit, & in hunc finem ſanguinẽ
copioſè fudit, nihilq; ſibi durum, & acerbũ putauit, dummodo pr̃is vitaret offenſam, & hunc putauit ſibi oẽm fructũ eſſe, ſi tolleret, auferretq; pctm̃, ꝙ ut ſecũ
crucifigeret, ſe cruci pmiſit, affigi. Et hic
nobis imitãdus zelus ẽ, ac sũmopere curãdũ, vt pctã tum nr̃a, tũ aliena uitemus,
qs. n. filius eſt, qui honorẽ pr̃is nõ curet?
qui offenſã genitoris nõ deteſtet, & auerſet? Hoc zelo accẽſus Phinees ẽ, q coeũtes gladio trãsfigẽs, caſtitati populũ reddidit, & irã Dei irat⁹ placuit, vt Greg. ait
ho. 16. in Eze. Hoc zelo accẽſus Mathathias cũ uideret Iudęum idolis ſacrificãtẽ, doluit, & cõtremuerũt renes eius, & Nu. 25 Greg.
accenſus eſt furor eius ſm̃ iudiciũ legis, 1. Mac.
& inſiliens, trucidauit illũ ſup arã, & ze- 1.
latus eſt legẽ. Et hoc ẽt zelo ardẽti illud C
effectũ eſt in Xp̃o dño, ut ẽt uiolari ea, q̃
patris ſui eſſent, æquo aĩo ferre non poſſet. Hic verò tẽpli pfanationẽ ſuſtinere
ñ valẽs, flagellũ facit ex funiculis, & mẽſas ſubuertit, & quaſi immodeſtè, & furiosè (ſi ſic loq licet) rẽ agit zelo pr̃is cõmotus. Licet nãq; Xp̃s turbatus non ſit,
q nõ paſſiones, ſed ppaſſiones habuit, i
ſe tñ nobis exprimit zeli naturã, de qua
Greg. ait, mentẽ qdem turbare, ſed q a Greg.
charitate pficiſcit, cõtinuo ipſam clario-

rem

Digitized by Google

A larios. Nunc initio pdicationis ſuæ: & ī eius fine cū ramis exceptus eſt. Cum primū illud pſtitit, mitius ſe habuit, q̄ poſtea ſe habuerit, ſed in vtroq; diuina vs⁹ eſt authoritate. Hō nāq; paup, & humilis neutiq̄ poſſet tāta authoritate, ac maieſtate multos hoīes exturbare de tēplo niſi eis timorē incuteret, oſtēdens aliquid terribile in uultu ſuo ex diuina uirtute pcedēs, ex quo factū eſt, ut nemo mutire auſus ſit, ſed è tēplo continuò exirent. In quo facto Xp̄s dn̄s oſtendit ſuę diuinitatis imperiū eo mō, quo cū cōprehenderet, oſtendit eandē, cum ad cohortem uerſus ait: Ego ſum, quo ſolo verbo oēs inimicos pſtrauit. Miraculo ergo tribuendum eſt hoc Chr̄i factum? Sed non im-
Ioā. 18. meritò hoc loco q̄ri pōt, cur in his vitijs corrigēdis nō uſus ſit verbis ſolis, ſed &
B flagellū fecerit, quo expelleret de tēplo nummularios, & reliquos vēdētes, maximè nunc ſuæ pdicationis initio? Rn̄detur, cū Xp̄s in mundū uenit, inuenit hominum aīos torpentes, ac ſopitos, iō illos excitari oportuit aliquo mirabili, & inſolito opere, vt ſic excitati expectarēt nouū aliquid, & inauditum. Hoc.n. facto valde excitatæ ſunt hoīum mentes, eius audirent doctrinam, & qs ille eſſet, conſiderarent, ſicut ēt ortū ſuum horribili infantiū cęde diuulgauit, ut dormiēs mundus euigilaret, & tp̄s aduētus Meſ-
Cyril. ſiæ adeſſe cognoſceret. Cyril. lib. 2. c. 29. aliā huius rei cām adfert. Hoc.n. facto ſignificauit Dn̄s, Iudæos ab Eccleſia reij-
Chryſ. ciendos, & gentes admittendas. Chryſ. terram cām addit. Inſigni, ait, facto ſe oſtendit Dei, & tēpli zelatorē, ut deinde non uiolator diceret legis, ſi ſabbatho
C curaret. Et hoc ēt facto oſtendit Chr̄s, abuſus publicos oīno non tolerandos, ſed eradicādos uerbis duris, & factis ēt, verba.n. ſola parum proficere ſolent, ut inueterata uitia tollant. Flagellum uero cum ſit patris in filium, magiſtri in diſcipulum, domini in ſeruum, imperiū oſtēdit, ac dn̄ium, ſic ergo imperio maximo in uitia prædicator eſſe debet. Hic Pau-
Titū. 2 lus Tito, Hæc loquere, & exhortare, & argue cū oī imperio. Vę terrę, cum plati, & pdicatores flagello carēt, cū uitia non

carpunt cum imperio. Sunt vero pctā aliqua oīno nō ferēda, cōtra q̄ flagello op⁹ eſt. De qua re uide Dn̄icā in Sexageſima ſuper illud: Hæc dicens clamabat. Sed expendendum eſt uerbum illud Ioannis: [Fecit quaſi flagellū de funiculis.] Sed qd Chr̄o cum funiculis? Multū per oēm modum. Audi, qd de Dauid Chr̄i figura ſcriptura loquat. Tulit Dauid fræ- 2. Re. 8
num tributi de manu Philiſtijm, & percuſſit Moab, & menſus eſt eos funiculo coęquans terræ. Mēſus autē eſt duos funiculos, vnum ad occidēdum, & vnum ad uiuificādū. Quibuſdā.n. Moabitis uitā cōceſſit Dauid, & mīa ī eos uſus fuit, qb. cōtigit funiculus uitæ, alios uerò occidit, qb. contigit funiculus mortis. Hos vero funiculos gloſſa exponit duos eſſe pcedendi modos, alterū mīæ, iuſtitiæ alterum. Eodē pacto Chr̄s dn̄s, cuius vni- B
uerſæ uiæ mīa, & ueritas, duplici utit̄ funiculo. Alter mīæ funiculus eſt, de quo p Oſeæ 11.
pphetā Oſeā: In funiculis Adā tradam eos, in uinculis charitatis. Hi uerò funiculi, quib. hoīes a Deo trahuntur, innumera eius beneficia ſunt, quib. non ſibi deuinxit. Maximè uerò incarnationis myſteriū quo Deo maximè debitores ſumus, eiq; ita deuincti, ut difficile uinculū hoc rūpat. De quo forſan ſcriptū eſt: Eccl. 4.
Funiculus triplex difficile rumpit. Bene uerò Chr̄s dn̄s funiculus dr̄ triplex, quia vna pſona cum ſit, trib. conſtat naturis, diuinitate, aīa, & corpore, q̄ Bernardus Bern.
dicit, tria ſata eſſe farinę, q̄ Maria cōmiſcuit. Hoc funiculo triplici ſic ſe ligatū Ro. 8.
putabat Paulus, ut ſolui nullo modo poſſet. Vn̄ ait: Quis nos ſeparabit a charita Ge. 39.
te Chr̄i, &c. Simplici, nō triplici funiculo ligatus erat Ioſeph, cum diceret. Ecce C
dn̄s meus omnibus mihi traditis ignorat, quid habeat in domo ſua, nec quicq̄ eſt, quod non in mea ſit poteſtate, quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in dominum meum? Si ergo oēs nos his funiculis ligat ſumus, tū naturalibus, tum ſupernaturalibus donis, qua rōne peccare in Deum poſſumus. Sed ē alter Dei funiculus, ex quo flagellum efficit, qui dr̄ eſſe ad mortificandū, de quo loquitur dominus. 4. Regum. 21.

A Et extẽdã ſup Hieruſalẽ funiculũ Samariæ,& delebo Hieruſalẽ, ſicut deleri ſolẽt tabulæ, delẽs vertã,& ducã crebri⁹ ſtylum ſup faciẽ eius. De eodẽ ẽt ſtylo loqˀ Hiere. Cogitauit dñs diſſipare murum filiæ Sion, tetẽdit funiculũ ſuum,& non auertit manũ ſuã a pditione. De hoc ẽt loqˀ Zach. 11. Aſſumpſi mihi duas uirgas, vnã vocaui decorẽ, & alterã uocaui funiculũ,& paui gregẽ, mĩa.n.& ſupplicio gregẽ gubernat. Sic hodierna die facit flagellũ ex funiculis, quo diuina vltio in pctõres ſignať, q̃ in hac uita exerceť. Sed expendẽdum eſt verbum illud quaſi flagellum. Non ſimpliciter flagellũ dicit, ſed quaſi, ꝙ diminuit vim aĩaduerſionis. Duplex náq; Dei eſt ultio, atque in iuſtos aĩaduerſio. Altera in vita futura, & illa duriſſima eſt, vtpotè æterna, & ſũmis cruciatibus exercenda. Altera verò in hac vita, & hæc mĩa plena eſt, de qua Iob 35. Nunc.n.non infert furorem ſuũ nec ulciſcitur ſcelus ualde. Quaſi dicat, eſt tunc, & eſt nunc, tunc ad futurum ptinet ſæculum, nunc uero ad pñs. Tunc furorem infert, quẽ petebat ſibi non inferri Pſ. Dñe ne i furore tuo arguas me, tũc vlciſciť ſcelus ualde. An ñ valde magna vltio eſt, pro momentaneo delicto æternus cruciatus? Nunc verò patum caſtigat, vltionem nunc patris exhibet, tũc verò iudicis iuſti exhibebit, ideo modo quaſi flagellum manũ tenet. Audi utrũque flagellum 3. Reg. 12. ait Roboã populo: Pr̃ meus poſuit ſuper vos iugũ graue, ego aũt Adã ſup iugũ vr̃m. Pr̃ meus cęcidit uos flagellis, ego ãt cędã uos ſcorpionibus. Qui ergo cruciatib. huius uitæ non reſipiſcunt, duriſſima expectent flagella ſcorpionũ. Qui ſuauc iugũ Xp̃i

C detrectãt duriſſimũ, & ferreum ſuſtinebũt. Sed poſtq̃ Iudæi uiderunt, Xp̃m eieciſſe vendentes, & nũmularios de tẽplo, cũ factum calumniari nõ poſſent, redarguere Xp̃m uolunt, ꝙ ad illud ptatẽ non hẽat, licet.n. malefactores puniendi ſint ſed ab habente poteſtatem puniẽdi ſũt. Hinc ei dñt, [Qđ ſignum oñdis nobis, quia hæc facis] Quaſi dicant: Dicis domũ hanc patris tui domum eſſe, atque adeo tuã, & quaſi domũ propriã intras, & ex ea pellis, quo uis, oſtende ſigno aliquo, te Dei filium, & ptatẽ hẽre hęc faciendi, qb. Xp̃s rñdet. [Soluite templũ hoc, & in trib. dieb. excitabo illud.] His verbis in idipſum eis dixit, ꝙ poſtea Io. 8. Cum exaltaueritis filiũ hominis, tunc cognoſcetis, qa ego ſum. Ad eundẽ modum nunc ait, crucifigeris me, & ego ſuſcitabo me ipſum, & in morte mea, & reſurrectione talia ſigna præſtabo, ut cognoſcatis me Deum eſſe, atq; adeo poteſtate hr̃e, è domo mea pellendi, quos ea indignos iudico. Quod uerò ait: Soluite non eſt uerbum præcipientis, ut occidãt, ut ait Cyrillus, ſed præſcientis, & permittentis. Ac ſi diceret: Scio, uos occiſuros me, occidite, ſed poſt tres dies, excitabo me, & hoc erit ſignum diuinæ meæ poteſtatis, qua hęc facio. Iterum uerò Iudæis ſignum petentib. idem ſignum dedit, ꝙ ſignum Ionæ vocauit, Athanaſius in orõne contra Arrianos comminatoria dicit hæc uerba eſſe, quibus ruinam minať Iudæorũ. Vt ſit ſenſus: Soluite tẽplum hoc. i. vos ſtudebitis ſoluere templum corporis mei p mortẽ, ut conſerue tis hoc materiale templum nr̃m, occidetis ueritatẽ, vt conſeruetis umbrã ſed inanes erunt vr̃i conatus, & in veſtrum conuertentur caput. Ego excitabo templum corporis mei tribus diebus, & tunc veſtrũ ſolueť, & deſtrueť, nã ueritate pſente vmbra ceſſabit. Cõquerunť iſti, ꝙ eijciantur de tẽplo, & q̃runt, in qua poteſtate id faciat, peiora patientur, cum Xp̃s ſuum corpus excitabit, qa tunc illi occidentur, & templum funditus euertetur.

Sed dubium eſt, cum Xp̃s plura aliæ ſigna ſuæ diuinitatis, ac ptãtis Iudęis dederit, cur potiſſimum mortẽ, & reſurrectionem ſuam eis futurum ſignum prędicit? Rñdetur, licet plura alia dederit ſigna, ſed potiſſima data ſunt in Xp̃i morte, & reſurrectione, qñ multi ex Iudæis cõuerſi ſunt, ut patet Matth. 27. & Actorũ 2. 3. 4. 5. & illa tũc exhibita ſigna plures ad Xp̃m traxerunt, quam alia oĩa. Ex his uero, quæ dicta ſunt, aliqua in noſtram ædificationem ſunt adnotanda. Ex quib illud primũ ſit, ut hi Chriſtum ſuſcipiant, & manifeſtum uirtutis opus pro-

[Margin notes: 4. Reg. 21. — Thr. 2. — Zach. 11. — B — Iob 35 — Pſ. 37. — 3. Reg. 12. — A — Ioã. 18. — Cyril. — B — Mat. 12. — Athanaſius. — C — Matt. 27. — Act. 2. 3. 4. 5.]

Digitized by Google

A probent,ſigna petunt, ut pſeudo Chros
recipiant,ſigna nulla quæſierunt. Sic tu,
vt Xp̄m ſequaris,ut uirtutis uiam ingre
diaris,ſigna,& miracula velles,vt te,ſci-
licet Deus promoueret,ut Paulum, aut
Magdalenam,contra vero,vt mundum
diligas,ut quæ illius ſunt,ſequaris,nullū
uel leuiſſimum ſignum quæris. Contra
uero ſancti,vt honores,ac dignitates a-
ſcenderent,miracula,ſignaq; uolebant.
Sic Gregorius,ut Pontifex fieret. Vt er-
go virtutis uiā teneas,ſigna nulla pietas,
vt verò,quæ mundi ſunt,ſequaris,ut ho
nores admittas, prius ſigna quære diui-
B næ uoluntatis. Scd'm uerò ex dictis colli
gendum illud eſt,inter omnia Dei ſigna
præcipuum ſignum nobis ſit Xp̄i mors,
& reſurrectio, & poſtquam hoc nobis
exhibitum eſt,nullum iam petendum re
ſtat. Quidam ſigna petunt,ut Deo inhæ-
reant,putantes ſe fame conſumendos, ſi
uirtutem colant,atque adeo diuinum a-
liquod erga ſe miraculum uidere vellēt,
quo ſecuri redderentur, nunquam ei
Deum defuturum. Interroga à meretri-
ce,ab vſurario,à latrone,qua ratione tur
pia lucra ſectentur: dicent: Fame pereā,ſi
hoc non egero: da tu mihi cibum mira-
Sap. 1. culosè,& Chriſtum ſequar. An non ad
hos merito Sapiens loquitur: Sentite de
domino in bonitate, & in ſimplicitate
C cordis quærite illum. Putaſne,Deum du
rum eſſe,auarum,& auſterum? Et inimi
Pſ. 36. cum paſcit,& amicum derelinquet? An
non audiſti: Non vidi iuſtum derelictū?
Sed ſi huius rei ſignum certiſſimum quæ
ris,audi ſupremum ſignum,Chriſti mor
tem,& reſurrectionē,qui tui cauſa mor-
tuus eſt,qui tibi ſanguinem dedit,cibum
negabit? Qui pro te ſurrexit, & uitæ im-
mortalis tibi ſemitam aperuit,& immē-
ſa in cœlo bona promiſit,temporalia ne
gabit? Si amicus tibi ſanguinem condo-
nauit, ſi ſubſtantiam omnem ſuam tibi
donauit,an non ſigna amoris exhibuit?
An in minimis tibi deeſſe poterit? Sit ti-
bi ergo ſatis hoc ſignum,quo maius nul-
lum excogitare uales.

Maxima ſigna illo paſchate à Chriſto
domino perfecta ſunt,propter quę:(Mul
ti crediderunt in eum: ipſe verò non cre
debat ſemetipſum eis,quia ſciebat, quid A
eſſet in homine.)Ideſt, nō committebat
ſemetipſum eius,non fidebat eis,ut ſecu-
re cum eis uerſaretur,ſicut cum diſcipu-
lis,& maiora,& occultiora myſteria nō
eis reuelabat,ſciebat eos inconſtantes,&
facilè à Phariſæis moueri poſſe. Ideò li-
cet ad eum accederent, nolebat eos ſibi
comites adhibere, nec eſſe arcanorum
conſcios. Vellet nunc quiſque fidelium,
cum ad Deum accedit,continuo ab eo in
ſecretiſſima quæque recipi,& in ſummā
familiaritatem admitti. Sed Deus non
omnibus ſe credit ad eum accedentibus.
Quibus ergo? Certè probatis amicis, his Eccl.6.
ſe credit, his ſe libenter adiungit, his ar-
cana reuelat. Audi Sapientem: Si poſſi- B
des amicum,in tentatione poſſide illum:
ideſt priuſquam te totum amico tradas,
tenta illum,ne forte ſubſannet te. Prius
ergo ſuos Deus probat,& qui in tentatio
ne fidelis inuentus eſt,fælix omnino eua
det,quia Deus ei ſe credet. Audi proban-
tem Deum amicos ſuos. Iudi.8. Memo-
res eſſe debent, quomodo pater noſter
Abraham tentatus eſt,& per multas tri- Iud. 8.
bulationes probatus, Dei amicus effe-
ctus eſt. Sic Iſrael, ſic Iacob, ſic Moy-
ſes,& omnes, qui placuerunt Deo, per
multas tribulationes tranſierunt fide-
les. Illi uerò, qui tentationes ſuas non
ſuſceperunt cum timore domini, exter-
minati ſunt, illi Chriſto probati ſunt, Luc.22
ad quos ait: Vos eſtis, qui permanſiſtis Simile
mecum in tentationibus meis, illis ipſe
ſe credebat. Sicut ergo rex miniſtrum
tentat,an fidelis ſit, & cum fidelem in-
uenerit, omnia ei fidit, ſic Chriſtus do-
minus tentat ſuos. Proba me domine, C
& tenta me, loquitur Pſalm. probat ue- Pſ. 25.
rò tribulatione,an in ea ſis conſtans,ten
tatione, an eam ſuperes, detractione,
an eam deſpicias. Quod ſi fidelis fue-
ris, audies: Eſto fidelis, uſque ad mor-
tem, & dabo tibi coronam uitæ. Et ite-
rum: Quoniam Deus tentauit eos, &
inuenit eos dignos ſe, probauit eos,qua- Apo.3.
ſi aurum, quod igne non deficit, & in- Sap.3.
uenti ſunt Deo digni,&c.

Digitized by Google

A

Feria IIII. poſt Dom. IIII. Quadrag.

Præteriens Ieſus vidit cæcum à Natiuitate, &c. Ioan. 6.

HOdie Dei gloria oſtēditur, ſicut Xp̄s dn̄s ait: Sed ut manifeſtentur opera Dei in illo. Et hæc gloria mirabilis planè in literæ cortice apparet, cùm à ſęculo non ſit auditum, quod aperuerit quis oculos cæci nati. Sed multò mirabilior, atque glorioſior apparet in eo, quod interius latet, ac ſignificatur, oculos, ſ. mundo per Xp̄m, redditos, cum cæcus eſſet a natiuitate. Condidit initio Deus hoīem

B videntem, optimis præditum oculis, quibus naturalia cuncta cognoſceret, inſup Deum ipſum, inuidia motus eſt in eum dæmon, eum decepit, ſuadens in oculis

Gen. 3. illius albuginem, & cataractas eſſe, quibus cernere impediebatur, dixitque has tollendas eſu ligni vetiti. Aperientur, inquit, oculi veſtri. Qđ uerò ex ea medela, ac medicamine hoī prouenit, fuit, vt peccati nubes oculis eius ſuperinduceretur, qua cæcus, & in tenebris relictus, eſt. In-

C firmitas illa capitis fuit tranſmiſſa in poſteros. Omnes ergo Adæ filij cæci naſcimur, filij iræ, ſine fidei, & gratiæ lumine: factusq; mundus eſt populus, qui habita

Sop. 1. bat in tenebris. Miſera profectò reſpublica, in qua oēs cæci eſſent. Ambulabūt vt cæci, ait propheta, quia domino peccauerunt. Hinc oēs palpantes in meridie errant, & alij Iouem, alii Mercurium Deū putabant. Morum uerò cæcitatem, quis dicat? Ex his, quæ poſtea dicemus tenebris, quæ ſunt in omni peccatore ēt fidē habente, colliges, quales erant in his, qui etiam fide carebant.

Sed quòd remedium malis tātis? Præ

Mat. 4. teriens Ieſus vidit cæcum a natiuitate, exiuit modo de templo Ieſus Xp̄s, & præteriens uidit hunc cæcum. Sic exiuit de

Luc. 1. ſinu patris, & venit in mundum illuminare his, q in tenebris, & in umbra mortis ſedent. Exiuit a patre, & venit in mūdum, & præteriens, quaſi uiator pertranſijt miſerias noſtras, factus lux illuminans oēs homines, & hoc fecit, expuens in terram, Saliua diuinam ſapientiam ſi A

gnificat: Ego ex ore altiſſimi proceſſi, ter Ecc. 24 ra humanitatem. Factum eſt ergo nobis cæcitatis remedium, cum uerbum caro factum eſt. Nec ſolum hoc unguentū factum nobis eſt, ſed toti mundo: applicat tamen fidelibus ſolum, ut dicere poſſimus, quod cæcus iſte, lutum poſuit mihi, & video. Per ſacramenta.n. regenerati ſumus, in aquis Siloe uiſum recepimus, fidem, & gratiam. Sed quanti hoc beneficium à nobis eſt habendum? Verè non Pſ. 147 fecit taliter oī nationi, & iudicia ſua nō Exo. 10 manifeſtauit eis. Hoc eſt beneficium illud Iſraeli collatum. Exod. 10. Quod cū Eſa. 60 in vniuerſa Aegypto palpabiles eſſent tenebræ, vbicunq; habitabant filii Iſrael, lux erat. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos, ſuper te autem orietur dn̄s lux tua. Extra Eccleſiam vniuerſę tenebræ ſunt. Quam lætus hic cæ B cus eſſet lumine recepto, & inſpecto hoc vniuerſo? quam lętus Chriſtianus, q hoc lumine cęleſti illuſtratus, à cæcitate liber Eph. 5. factus eſt. Ephe. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in dn̄o, ut filii lucis ambulare. Fructus autem lucis eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & ueritate, probātes quid ſit beneplacitum Deo, & primæ 1. Th. 5 Theſſ. 5. Omnes uos filii lucis eſtis, & filij diei, non ſumus noctis, neque tenebrarum: igitur non dormiamus, ſicut & cæteri, ſed & uigilemus, & ſobrij ſimus. Qui hac luce caret, & cæcus natus eſt, aliquam poteſt prætendere excuſationem, C ſi in tenebris uitam agat, at fidelis qua ratione, aut excuſatione ſe tueri poterit, qui hac luce accepta, iterum in cæcitatē redit? qui infinita, & æterna bona uidit, ea uerò deſpicit, & ſtercore hirundinis iterum cæcus redditur, ut Tobias Tob. 2. minima re, caduca, ac peritura, quæ ſter Phil. 5. cus eſt? Omnia, ait Paulus arbitror, ut Iud. 16 ſtercora, vel ſenſuali delectatione: ut Sāſon a Dalila infirmus factus eſt, & tandem oculis orbatus: hoc omnino mirandum.

Curat oīno dæmon hoīem excęcare, ſi non tollendo, ſaltem conſiderationem illius, prudentiā, ſanamq; mentem. Quomodo.n. hoīem tenere poſſet, ni eum excęca-

A cæcaret, vt mala ſua ñ uideret? Sed agis;
Apo. 3 Ego uideo, cæcus non ſum. Audi Ioañe:
Dicis: q̃a diues ſum, & nullius egeo, cũ
ſis paup, miſer, ac miſerabilis, cęcusq́; &
nudus. Vis noſſe te cęcum eſſe? corpus
nimiũ curas, aĩam negligis, q̃ tãto potior
eſt, uitæ manſuræ, & breui ſic pſpicis, æ-
ternæ obliuiſceris? An nó hæ palpabiles
Aegypti tenebræ? In ſup, dat tibi dæmõ
mõ ferrũ, dicens: Hoc aurũ eſt, tu quaſi
aurũ capis. An nõ cęcus es? Quoties te
decepit dęmon; dicẽs; En rẽ p̃tioſiſſimã,
& tã vtiliſſima eſt? Quoties te deiicis in
foueã, via publica gradiẽs? Qũo ergo di-
Pro. 23 cis, vidẽs ſum? Fouea eſt pfunda os me
retricis, cui iratus ẽ dñs, incidet in eã: tã
pfunda fouea ẽ, vt vſq; ad inferos pene-
tret. Quoties Deus euaginauit gladium
B cõtra te, ut aduerſeť uiæ tuæ, ut in Balaã
nec tu id uides, & dicis, cęcus non ſum.
Nu. 22 Simile Qui gladiũ inimici gutturi ſuo applici-
Pſal. 7. tũ hẽt, quo iuguleť, & ei cõuiciať, an ui-
det? Ait Deus tuus: Niſi cõuerſi fueritis,
gladium ſuũ uibrabit, &c. & tu eũ offen
dis, & dicis, video: Nó uides innumera
arma inimicorum, q̃b. ppetuo confode-
ris. Vidiſtis mulierẽ, cõcupiſti, transfixũ
ẽ cor tuũ. Vidiſti inimicũ, odiſti, uulne-
ratus corde es, q̃a q̃ nõ diligit, manet in
i. Io. 3. morte. Vindictã ſupſiſti, & coram hoib.
gl̃iã inimici tui abſtuliſti, tu vero amiſi
ſti gl̃iã, q̃ a ſolo Deo eſt, qũo ergo dicis,
video, oculis pręditus ſum? qũo dices, ſa
piẽs ſum? Sed aduertẽda maximè ẽ cęci
tas alia nobis a natura inſita, qua cũ na
ti ſumus, docẽt philoſophi, hoc intereſſe
inter uoluntatẽ, ac intel'm, ꝙ uoluntas
ferť ſua actione ad res, quas diligit, intel
C lectus verò vt nobilior res intellectas
trahit ad ſe p ſpẽs intelligibiles. Ex quo
ſeq̃ť, res, q̃ in intellectu ſunt, cũ ad illum
veniãt, pportionari ipſi intellectui ſicut
aqua uaſi recipiẽti eã? hic fit, res, q̃ iferio
res ab intellectu, cũ ipſum intrãt, eleua-
Ariſt. ri ſup id, ꝙ natura ſua ſũt. Hĩc ait: Ariſt.
Lapis meli⁹ ẽ in intel'u, q̃ i ſe ipſo, q̃a in
ſe eſt materialiter, ĩ itel'u uerò ſpũaliter
p ſpẽm intelligibilẽ. Res verò q̃ altiores
ſunt intel'u, ut illum intret, diſcedere de
bẽt, multumq́. pfectionis ſuæ occultare,
intellectui dẽnt pportionari, q̃ inferior
eſt, itaq; ꝙ addit perfectionis intel'us re- A
bus ſe inferiorib. eas eleuãs, hoc adimit
ſuperiorib. eas deprimẽs. Hinc puenit,
ꝙ mirè põderat Greg. in hom. Anteq̃ rẽ
terrenã, & caducã hẽres, ſummo eã in pre Greg.
tio habuiſti, ſũmè deſideraſti, q̃a intel'ſ
eã eleuauerat. At cũ eã adeptus es, deſpi-
cis, & cito faſtidis, & uides, nõ eẽ tm̃ bo
num, quantũ añ tibi apparuerat, q̃ eã vt
in ſe ẽ, iã tenes, & guſtas, in ſe uerò infe-
rior multò eſt, q̃ cogitaueras in ſpũalib.
vero cõtra contingit. Depſ̃erat eas ĩtel-
lectus, iõ nõ tãtas credebas eſſe, nec eas
obnixè deſiderabas, ſed cũ eas expereris
multo p̃tioſiores uides, q̃ putaueras, q̃a-
cis ipſis frueris, vt ĩ ſe ſunt, & tunc illud
accidit: Qui edunt me, adhuc eſurient, Ecc. 24
& q̃ bibunt me, adhunc ſitiẽt, Vnũ hoc
tibi ego vellẽ pſuadere. Multa audiſti d̃ B
virtutis dulcedine, de cęleſti delectatio-
ne, de qua re innumera Pſ. an nõ cura-
res, uel curioſitate ductus, hæc aliq̃n p-
bare, & tẽtare, an ita ſe hẽant? Si mõ ti-
bi dicerẽ: Immẽſus ẽ theſaurus i agro,
vel mõſtrũ ñ uiſũ, illuc accederes curio-
ſitate mot⁹. An nõ hic ſiľe pages? Guſta-
te, & uidete, q̃m ſuauis eſt dñs. Sed ais.
Qũo id pbare potero? qũo guſtare, & tẽ Pſ. 33.
tare, an ſuauis ſit, & dulcis uirtutis uia?
Rñdeo, ſaltẽ p hebdomadã ab oib. aliis
te expedire cura, & ſoli Deo, & ſaluti aię
tuæ uaca, oĩno te Deo trade, Deũ ſp in
mẽte habe: ei oĩno placere ſtude, & tẽta,
ac pba uiã iſtã, qualis ſit, ꝙ ſi eã nõ uide
ris multis partib. meliorẽ, eã relinque.
Hęc ẽ pbũ illa Dan. 1. Tẽta nos obſecro Dan. 1.
ſeruos tuos dieb. decẽ denť nobis legu-
mina ad ueſcẽdũ, & aqua ad bibẽdũ, &
cõtẽplare uultus nr̃os, & vulť⁹ puerorũ, C
q̃ veſcunť cibo regio, & ſicut uideris, fa-
cies cũ ſeruis tuis. Sed quo tãdẽ deueniet
pbõ iſta? Poſt dies ãt 10. apparuerũt vul
t⁹ eorũ meliores, & corpulẽtiores p̃oib.
pueris q̃ veſcebanť cibo regio. Hoc ſine
dubio tu inuenies. Quẽ.n. ſaporẽ panis
hẽt, niſi panis? Caro niſi carnis? Et De⁹
ergo Dei ſaporẽ hẽbit, Dei dulcedinẽ, ve
rè ſup mel ori meo. Cęco uiſus reſtituť
terra, & ſaliua Xpi. Terra a lõge conſpe
cta te cęcauit, terra tibi admota videntẽ
faciat. Nimiũ deſideraſti rẽ aliq̃ tpalem,

A putas ſũmã ei ineſſe dulcedinẽ, adeptus rẽ illam es, nec id reperiſti, q̃ putaueras. Idẽ cogitat ibi i alijs oib. caducis futurũ.
Grego. Saliua verò, ait Greg. ſignat ſaporẽ interne cõtẽplationis, admoue oculis ſaliuã iſtã, experire ſpũalia exercitia, te illis trade, & cęcitas pellet a te. Quis ẽ hõ, q vult vitã, diligit dies videre bonos? diuerte a malo, & fac bonũ, inq̃re pacẽ, & pſeq̃re eã, q̃a oculi dñi ſup iuſtos. An nõ cõſide-
Pſ. 33. rãda uerba illa, qs ẽ hõ, q vult uitã, diligit dies videre bonos? Si qs nũc uoce pconis hęc clamaret p vias publicas, an nõ oẽs dicerẽt: Ego vita uolo, dies bonos deſiderio. Sed audi, quo id aſſeq poſſis: Diuerte a malo, & fac bonũ, in Dei via hęc inuenies, ñ i carnis, & mũdi, hoc atiẽde, hoc experire, & uiſũ recuperabis. Sed ſigillatim expẽdam⁹, q̃ i hui⁹ cęci curatio-
B ne facta ſũt, ut nña ſit uidere poſſimus. Præteriẽs Ieſus. Pertrãſibat Ieſus, magna uerò trãſiẽs opat. Sic.n. cęco, q erat iuxta Hiericho viſũ reſtituit, pteriẽs viã.
Luc. 18 Sic Petrũ, & Andreã, Iacobũ, & Ioannẽ
Mat 4. uocat ambulãs. Sic et Matth. cũ pueniſ-
Mat. 9. ſet Ieſus ad locũ, q ptrãſijt bñfaciẽdo & ſanando oẽs, ut intelligas pterire Xpm dñm, ſi te uocat, iõ continuò accede, ne oino ptrãſeat. Eſt tibi nunc diuina inſpiratio, audis cõcionẽ, uidiſti amicũ mori,
Cant. 5 trãſit Deus, rñde ei, ne tibi cõtingat, qd ſpõſæ, quæ cõtinuo ſpõſo aperire noluit, cũ poſtea ſurrexit, ait, at ille declinauerat, atq; ptrãſierat. Sic ẽt contigit Iſraeli. Noluit continuo pugnare cũ Philiſtæis, poſtea 40. an. laborauit, anteq̃ terrã igre-
Nu. 14 deret, q̃ ſtatim ingredi potuiſſet. Vide, ne te ptereat occaſio, q̃ antiq pingebant plurimis capillis in parte anteriori, nul-
C lius uerò in occipite. Qui obturat aures
Pro. 21 ſuas, ne audiat legẽ, ipſe clamabit, & nõ exaudiet, ait Sapiens, vocat te Deus tu⁹,
Simile cur nõ rñdes? Hodie, ais, nõ poſſũ, cras minus poteris: Hodie teneris ſune, cras ferro, nec ſatis tibi ſit aures pſtare uocibus diuinis, nec bñ cępiſſe, ſed rẽ ad exitũ pducere opus eſt, q.n. lapidẽ leuare cępit, nihil efficit, laborẽ, & impẽſam pdet, niſi oino rẽ pficiat. Accede ergo ad Xpm ptereuntem, vt a cęcitate liber ſis, nec occaſionẽ pmittas. Intuitus Xps cęcũ eſt attẽtẽ, ut diſcipuli interrogarẽt: A
Quis peccauit hic, ac parentes; ut cæcus naſceret? Ideſt, cęcus hic natus eſt pp originis pctm, vel pp parẽtũ pctã? Aliqñ.n. calamitates Deus imittit pp pctã? Pſ. 38 Pſ. 38.
Propter iniquitatẽ corripuiſti hoiem, & Gen. 4.
tabeſcere feciſti, ſicut araneã aiam eius. Et Ge. 4. Nõne ſi bñ egeris, recipies. Si ãt malẽ, ſtatĩ i forib. pctm tuũ aderit. Si pp pctã te Deus punit, maxima eſt mĩa, et ſi furca ſuſpẽdaris, grãs age ei, q cũ in infernũ merereris, minori ſupplicio contẽt⁹ ẽ. Sicut grãs agit Saul Dauidi, abſci- 2. Reg.
dẽti orã chlamydis, cũ potuerit abſcidere caput, idq; cõmerit⁹ eẽt Saul. Aliqñ ve- 24.
rò, vt vberior tibi ſit materia meriti, ut Iob ſctiſſimo, aliqñ vero alia occulta cã eſt uolũtas, ſ. diuina, & eius gr̃a, ut huic cõtigit cęco. De qua re Iob 9. In turbine Iob 9.
cõteret me, & multiplicabit flagella mea B
et ſine cã. Cũ te videris tribulari, ſi pquiras, multas inuenies cãs, q̃a peccaſti, & vt plus tibi ſit meriti, & ut ab amore uitæ huius abſtraharis. Sed qñ alia nõ eẽt pter volũtatẽ diuinã, & gl̃iam ei⁹, hæc ſatis eſt. An nõ leoni obijcit canis, uel tau- Simile
r⁹, dilaniãd⁹, vt pricipi ſpectaculũ pbeatur? Qñ tu dilaniãd⁹ eẽs, ut Deo ſpectaculũ fieres, hæc cã ſufficiẽtiſſima ẽ, ut ſubeas, & pperiaris dolores. Me oportet opari opa ei⁹, q miſit me. Fidelis pfecto miniſter, fidelis fili⁹, q opatur opa pr̃s ſui, Sed te iterrogo, q tu opã oparis? Miſit te Deus i hũc mũdũ, ad qd, nũ ut diues ſis? nũ ut potẽs? Abſit. Si hęc ope opiris, nõ Dei filiũ te pſtas, ſed dęmonis. Diuerſi- Ex. 35.
tates offõrũ, & occupationẽ Iſraelitarũ 36.
aliqñ ſcriptura cõmemorat dicẽs: Hi, & 2. Par.
illi occupant i texẽdis linteis ſanctuarij 6.9.
illi in cõficiẽdis naſis illis, illi in cõpo- C
nẽdis diuinis laudib. illi in eis decãtãdis. Occupatio filiorũ Dei eſt in diuinis opibus, filiorũ huius ſeculi in operib. luti, & lateris, ut Pharao præcipiebat occupari Iſrael. Qd erat Xpi op⁹? Oparabat ſalutẽ nrãm, ad q̃ miſſus ẽ Tu ſalutẽ tuã ſi r opare, cogita, ad qd te miſerit Deus. Nũ Pſ. 38.
vanè i hũc mundũ ueni? Pſ. 38. Nunqd uanè cõſtituiſti oẽs filios hoium. Cũ oia agã intẽtione finis, hoc maximè pſtare dẽt hõ, q ſũmo cõditus ẽ cõſilio. Non te

fecit

Digitized by Google

A fecit Deus, vt pecudũ more caducis reb. intẽdas, ſed ſicut Angelũ cõdidit ĩ beatitudinẽ, ſic hoĩem, ſicut Angelo datum ẽ vnũ inſtãs, ĩ quo illã meret: ſic hoĩ cõceſſa ẽ vita inſtar pũcti ad eã ꝓmerẽdã. An huic opi incũbis? Si hoc nõ agis, nihil agis.
Pſ. 102 Donec dies ẽ: venit nox, qñ nemo poterit opari. Dies. n. tp̃s ẽ opis hoĩs. Ort⁹ ẽ ſol, &c. exiuit hõ a d op⁹ ſuũ, & ad operationẽ ſuã uſq; ad ueſper-m. Priuationes
Ariſt. ait Ariſt. cognoſcunt̃ p habitus, nox per diẽ. Dies X p̃i uita eius fuit, ĩ qua laborauit, & ſibi meruit accñtalẽ gloriã, nobis oẽm grãm, & gloriã. Hoc die elapſo uenit illi nox, ĩ qua qeſcit, nec laborat, nec meret̃. Sı̃r nobis ẽ dies, & nox, dies uita
B pſens, ĩ qua nob: is laborãdũ eſt, & merendũ, ueniet aliud ſę. ulũ, ĩ quo nullũ ẽ meri
Gal. 6. tũ, nec demeritũ, iõ ad Gal. 6. Dũ tp̃s hẽ
Apo. 14 mus operemur bonũ ad oẽs, ueniet. n. tp̃s, de quo dr̃, Amodo iã dicit ſpũs; ut requieſcant a laboribus ſuis. Rõ uero huius eſt
Simile qa opa nr̃a ſunt meritoria ex diuina acceptatione, qua ceſſante nullũ ẽ meritũ. Quẽadmodũ cũ Rex cõcedit alicui oppido nũdinas ab oĩ tributo liberas p decẽ dies, illis elapſis ceſſant nundinæ. Vita p
Eſa. 57 ſens nundinæ ſunt, qb. vẽdit̃ æterna glo
Ioan. 7 ria. Mõ uoce preconis dr̃ oĩbus: Venite, emite abſq; argẽto, & abſq; ulla cõmutatione uinum, & lac, & qui ſitit, ueniat ad me, & bibat. Sed ſi hoc tp̃s elabat̃, nondatur gloriã mercari. Iõ q̃rite dñm, dũ inue
Eſa. 55 niri pt̃, inuocate eũ, dum ꝓpe eſt. Breuiſſimũ nobis conceſſum eſt tp̃s: iã dr̃ dies
Iob 10 una, iã hora vna, iã Iob. 10. inſtar puncti,
Simile ne ergo illud in uanũ elabi pmittamus. Si cui Rex diceret: Dono tibi hanc ciuitatẽ, ſed hac lege eã tibi dono, ſi intra horã priuilegiũ, & donationẽ ſcribas, ut ego
C ſubſcribã, poſt horã namq; ego diſcedo: q̃ta cura, ac ſolicitudine hic curaret ſcribi donationẽ iſtã, q̃uo ſe ab aliis abſtineret p horã illã? Quo ergo tu negligis ſalutis tuæ donationẽ ſcribere, q̃ tanto potiori loco hẽda tibi eſſet? Quãdiu ſũ in mundo, lux ſũ mũdi. Si Deus de ſe nõ loquit̃, nullus eũ agnoſcet, unũ ẽ duob. elige, uel audire Deũ loquẽtẽ de ſe, uel Deo carere. Si ãt Deus de ſe loquatur, nõ põt niſi magna loq. Nec illud iactantia eſt, ſicut ĩ te

eſſet, quia Deus aliter nõ põt loqui, niſi A
dicat infinita, q̃ in eo bona ſunt, & q̃ illo indigeamus. Quid mũdus añ X p̃m? tenebræ Aegypti, cæcitas immenſa. Tres præcipui populi erãt. Romani colẽtes honorẽ, de qb. Aug. 20 de ciu. Propter honorẽ
uiuere cupiebant, & pp gloriã mori non Augu.
timebant. Hac rõne bella cõficiebãt, triũphos pſtabãt, ædificia erigebãt. Alter po-
pulus Grecorũ deditus oĩ curioſitati ſcia Iere. c.
rũ. Alter populus Iudeorum, oĩno auariti Iud. 16
tiæ ſeruiebat. A maiori ad minorem oẽs ſtudẽt auaritię. Venit X p̃s in mundũ, & quaſi alter Sãſon columnas quatit, & tẽplũ mũdi diruit. Quis audierit eũ dicẽtẽ: Beati paupes, qm̃ ueſtrũ eſt regnũ Dei?
En hoc uerbo deiecit diuitias, ſed quale Mat. 5.
hoc uerbũ his, q enixè amãt, & q̃runt diuitias? Naſcit̃, uiuit, moriturque pauper. Sı̃r nõ quærit gloriã ſuã, ſed ſicut ſup eũ B
ſtupuerunt multi, ſic inglorius erit inter Eſa. 52
viros aſpectus eius, & forma eius inter filios hoĩum. Eſa. 52. proponit mũdo X p̃s paup, & ſine gloria mundi, cõtinuo uiderés deſpici imperia, regna, diuitias, & cæperunt hoĩb. grata eſſe martyria, pauper tas, crux, & prædicante Paulo Athenis li
bros curioſos cõburunt. En X p̃m lucem Act. 19
mũdi, en mundi idola pſtrata, diuitias, honorẽ, & ſciam. Cũm. n. mundus uidit hæc a X p̃o deſpecta, ipſe ſı̃r ea deſpexit. Sed apparet manifeſte id aduenritiũ mũdo fuiſſe, non innatum, citò. n. hoc diſparuit, quaſi calor aq̃ ab igne effectus. Fuit lux X p̃s, ſed lex fulguris, citò abſcõdita. Floruit aliquo tpe humilitas, paupertas: Sed iam ubi hæc ſunt? Plus honores affectamus q̃ Romani: plus diuitias congregamus, q̃ Iudæi: plus iudicio nr̃o fidimus q̃ Græci. Iudæus diligebat pecunias, non
honorẽ. Romanus honorẽ, non diuitias. C
Sic qdã eorum ait: Ego uolo theſauros V aler
hos, ad imperare hõtibus eos. Sed mõ in Max.
corde X p̃i nõ uidebis Romanorũ, & Iudæorum tenebras, amorẽ honoris, ac diuitiarum. Quis iã diuitias cõtẽnit? qs honores abijcit? qs crucẽ ſequit̃? Verè cæci ſumus nõ uidentes æterna. Sed ais: Oẽs ergo eſſe debemus paupes, & abiecti? O miſer eſto tu pauper, & humilis, nõ deerunt, qui ſint ſuperbi, ac diuites, relin-

Digitized by Google

A que diuitias, non deerit, q capiat eas: iſto
tu uidens, ac prudēs, nō deerit, q cęc⁹ ſit.
O miſerū cor, & oīno cęcū, ꝙ captum eſt
diuitijs, & ho noribus? Vis te agnoſcere
Eſai.5. captiuū. Eſa.5. Væ, q trahitis iniq̃tatē in
funiculis vanitatis, & quaſi uinculū plau
ſtri pctm̄. Quid obſecro ſunt tot ſupfluæ
ueſtes? tot ſupelectilia? tot labores, vt ſub
ſtantiā acquiras? An nō hæc pctā ſunt, q
poſt te trahis? Qūo te trahis? Dicis: Non
conſulā honori meo, æſtimationi meæ?
En funiculū uanitatis, quo innumera pec
cata trahis. Emitte dn̄e lucē tuā, & uerita
tem tuā. En lucē. Lux ait, ſum mūdi. Xp̄s
B in cruce lux eſt meridiana, oſtendens, à te
oīa deſpicienda, q mundi ſunt. Dubitas,
qūo me induā, qūo cōuerſabor, qūo man
ducabo? Aſpice lucē Xp̄m illū ſequere.
Quandiu ſum in mundo, lux ſū mundi.

Hæc cū dixiſſet, expuit in terrā, fecit
Gen.2. lutū, &c. Sed qd hoī cum lutō? Multū p
ōēm modū. An nō ex luto factus hō eſt?
Vas aīæ pretioſæ ex luto fecit: qa.n. cōdi
dit hoīem, ut ruinas repareť angelicas,
cū humiliare ſtuduit, iō ex luto eū condi
dit. Sed quid luto cū uiſu? Excęcat.n. illū
qūo ergo luto uiſum dat Xp̄s? Rn̄detur,
primo incarnationis myſterium in eo lu
to ſignificať, ut diximus. Scdō experiētia
C mundanorū, & cęleſtiū, ut dictū eſt. Ter
tio, qa fide illuminať, ſed fides illuminat
excæcando, qa fides eſt aſſenſus certus,
Cant.6 ſed ineuidens, inſtruit intellectū, ſed ca-
ptiuās illum. Cāt.6. Auerte oculos tuos à
me, qa ipſi me auolare fecerunt. Quaſi
Exo.19 dicat, nō me uidebis, ſi inſpexeris. Iō dn̄s
3.Reg. ad Moyſen: In caligine nubis ueniā ad
19. te, & Eliæ dr̄, Egredere, & ſta in monte
corā dn̄o. Ecce dn̄s tranſit, cumq; veniſ-
ſet in ſibilo auræ tenuis, operuit vultum
ſuum pallio. Quid amplius faceret, ne ui
deret, q̃ uultū operire? Sed ſic nunc uidē
dus Deus a nobis eſt. Eſt.n. fides argm̄
Heb.11 non apparentiū. Et Eſa.6. Duab. alis ue-
Eſai.6. labant Seraphim faciem: Velata.n. facie
Deus à nobis vr̄. In his ergo, q fidei ſunt,
vela faciē tuā: noli uidere nunc, ſed cre-
de, aliqn̄ uidebis facie ad faciem. Nūc oī
tētationi dic, credo, licet nō uideā. Quar-
to, luto uiſum reſtituit, qa ſæpe Deus no
ſtræ ſaluti cōſulit ijs rebus, quib. non pu
tamus pdendos eſſe. Tollit a te De⁹ ſub- A
ſtantiā, martū, & filios, & te pdi credis:
ſucceſſu tpis uidebis ea uia ſalutē aīę tibi 4.Re.2
parari. Sic 4.Re.2. aquas ſale Eliſeus dul
ces reddit, & Eſa.38. Ezechię u cus mal Eſa.38
ſa ficorū ſanat, q medicina erat infirmi-
tati contraria. Hm̄oi ſunt Dei medica-
menta, cōtraria uoluntati nr̄æ, carni mo
leſta, humanæ prudentię aduerſa. Quis Ge.40.
crederet à Deo eleuandū Ioſeph, cū uen-
ditus eſſet, & in carcerē detruſus? Sed ea
arte eū Deus in ſublime ſuſtulit. Sic ergo
tribulatione te Deus curat, ne ergo deſi-
cias, cū ab eo corriperis. Claudit luto ocu
los eius, claude tu oculos, ne forte eruanť
tibi. Sicut contigit Sedechiæ, qui noluit
oculos claudere, & miſit Deus regem Ba B
bylonis, qui eos erueret. Noluerunt filiæ 4.Reg.
Sion cultum, & ornatum moderari, licet 25.
de hoc monuerint eas ꝓphetæ, miſſi ad Eſa.3.
eas inimici ſunt, qui eas decaluarent, &
cilicio induerent, & ut maures tollerent
aures euellerent, & ut annulos eruerent,
digitos tollerent. Melius multò tibi erit,
oculos mortificari, q̃ erui, corpus affligi,
q̃ in ignem tradi. (Vade ad natatoria Si- Epiph.
loe, i. miſſus.) Epiphanius libr. de uita, &
interitu prophetarū ait, cū Eſaias ſerra
diuidendus eſſet, ſitiſſe, & à Deo aquam
poſtulaſſe, Deus uerò miraculo ei fontē
dedit, q inde ꝓdijt, a quo fonte ꝓcedrūt
hæ piſcinę, q dr̄ natatoria Siloe ad radi
ces montis Sion. Hic uerò fons Xp̄m ſi-
gnificat, q miſſus dr̄ per antonomaſiam:
Eius verò piſcinę, in quas aqua eius fluit
ſacræ ſunt, & doctrina illius, in quib. cæ-
co lumen redditur. In baptiſmo lumē fi- C
dei, & gr̄æ recepimus, in reliqs ſacris ſir
gr̄a Xp̄i participať. Hunc uerò fontē cō-
temptū conquerit Eſa.8. Pro eo, ꝙ abie- Eſai.8.
cit populus iſte aquas Siloe, q uadunt cū
ſilentio, ecce Dn̄s adducet ſuper eos a-
quas fluminis fortes. Quia.n. Xp̄m repu
lerūt, adduxit dn̄s ſuper eos Romanos,
qui eos vaſtauerunt. Nobis uerò ſimile,
quid timendū eſt? It nunc cū ſilētio Xp̄i
aqua, & doctrina eius deriuatur ad te,
venit ad te, rogat te, manſuetè petit, ut ea
te laues, ut uideas. Abijcis has aquas nūc
cū māſuetudine venientes, q pōt ſaluare
aīam tuā. Veniet aliqn̄ tanq̃ aqua flumi-
nis

Digitized by Google

A nis fortis obruens te, condemnaſq; in iu
dicio, cũ implebit illud. Fluuius igneus,
Dan. 7 rapidusq; egrediebat de ore eius. Da. 7.
maſuetus nunc, & agnus Xps eſt: tunc
leo terribilis apparebit. Accede ergo ad
aquas iſtas, q̃ vadũt cũ ſilentio, vtere eis,
ne pereas. [Abijt ille, lauit, & vidit.] No-
tanda obediẽtia cæci huius. Imitatus nõ
He. 11 eſt ſuperbũ Naamã indignãtẽ, & nolẽtẽ
in aqs lauari Iordanis. Sed ſimilis Abra
hæ factus, q Dei pcepto exiuit, neſciens
quo iret. Qua ergo dij mõſtrãt eundum,
Iob 22 antiqui dixere? Licet nos rõ lateat eorũ,
q̃ a Deo pcipiunt, acqeſce Deo, ait ami-
cus Iob, & pacẽ hẽto, & p hęc hẽbis fru-
ctus optimos. [Alij dicebãt. Quia hic eſt,
alij, nõ.] Tanta. n. fit hois mutatio p gra
tiã, vt non idẽ uideat. Vngit Saul, & mu
B tatus eſt in uirũ alterũ. Sic hõ gra acce-
1. Reg. pta fit noua creatura. Vetera tranſierũt
10. hæc mutatio dexteræ excelſi. Qui muta-
Pſ. 76. ri ſe nõ ſentit in ſacris, timeat, ne fortè
nõ ſit iũctus: fit. n. in iuſtificatione, de ter
ra, cælũ: de bruto Angelus, de filio dęmo
1. Re. 2 nis filius Dei. De ſtercore eleuat paupe-
Ambr. rẽ, ut ſedeat cũ principibus. B. Amb. in li.
Exem- 2. de pnĩa memorię pdidit, fuiſſe iuuenẽ
plum. pctõrem, q meretrici adhærebat. Hic a
Deo afflatus pnĩam egit, ſed ut illã perfe
ctã faceret, in aliud oppidũ migrauit, vt
nulla ipſi adeſſet occaſio retrocedendi.
Cumq; ſe iã fortè uideret, & oporteret
ipsũ ad priorẽ ciuitatẽ redire, ĩ eã remea
uit, & offendit mulierculã illã, cui prius
adhæſerat. Illa ĩtuita illũ ẽ, ille verò qua
C ſi eã nõ agnoſceret, ptranſibat. Cui illa:
Ego ſũ illa, q̃ habuiſti; cui ille: Ego iã nõ
ſũ ille, q prius fui. Hic verè pęnituerat,
qui in alterum mutatus fuerat. Et cęcus
ait: (Ego ſum,) qui fui cæcus, q mẽdicus.
Qñ te laudari uideris, qñ magni hři, dic
Ge. 20. intra te. Ego ſũ, q cęcus, qui miſer, q pec
cator fui: Gen. 20. qñ Abimelech dimiſit
Saram vxorẽ Abrahę: ait illi: Memento
vt fuiſſe deprehenſam recordare, qd ca-
ptiua fueris: Sic tu recordare ſp te fuiſſe
1. Ti. 1 pctõrem. Sic Paulus: Quorũ primus ego
Pſ. 76. ſum. Sic Pſ. Cogitaui dies antiquos, cum
me uideo regem, memoror me fuiſſe pa-
Pſ. 50. ſtorẽ. Sic ergo ſp memorare pcti tui, ut
humilieris, peccatũ meum cõtra me eſt

ſp. Ego ſum, qui peccaui, ego iniquè egi. A
Aĩalia ſancta Ezechielis ibãt, & reuerte 2. Reg.
bantur: iter cõficiebãt, & iterum reuerte 24.
bant, pctõrũ ſuorũ recordatione in uete Eze. 1.
rẽ uitã redibãt. [Qũo apti ſũt oculi tui?]
Si mõ aliqs cęcus uiſum reciperet, conti
nuò ad eũ uenirẽt cæci oẽs interrogãtes.
Qũo apti ſũt oculi tui? ut ea illi uterent
medicina? Vides te in aĩa cęcum, qũo nõ
interrogas a uidentibus? Qũo cęcitatem
expulerint? Dicẽt tibi. Sacris q̃ ſunt nata
toria Siloe cõſideratione cęleſtium, pęni
tẽti uita, cuſtodia ſui. Qũo ergo tu ad hęc
nõ accedis, ut uideas? Vocãt phariſæi pa
rẽtes, & illi dñt: Filius nr eſt, qũo uideat,
interrogare ab eo, (Iã. n. conſpirauerant
phariſæi,) ut ſi qs eũ confiteret Xpm, ex B
tra Synagogam fieret: ideo auſi nõ ſunt
Xpm confiteri. Manifeſtè oñdunt Pha
riſæi, eſſe de illis, de quib. Ez. 13. Mortifi Eze. 13
cant aĩas, q̃ nõ moriunt, & uiuificãt aĩas
q̃ non uiuunt. Sed mirum eſt, q parẽtes
cæci nõ audẽt Xpm cõfiteri metu Phari-
ſæorũ. Sed Martha corã oĩbus illi dicit:
Ego credidi, qa tu es Xps filius Dei uiui Ioã. 11
q in hunc mundum ueniſti, nec timet ex
tra ſynagogã fieri. Hoc uerò ideo eſt, qm
Martha nobilis, illuſtriſq; fęmina erat, q
verò hmõi ſunt, nihil a iudicib. timẽt, nõ
in eos exercet uindicta publica, ſed ĩ pau
peres pſes cæci mẽdicãtis. Hi timẽt. No-
bilis. n. & diues, licet domũ publicẽ ludo
deputatã hẽat, licet mulieri cohabitet nõ
ſuæ, nõ punit hodie, oĩs. n. iudex qua ſi a-
ranea in paruas illabit muſcas. quo con
tra ſcriptũ ẽ, noli fieri iudex, niſi uirtute C
ualeas irrũpere in potẽtes? Maledixerũt Eccl. 7
cæcũ iſtũ, & extra ſynagogã eũ eiecerũt, Zac. 8.
dicẽtes. Tu diſcipulus eius ſis. Zac. 8. Si-
cut eratis maledictio in gẽtib. domus Iu
da, & dom⁹ Iſrael: ſic ſaluabo uos, & eri
tis bñdictio. Hęc verò maledictio. Tu di
ſcipulus eius ſis, in nos oẽs decidat. Ait Ge. 26.
Rebecca Iacob: In me ſit iſta maledictio Pſ. 108
fili mi: nã ut Pſal. ait. Maledicẽt illi, & tu Mala. 2.
bñdices. Et Mala. 2. Maledicam benedi
ctionib. ueſtris, & benedicã maledictio-
nib. ueſtris. Oñditur uero gratia, quã iſte
recepit in fortitudine, qua cũ Phariſæis
pro Chriſto contendit. Nihil. n. timidius
paupere. Eccl. 13. Diues commotus con Ecc. 13
firma-

Digitized by Google

A firmatur ab amicis ſuis, humilis aũt cũ cecide rit, repellitã notis. Diuiti decepto multi recuperatores loquutus eſt ſupba, & iuſtificauerunt illũ: humilis loquutus eſt ſenſatè, & non eſt datus ei locus, gratia tñ fortitudine animã replet, vt nihil mũdi ei altũ appareat. Sic cõfortati ſunt gratia martyres, vt tyrannos deſpicerẽt, & nihil pẽderẽt. Cõtra verò potentes, ſi peccatores ſunt, humano timore deprimunt. Hęc eſt eorũ maledictio Leu. 26.

Le. 26. Dabo pauorẽ in cordibus eorum. Terrebit eos ſonitꝰ folijs volãtis, & ita fugiẽt, quaſi gladiũ, cadent nullo perſequente. Hoc timore mũdi detinentur, ne multa bona agant, timẽt. n. folia verborũ, eorũ,

B ſ. q eis oblatrare pñt. Audiuit Ieſus, quia eiecerũt eũ foras, & ait illi. Qui loquitur tecũ, ipſe eſt. Attende, qũo moneret eũ, q pro eo paſſus eſt perſecutionẽ, qa iuxta

Pſ. 33. eſt dñs ijs, qui tribulatio ſunt corde. Ideo

Mat. 5 Mat. 5. Beati eritis cum maledixerint vobis hoĩes, & pſecuti vos fuerint, & dixerint oẽ malũ aduerſũ vos, mẽtientes, pp me. Sed q̃ remuneratio horum? Ego manifeſtabo ei meipſum hic, & in patria, vbi merces vrã magna erit. Quia profecerat cœcus primo miſericordia a Chriſto recepta oculorũ, ſ. lumine, eo. n. ſolũ accepto, p Chr ſto conſtanter pugnauit,

Simile addidit ei ſecundam mĩam multò potiorem prima ſe illi manifeſtãs. Sicut pater q dat filio partẽ aliquã ſubſtantiæ, vt negotietur, ſi videt illum ſtrenuè negotiari,

Mat. 5 addit amp iorem. Dicis ſæpe: O ſi ma-

C gnam gratiam mihi Deus conferret, dico tibi, vtere bene gratia parua, quã accepiſti, & maiorẽ recipies, qa in parua fui-

Ma. 25 ſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, habenti dabitur, & abũdabit. Sic cum hoc cęco factum eſt, cui manifeſtè ſe reuelauit, q non meruerunt principes Hieruſalem, & quẽ mundus a ſe proijcit, Deus recipit. Eiectus hic a ſynagoga fuerat, ſicut illi, de quibus dr: Tanquam purgamenta huius mundi facti ſumus omniũ peripſema uſque adhuc. Quaſi fructuũ cortices, quos proijcis, quaſi ſtercora. ſed Deus eos recipit. Sicut comedit quis

1 Co. 4 malum medicum, proijcit corticẽ, quem alius aſſumit, & in ſaccarum mittẽs, & decoquens, præcipuum conficit cibum A ſaccaro conditum: ita cum hoc cæco factũ eſt, ſic cum Apoſtolis, & ſanctis, &c.

Feria V. poſt Dominicam IIII. Quadrageſimæ.

Ibat Ieſus in ciuitatem, quæ uocatur Naim, &c, Luc. 7.

MIraculũ ſtupendum à Chriſto dño factum, hodie proponitur nobis; nimirum mortuus ſuſcitatus; ſed ut eum ſuſcitaret, prius ad portam uenit ciuitatis. Hæc porta abſque vllo dubio Mariã ſignificat, ad quam Chriſtus acceſſit, ut mundum intraret, & homo mortuus ſuſcitaretur. Hæc uerè eſt porta Domini. B Et quemadmodum illuſtres uiri ad ianuam domus ſuæ maiorũ ſtẽmata, atque inſignia collocãt, ut clara eorũ proſapia oĩbus ſit manifeſta; ita in Maria congeſſit Deus gratias innumerabiles, quibus Dei in ea habitantis celſitudo oſtẽdatur; tot uerò gratijs, donisque ornata fuit ianua iſta, ut decreuerit æternus Pater eã in cœli ianuam ſurſum aſſumere, & ſic facta eſt fœlix cœli porta, ut quæ ianua fuit militantis Eccleſiæ, ſit ẽt triumphantis. De hac Regius Pſaltes, Hæc porta domini, iuſti intrabunt per eam. Sed num clauſa eſt peccatori? Non utique ſi ſubmiſſe accedat, & humiliter petat ueniã, Pſ. 117 & gratiam, nos ergo accedamus, & cæt. Ob oculos noſtros hodie mors proponitur, quæ primus peccati effectus eſt, & cũ C omnis effectus cauſam repræſẽtet, mors ſine dubio peccatum oſtendit, ciuſque eſt expreſſa effigies, qua ratione peccatum ſæpiſſimè in ſcriptura mors dicitur. Vt vero huius ſpiritualis mortis naturam explicemus, notandum eſt, triplicem eſſe uitam, animalem, ſcilicet, rationalem, & gratuitam, ſiue diuinam. Simili ratione philoſophandum eſt de morte. Triplex eſt mors animalis, rationalis, & peccati. In operibus uita dignoſcitur, & mors ſimiliter. Animalis uita eſt coniunctio animæ cum corpore; ex qua uitales actiones procedunt, mors animalis tunc efficitur, cum ſeparat aĩa à corpore, & illa vi-

tæ

Digitized by Google

A tæ opera ceſſant. Rõnalis uita túc in ho-
ie eſt, cum rõne utit, & opera rõnis exer-
Pſ.118 cet. Hinc Pſ. Aequitas teſtimonia tua, in
tellectū da mihi, & viuā. Rõnalis mors
tunc eſſe dr, qñ rõnis motus ceſſat, & ap
petitu dñante opera a ratione aliena, ac
belluina efficiunt, de qua morte loquitur
1.Ti.8. Paul. Vidua, q̃ in delicijs eſt, uiuens mor
Pſa.84 tua eſt, & Pſ. Homo cum in honore eſ-
ſet, non intellexit, cõparatus eſt iumētis
inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis, &
hæc mors miſerãda magis, & deploran-
da, q̃ prima eſt, quanto rõ pſtat ſenſuali
tati, priuationes namq; eo deteriores cen
ſent, quo habitus, quib. priuant, præſtan
tiores ſunt, mors uerò priuatio eſt uitæ.
Ecc.22 Hinc Eccl. 22. Sup mortuum plora, de-
B fecit.n. lux eius, & ſup fatuū plora, defe-
cit.n. ſenſus. Modicum plora ſuper mor
tuum qm requieuit, luctus mortui ſeptē
dies, fatui aūt, & impij oēs dies uitæ illi⁹.
Vita gratiæ tunc in te eſt, qñ gratia orna
tus opera gratiæ pſtas, huic opponit pec-
cati mors, q̃ hac gratia priuat, & mors
Pſa.33 iſta oīum eſt peſſima, de qua Pſal. Mors
Sap.16 pctōrum peſſima. De hac ēt loquit Sap.
Homo p malitiā occidit aīam ſuam. Et
Iacob.1. Pctm cum conſummatum fue-
Ro.6. rit, generat mortē. Et Rom.6. An neſci-
tis, qm cui exhibuiſtis uos ad obediendū
ſerui eſtis eius, cui obediſtis, ſiue peccati
ad mortē, ſiue obeditionis ad uitam. Et
ſanctiſſima illa Suſanna: Si hoc, inquit,
egero, mors mihi eſt: ſi aūt nō egero, non
effugiā manus vras. Culpam, & pctm,
rum imagines, & poneret Veneris, &
Bacchi ſimulachra, q̃rum cõmitteret ne-
fas. Hoc tu agis ſi inhoneſtas es, Veneris
imaginem in aĩa collocans: ſi gulæ dedi
tus, Bacchi: ſi auarus, pecuniæ cultum di
uinum pręſtas: an nõ hi tẽplum Dei uio
lant. Quid ergo ijs faciendũ, qui templũ
Dei uiolauerunt? Fiant Encænia, fiat re-
nouatio, & purgatio tẽpli, ſicut Iudas fe-
cit. Hęc uero fit per uerã pniam, qua oẽ
malum expellitur ab aĩa. Eſa.1. Lauami Eſa.1.
ni, mundi eſtote, auferte malum cogita-
tionum ueſtrarum ab oculis meis, quie-
ſcite agere peruerſè, diſcite benefacere. B
Quo contra fecerunt Iudæi indurati, qui
hoc feſto pctã pctis addiderunt, & tẽplũ
Dei uiolauerunt, quib. ſimiles ſunt, qui
nũc peccãt, & noua peccata ſuperioribus
addunt, cum illa tollere debuiſſent.

Sed ut hæc fiat renouatio. [Deambu-
labat Ieſus in porticu Salomonis.] Qñ
ſentis in corde tuo pctõrum dolorẽ, mo-
tus deuotionis, deſideriũ perfectionis, qd
nã eſt, niſi qđ deambulat Ieſus in corde Gen.3.
tuo? Sicut ergo quondã deambulabat in
paradiſo, quęrens Adã, ut ille timeat, fu-
giat, & doleat: ſic mõ deambulat ĩ atrio C
tẽpli, ꝙ exterior eius pars eſt. 4. Reg.4. ut 4.Re.4
ſuſcitaret Eliſeus filium Sunamitidis, de
ambulabat in domo ſemel huc, atque il-
luc, agitabat propheta ſpũ, ac deſiderio
vitæ pueri, & hoc deſiderium illum coge
bat ambulare huc, atque illuc. Ita nunc
Chriſtus deſiderio uitę noſtræ agitatus,
deambulabat huc, atq; illuc. Sed alias ô
domine deambulationes duriores, alia
ſpatia deambulãdo acriora, alias uias diffi
ciles ſuſcipies, ac perages, ut nos ſuſci-
tes, in quib. ſanguinem ſudes, a cœna in
hortum, inde ad domũ Annæ, Caiphæ,
Pilati, Herodis, Caluarię locum, & ſe-
pulchrum. Sed in atrio deambulat ante
templum, quia in exteriori cordis tui de-
ambulat, non in interiori, qa intus pctm̃
eſt, nec illud ingredietur, donec a te proij
cias peccatum. Cum in tẽplum idola po- Eze.10
ſuiſſent Iſraelitæ, exiuit Deus de tem-
plo,

Digitized by Google

A plo,quæ. n. conuentio lucis ad tenebras
Xp̄i ad Belial? Eijciendus ergo dęmon,
& pc̄tm̄, vt Xp̄s intret. Oī hac quadra-
geſima deābulauit Ieſus iuxta cor tuum
vt ei aperias,nec aperuiſti ei ianuam, li-
cet ſteterit ad oſtium,& pulſauerit. Inue
nit eum ſponſa ſemel extra domū ſuam
Cant. 3 & ait: Tenui eū,nec dimittā,donec ītro-
ducā eum in domum matris meæ, & in
Ambr. cubiculum genitricis meæ. Ambroſ. Fac
tu ſimili qn̄ videris Deum pulſare ianuā
cordis tui, illum introduc vſq; ad inti-
1.Re.6. mum cordis. In hoc,inqt Ambroſ. Beth
ſamitæ defecerunt,qd̄ licet arcæ uenien-
ti ad eos,feſta fecerunt,ſed eā ſub diu re
3.Re.8 liquerunt in petra. Multa, & mirabilia
poſuerat Salomon in templo, ſed nunq̄
fuit plenum,ac glorioſum, donec Deus
B tēplum ingrederetur, quia nunq̄ aīa ple
na,& in gloria erit, donec Deum hēat,
ideò cura,ut intret in te, nec maneat ſp
in atrio aurium tuarū,ſed dic: In corde
Pſ. 118 meo abſcōdi eloqa tua, vt nō peccē tibi.
Sed audi,quid duri corde faciāt, cum
Xp̄s deambulat in atrio,ait Ioan. [Cir-
Pſa. 87 cundederunt eum.] Pſ. Circundederunt
me uituli multi,circūdederunt me ſicut
apes, & circundederunt me canes mul-
Pſ. 21. ti. Vt oī ex parte expugnent Xp̄m,illum
Simile circundant,ſicut expugnaturus ciuitatē
Pſ.11. eam circuit. Hoc uero efficit peccator,
cum omni ſe tradit immunditiæ, & ini-
quitati,tunc impij in circuitu ambulant
nullibi non peccant,in domo,in via, in
eccleſia,in omni prauitatis genere, ꝙ sū
mè eſt abominandum. De quo Io. Ceci-
Apoc. dit Babylon illa magna, & facta eſt cu-
ſtodia omnis ſpiritus immundi,& om-
nis uolucris immundæ,& odibilis. Simi
C lis tūc eſt anima corpori illi,de quo Eſa.
Eſai.1. 1. A plāta pedis, vſq; ad uerticem capitis
nō eſt ī eo ſanitas. Aliter vero iuſti Chri
ſtū circundant, cū oī ſua cura Deū ſibi
deuincire conant̄,in oīb. eius gloriā qrē-
2. Cor. tes,ſicut Pau. monet: Siue comedatis,ſi-
10. ue bibatis,ſiue qdcunque aliud faciatis,
Pſa. 41 oīa in Dei gloriam facite: Hoc eſt illud
Pſal. Circundate Sion,& complectimi-
ni eā. Hac.n. rōne facile eā capieris. Sic
1. Pe.4 .n. certa tibi ſalus erit. Vnde Petrus. Fra
2. Pe.1. tres ſatagite,per multa bona opera cer-
tā ueſtrā vocationē,& electionē faciatis. A
Sic.n.non peccabitis aliqn̄,ſed abunda-
ter miniſtrabit̄ uobis introitus in æter-
nū regnum Dei. [Hiems erat.] Celebra
bat̄ hoc in mēſe Casleu,q nobis eſt No-
uember. Vt ego notaret eorum frigidi-
tatē, ait, hiems erat. De qua re Hiere.6. Hier.6
Sicut frigidā facit ciſterna aquā ſuā, ſic Simile
frigidā fecit malitiam ſuā, i. ſicut aquā
natura ſua frigidam,frigidiorē reddit ci
ſterna,ſic malitiā,& pc̄tm̄ frigidū,frigi-
diora facit malitia,& induratio Hieru-
ſalē. Sic Matt. 24. Quia abundauit ini- Mat.24
quitas, refrigeſcet charitas multorum.
Et hoc puto,ait ibi Hiero. ſonare illud, Hiero.
aſſimilatus ſum deſcendentib. in lacum Pſ. 27.
ꝙ eſt ciſterna. i. oīno miſer, & perditus,
quaſi in ciſterna eſſem. Dupliciter.n. qs
peccat,ali n̄ cū timore recordatus Dei, B
& iudiciorum ipſius, aliqn̄ vero oīno
Dei oblitus,quaſi Deus iudicans non eſ
ſet. De quo Pſ. Non eſt Deus in conſpe- Pſal.9.
ctu eius, inquinatæ ſunt viæ illius in oī
tpe hi contēptu peccāt, & in hyeme eſſe
dicēdi ſunt,& frigiditate abundare ma-
litiæ. Et hos Ariſt. dixit inſanabiles. Mi Ariſt.
ſer ꝑfecto hō,qui in hoc ſtatu eſt. Aug. Augu.
Semper tibi hyems erit? nunq̄ ne de te Cant.2
dicendū eſt: Iam hyems tranſijt, imber
abijt, & receſſit, flores apparuerunt in
terra noſtra,uox turturis audita eſt,uox
inq̄,gemitꝰ? Infęlix oīno aīa, cui ſemp
eſt hyems,ſemper peccato ſubiacet. Pri-
mū ꝙ in templi renouatione. Nehemias
q̄ſiuit,fuit,ignis,vt dr̄ 2. Macha.1. In tē- 2.Mac.
pli enim tui renouatione primum tibi q̄ 1.
rendus eſt ignis, calor, feruor Spiritus
ſancti,ut recedat hyems. Dupliciter.n. Pſ.102.
animæ renouatio fit: Primo quæſit illo Simile
igne Cęli,vt Nehemias facit, cum Spiri C
tus ſancti calore,ac feruore radicitus tol
litur pc̄tm̄,cum renouatur,ut aquilæ iu
uentus noſtra. Sicut.n. aquila uerſus ſo-
lem ſurgens calore incenſa, ſe in aqs im
mergit,& renouat̄,ſic aīa ſurſum eleua-
ta uerſus iuſtitię ſolē calore Spiritus ſan
cti recepto,aquis lachrymarū ſe demer-
git,& lauat,& ſic renouatur. De qua re
ſic loquit̄ Eſa.4. Si abluerit Dn̄s ſordem Eſa. 4.
filiarum Sion in ſpiritu iudicij,& ſpiri-
tu ardoris,tūc vere purificat̄ anima,nec

Digitized by Google

A rubigo ulla in auro manet, cum magno
feruore,& aī cōtentione ad Deum qs cō
uertit,ſicut Pau.fuit dicens: dñe qd me
Act. 9. vis facere,& continuo nō acqeuit carni
Gala.1 & ſanguini,& ſicut Magdalena,q̄ dile-
Luc.7. xit multum,& uim magnā lachrymarū
1.Par. ꝑfudit. Hæc aīæ renouatio Deo placet.
Sed ais,Gr de opus eſt,ſed ego dico tibi
29. illud nō hoī ꝑparat̃ habitatio, ſed Deo.
Alia uero renouatio fit in hyeme, ea[...] ſ.
frigiditate,vt neſciamus,an uera ſit con
uerſio,uel ficta. Si reuerteris,ait prophe
Hier.4 ta,ad me conuertere Iſrael. Quaſi dicat.
Si ad Deum tibi reuertendū eſt, redi ſe-
rico,ex aīo,feruidè: Vſquequo claudica-
3.Reg. tis utroq; pede? Si dñs eſt Deus, ſequimi
18. ni illum. Melius eſt.n.nihil facere,q̄ ita
B frigidè facere, ut nihil efficias, putes te
aliquid egiſſe,et decipiaris,putãs te mū-
dū,cum mundus non ſis, & ſis ſicut ge-
Pro.30 neratio illa,de qua dr̃,Generatio, q̄ ſibi
munda ur̃, & nō eſt mūdata a ſordibus
Pro.25 ſuis. Cui cōtigit illud Prouer. 25. Dens
putridus,& pes laſſus,q ſperat in infide
li ī die anguſtiæ,& amittit palliū in die
Simile frigoris,Cui enim eſt dēs, ſed putridus,
cū voluit māducare,nō potuit,cui pes ē,
ſed laſſus,cum uoluit ambulare, nequi-
uit. Amittit palliū in die frigoris, q.a.n.
hic frigidè ad Deū cōuerſus eſt,ī alio ſæ
culo ad diē frigoris, & anguſtiæ nō hēt
pallium charitatis,ipſum protegens, &
1.Pe.4 multitudinem peccatorum cooperiens.

Sed qm̄ hi indurati aliqñ boni appa-
rere uolunt,bona loquuntur, dicuntq;,
ꝙ hi Xpo dño. [Vſq;quo aīam noſtram
tollit? Si tu es Xps,dic nobis palā.] Sed
o dñe iuſtū eſt, te oſtendere eis Chriſtū
C eſſe ſeruatorē,ut te eo loco habeāt, quo
iuſtum eſt te haberi,& ut illi ſalutē con-
ſequantur,quam ſine tui agnitione non
habebunt. Hæc eſt.n.uita æterna,ut co-
Ioā.17. gnoſcant te Deum uerum,& quē miſiſti
Ieſum Chriſtum, ideo oſtende eis patris
tui chyrographum,quo te Regē mundi
cōſtituit. Sed rñdet Xps: Iā hoc factum
eſt,loquor uobis,& nō creditis. Iam.n.
oſtenderat eis diplomata regia, opera,q̄
Ioan.5 ego facio in noīe patris mei,ipſa teſtimo
nium perhibent de me. Sed quid illi ad
Simile tā clara teſtimonia rñdent: Quod ſolet
rñdere Prorex in Indijs conſtitutus,qui A
munus ſuum male geſſit, multoſq; iniu
riis affecit,& iniuſtè dāna plurima intu
lit,cumq; ad eū uenit iudex a Rege miſ-
ſus,ut factorum diſcutiat ius, & functi
muneris rōnē exigat, ille intelligēs ſe di
gnitate priuandū,dutumq; reputans ſce
ptrū deponere,curat decretis regijs reſi-
ſtere multa cauſat̃,dicens, uel falſa, vel
corrupta eſſe,& dilationes q̄rit. Noue-
rant phariſæi mala ſua,& male munere
ſuo functans eſſe,& minas diuinas au-
dierant per Ezec.34.intētatas, ꝙ ab eis Eze.34
paſtorū mun⁹ ablaturus erat,& alijs da Pſal.2.
turus. Nouerāt rectitudinē Xpi uenien-
tis,de quo ſcriptū erat: Reges eos ī uirga
ferrea,nō in uirga arundinea, q̄ leuis au
ra fauoris humani īclinet. Nouerāt ſe cō
fringendos,ut uas figuli,ideo cās inanes ꝑ B
quirunt,dicuntq; regium nomē ſubſcri-
ptū falſe eſſe, & in Beelzebub principe Luc.11
dæmoniorū eiici a Xpo demonia. Nunc
vero dnt: Vſq;quo aīam noſtram tollit?
Quaſi parati eſſent obedire Deo, cū tñ Luc.11
non ſint,ſed oīno rebelles,dicentes,no- Mat.21
lum⁹ hūc regnare ſup nos,& hic eſt hr̃s,
venite,occidamus,& nr̃a erit hr̃ditas.

Sed in his uerbis: [Quouſq; aīam no
ſtram tollis.] Præ oculis noſtris ponitur
aīa anxia,& ſolicita, ut Xpũ inueniat,
quam licet iſti non habeant,fingunt tñ,
& aliqñ depicta excedunt uiuis. Nunq̄
enim Plato eā rēpublicā habuit,quam in
libris depinxit de Republica. Nec Cice-
ro talis fuit orator,qualis ab eo deſcript⁹
eſt. His ergo uerbis ſignificatur animæ
a peccato exeuntis anxietas. De quo Pſ.
Vſquequo dñe obliuiſceris me ī finem? Pſ.12.
vſquequo auertis faciē tuam a me? Quā C
diu ponam conſilia in aīa mea? Vſque-
quo exaltabitur inimicus meus ſuper
me? Vide,qua anxietate repetit, uſque-
quo,quaſi pectore,nō ualēs illud cōtine
re. Sic iſti, quouſque aīam noſtram tol-
lis? Aug.8.confeſ.c.10.& 11. Feruebam Aug.
moleſtiſſima cogitatione,īrēne in pactū
tecum,ꝙ oſſa mea clamabant. Qui ue-
hementi conuerſione,& feria ad Deum
reuertit̃,experitur utique luctā hanc in-
teriorem. Hac.n.parte amor dei hoīem
trahit,uel timor magnus,illa verò uitia
tenent

Digitized by Google

A tenent eũ,fitq; in hoĩe,qd ſimili illi cru-
Simile delitati, q̃ aliq̃n in martyres exercuerũt tyrãni,ut alligarent martyrẽ duab.arborib.inclinatis, & deflexis,q̃ cũ a ſe inuicem diuiderent, miſere hoĩem diſcerpebant. Sed ais. Ego nihil horũ ſentio. Credibile hoc eſt,ſed ſatis dubium, an oĩno
Simile pc̃tm̃ relinquas. Si.n.radicata nimiũ arbor,in puncto eradicanda eſſet vi maxima,& illa ſenſum hr̃et,an non doleret? nõ anxiaret? Sic tu ſentires,ſi euelleretis oĩno a uita ueteri: ſed nõ euelleris,nec oĩno pc̃tm̃ relinquis, iõ tibi dolor non eſt,
Simile nec ſenſus. Si mõ rex Hiſpaniæ in Indos pficiſceret, videres plures nobiles eũ comitantes,è quib.alios videres alacres,lætosq;,alios verò triſtes,atq; dolentes. Et huius diuerſitatis hæc eſt rõ, q alij regẽ
B comitãtur vſq; ad Hiſpaniæ portum, in quo regem relicturi, ad proprias domos continuò redibunt. Hi læti ſunt,nihil.n. eis eſt difficile. Solum domos,vxores,& filios relinquuut paucis,& ſtatutis dieb. poſt quos in propria remeabunt. Alij verò, qui cum rege ad Indos ituri ſunt, ut perpetuo maneant,& in Hiſpania relinquunt oĩa,quæ eis chara ſunt,vxores,liberos,domos,hi triſtes ſunt,hi diſcrutiãtur, quia chara in perpetuum relinquũt. Sic his,qui modo Xp̃m comitantur,contingit. Quidam namq; peccatũm nõ oĩno relinquunt,ſed per aliquot dies, uſq; ad paſcha, continuo illud redituri, nihil hi anxij ſunt,nihil diſcruciantur. At hi, qui oĩno a pc̃tõ recedunt,& ipſis chariſ-
C ſima relinquunt oĩno,& in perpetuum, hi ſine dubio diſcrutiantur,anxianturq; quia oĩno exuunt ueterem hoĩem,& induunt nouum. Qua in re talis eſt lucta,
Greg. vt de ea accipiat.Grego.24.Moral.c.13.
Iob 33 illud Iob 33. Abominabilis ei fit in uita ſua panis. Tabeſcet caro eius,& oſſa, q̃ tecta fuerant, nudabuntur. Appropinquabit corruptioni aĩa eius: deprecabit dñm,& placabitis ei erit,& videbit faciẽ eius cũ iubilo. Vide anxietates,perplexitatesq;,in quibus verſatur, qui ad Deũ conuertitur,ut Iob aſſerit. In quibus tñ non diu Deus ſuos derelinquit: ideo vident citò faciẽ Dei cum iubilo,eſt.n.tũc
Eſa.26 tp̃s partus. Et ſicut quæ ad partũ appropinquat, clamat in dolorib. ſuis:ſic a facie tua dñe concepimus, & peperimus ſpũm ſalutis,ut propheta ait. En anxietatẽ eius,qui uerè ad Deũ conuertit,quã illi exprimere voluerit his verbis. Quo uſq; aĩam nr̃am tollis? Quibus verbis ſignificatur aĩæ Deum quærentis ſolicitudo,quæ anxiat,& quaſi in ſuſpẽdio eſt donec Deum videat, & eum cõſequatur
Prou.13. Super,q̃ differtur,affligit aiam: Pro.14
lignum uitæ deſiderium ueniens. Cũ.n. aĩa reijcit oẽm terenã conſolationem,ut
Deũ aſſequat,dicens cum Pſ. Renuit cõ Pſ. 76.
ſolari aĩa mea, dũ a terrenis eleuata eſt, nec Deum conſequit,quaſi in ſuſpendio
eſt. De quo Iob. Suſpendium elegit aĩa Iob 7.
mea,et mortẽ oſſa mea. Ex quo naſcitur
languor aĩæ. pcedens ex amore, ut Dio- B
ny.ait. Quo languebat ſponſa,dicẽs. Ful Dion.
cite me floribus, ſtipate me malis, qa a- Can.2.
more langueo. Quid.n.mihi eſt in cęlo, Pſ. 72.
& a te quid uolui ſuper terrã, defecit cor meũ,& caro mea,ecce languor. Sed infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed ad mortẽ mortis:eſt.n.languor auferẽs aĩæ greſſum ad illicita, iacere facit per humilitatẽ,eã, q̃ ante ſtabat erecta,mutat guſtum,ut ei iam non ſapiant ea, q̃ mundi
ſunt. Tunc implet illud Pſ. Pluuiã uolun Pſ.67.
taria ſegregabis Deus hæreditati tuæ:& infirmata eſt, tu uero perfeciſti eam, &
tunc uirtus in infirmitate perficitur. Ex 1.Cor.
quo oritur, ut aĩa Deũ inceſſanter q̃rat, 12.
dicẽs. Quouſq; aĩam noſtrã tollis? Greg. Greg.
Vis amoris intentionẽ multiplicat inq̃ſi
tionis,cum.ſ.prius aĩa infirma q̃rit Deũ C
in lecto,ſed iã conualeſcẽs per oĩa diſcurrit:q̃m in lecto eum non inuenerat. Tũc ait. Surgam,& circuibo ciuitatem,q̃rã,
quẽ diligit aĩa mea: Quærite faciem eius Can.5
ſp. Qui ſic q̃rit,oẽs interrogat. Num quẽ Pſ.104
diligit aĩa mea vidiſtis? Et in nullo ſiſtit, donec inueniat dilectum, ut Magdalena Chriſtum quærens in ſepulchro, vi-
dens ibi Angelos, nec alloquit, nec mo- Ioã.20
ratur,ſed breuiter rñdẽs, ab ipſis ſe auertit,& conuerſa retrorſum, vidit Ieſum
ſtantem. Can.3. Paululum cum pertran Can. 3
ſiſſem eos,inueni,quem diligit aĩa mea.
Hæc D.Tho.opuſ. de amore Dei in pri- D.Th.
mo,& ſecundo gradu amoris. Donec er-

A go anima Chſtm inuenit ſolicita eſt, & ait, vſquequo animam meam tollis?

Sed indurati hi, quo tandem peruenerunt? [Suſtulerunt lapides, ut iacerent in eũ.] Miſera profectò ouis, q̃ paſci cum velit herbam veneno infectã, ꝙ eam paſtor inde ſeparat ſibilo, ipſum paſtorẽ lapidare vult. Sed mittamus perfidos hos, q hoc re, & effectu tunc fecerunt, & ad nos oculos conuertamus, qui pctis nřis Xp̃m, quem credimus, lapidamus. Quid .n. periurus, qd blaſphemus, quid ſcādalizator facit aliud, q̃ lapides in Xp̃m mittere? Quid ille, qui de diuina conqueritur prouidentia, facit, niſi lapides in Deum iactare? De quo Chryſo. de prouid. ho. 1. In lege veteri ſcriptũ eſt: Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. Hoc in veteri teſtõ, qñ puerilia p̃cepta, qñ lac qñ pedagogus, qñ figura, & vmbra: quid igitur dicemus de his, qui nunc in grã, in rerum ipſarum ueritate ſunt, nõ matri, aut patri maledicentibus, ſed ipſi uniuerſitatis rerum Deo? Quo .n. ſupplicio afficietur? Qualis aiaduerſio, qualis igneus amnis, qui uermis ſempiternus, quę tenebrę exteriores, quæ uincula, quis ſtridor, quis ploratus, ſcelerum magnitudini ſatis eſſe poſſit? Omnes cruciatus, q nunc ſunt, quiq; futuri, minores iuſto animo ſic affecto, atque eo, vſque improbitatis prolapſo ſunt. Quod verò Xp̃s dñs ad hos dixit induratos, tibi quoq; loquitur. [Multa bona opera oſtendi nobis, pp ꝙ horum me lapidatis?] Sanctus martyr Polycarpus iuſſus dicere cõuiuio Xp̃m, rñdit. Octoginta annis ſeruio Xp̃o, & nihil me læſit unquã, qũo poſſum maledicere regi meo, qui uitã mihi donauit? Hæccine reddis dño popule ſtulte, & inſipiens? Nõne eſt ipſe, q̃ fecit, & creauit te? Quia dedit tibi ſubſtantiã huius mundi, ex ea lapides facis, ut eum offendas? Dedi eis argentum, & aurum, quæ fecerunt Baal: Dedit tibi formã pulchrã, & hac Deum offendis? vitã .n. ſalutẽ, & ex oĩbus feciſti lapides, quib. eũ lapides? Mira hoĩs ingratitudo. Cauenda nobis maximè cordis durities, quæ tm̃ mali operata eſt in Phariſæis, ne in ſimile incidamꝰ iudicium. Hodie ſi uocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda ueſtra, quia cor durum male habebit in nouiſſimo. Si te abhortaris, vt eruas ab omni malo, quomodo a ſummo non adhortaris, vt liberceris? Maximè verò hoc ſacro tempore, cum illud tempus exigit, quod renouationis eſt, quando Deus deambulat iuxta cor tuum, tot te concionibus, & inſpirationibus monens tunc lapides? nunc peccata? ſed Xp̃i bonitatem interim conſidera, qui non recedit, niſi lapidibus appetitus, nec lapidibus, aut præcipitio mori uult, ſed cruci affixus, ut nobiſcum maneat ſemper. Simul verò nunc paſſioni ſuæ approximãs, corpus ſuum diſponit, ad eam perferendam, ante .n. lapides fugiebat, nunc illos expectat, poſt in horto intrepidè excipit uenientes, ad ſe comprehendendum. Sic cum Abrahamo facit. Primũ ait: Exi de terra tua, & cognatione tua. Secundum. Eijce ancillam, & filium eius Iſmahel. Tertium. Immola mihi Iſaac. Sic cum Iob, 1. oues, & armẽta tulit, deinde filios poſtea ipſum vulnere percutit. Sic ergo cum tibi laborem, & dolorem immittit, diſponit, ut duriora, & grauiora poſſis ſuſtinere, vt maiori gloria te donet. Quod ergo minus eſt, diſce tolerare, ut maiora poſtea poſſis ſuſtinere, & dignus ſis præcipua corona cœleſti, &c.

[Margin: Chry. Lc. 20. Ex. 22. B C De. 32. Oſee 2. Pſ. 94. A Eccl. 3. B Ioã. 19. Ge. 13. Iob 1.]

Feria V. poſt Dom. V. Quadrag.

Duo debitores erant cuidam fœneratori, &c. Luc. 20.

C

Triplex debitũ eſt, quod Deo homo debet. Primum cõe iuſto, & peccatori. Secũdum proprium iuſti. Tertium peccatoris proprium. Primum debitũ, nec pauperem, nec diuitem reddi debentem. Secũdum reddi tenetur, qui debet diuitem. Tertium uerò pauperem, & miſerrimum. Mira profectò, & diuerſa inter ſe debita hæc. Debitum primum naturale eſt, ꝙ oĩs homo ſiue iuſtus, ſiue peccator ſit, Deo debet, vt author naturę Deus eſt. Deo .n. debes eſſe naturale, & omnia bona corporis, & aïæ, fortunæ, honoris, & denique quicquid boni in te, eſt,

Digitized by Google

A eſt. Quid.n. habes, ꝙ non accepiſti? Oĩa
1.Co.4 a Deo accepiſti, vniuerſa ei debes. Dixit
Eze.29 Pharao, ut Ezech. ait: Meus eſt fluuius, & ego feci memetipſum. Ait verò Deus:
Oſe. 2. Ponam frenum in maxillis tuis. Oſeę. 2. Et hęc neſciuit, quia ego dedi ei frumentum, vinum, & oleum, & argentũ multi plicaui ei, & aurum. Hoc debitum, hæc oĩa bona naturalia nos non efficiunt diuites, aut pauperes, non.n. eo homo di-
1.Co.8 ues, ꝙ mu ta naturalia hẽt, nec pauper, ꝙ eis careat. 2. Cori. 8. Qui multum non abundauit, & qui paucum non minora-
Exo.16 uit. Quod colligit Paul. ex illo. Exod. 16. Collegerunt ex manu, alius plus, alius minus, & menſi ſunt ad menſuram Gomor, nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec q minus parauerat, reperit mi-
B nus. Ex quo optimè infertur illud Hier.
Hie. 9. 9. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua nec fortis in fortitudine ſua, nec diues in diuitijs ſuis: ſed in hoc glorieẽ, qui gloriatur, ſcire, & noſſe me, illa.n. omnia eum diuitem, aut beatum non faciant.

Secundum uerò ſolius iuſti debitum, eum diuitem facit, & quo plus debet, eo ditior eſt. Hoc vero debitum eſt omniũ bonorum gratię, quæ Dei dona ſunt, unde ab eo accepta, & ideò debita ſunt, licèt aliqua ſint merita propria. Optimũ profectò debitum iſtud, quo plura debes eo ditior es. 1. Tim. 6. Diuites fieri in bo-
1.Ti.6. nis operibus: & 1. Cor. 1. In gratia Dei,
1.Co.1 quæ data eſt uobis in Xp̃o Ieſu, quia in
Ap. vl. omnibus diuites facti eſtis in illo. Ideò Apoc. vlt. Suadeo te emere a me aurum
C ignitum, ut locuples fias.

Tertium debitum ſolius peccatoris,
Mat.6. de quo hodie Xp̃s: Duo debitores erant cuidam fœneratori, & in orõne Dñica; Dimitte nobis debita noſtra, i. peccata. Peſſimum profectò debitum, ꝙ debitorem miſerum, ac pauperem reddit: debet .n. Deo ſemetipſum, quem Deo abſtulit: ſicut ſeruus recedens à dño, debet ſe, qa abſtulit ſe, debet et̃ Deo ipſum Deũ, quẽ peccato auferre conatus eſt, licèt non ab-
Ma.21 ſtulerit. Debet Deo ęternas pęnas, debet denique decem millia talenta. Omnes ſumus in hoc debito, & ab oĩbus exigit Deus huius debiti ſolutionem. Quid.n. ſunt cõs conſciæ morſus, niſi petitiones A Dei dicẽtis: Solue, ꝙ debes? Quid hucuſque feciſti, niſi illud, quod Eccl. 29. dr̃ de- Ecc.29 illo, qui debitum ſoluere recuſat, in tẽpore redditionis poſtulabit tempus; & loq̃tur uerba tędij, & tempus cauſabitur? Sed addit ibi Spiritus ſãctus: Grauia ſũt hæc hom ini habenti ſenſum, correptio domus, & improperium fœneratoris. Correptionem domus dicit uerba tædij, quæ dnt hoſpiti in domo, in qua multũ commoratur tp̃is, improperium uerò fœneratoris uerba ſunt Dei exigentis debitum ſolui. Peccator hoſpes i domo Dei eſt, iuſtus filius, cui dr̃: Nõ eſtis hoſpites, B & aduenæ, ſed domeſtici Dei, ideò omnia veſtra, vos autem Chriſti. Sed peccator nihil meretur eorum, quæ recipit in domo Dei; ideò hoſpes eſt, & alia parte Eph.2. debitor, a quo exigitur debitum. Grauia hæc eſſe illi deberent, ſi ſenſum hẽt. Diſtuliſti hucuſque huius debiti ſolutionẽ: iam acceſſit tempus, quò ſoluendum tibi eſt, iam dies interpellat pro homine, vt iura loquuntur, & qñ Deus taceret, nec vrgeret, tempus clamat, in quo ſub nouo peccato teneris ad Deum conuerti. Magnum tibi debitum eſt, ſed qũo ſol uendum? An non te angit hæc cura? Debet iuſtus parum, aliqua uenialia peccata, & ſolicitus eſt, qũo ſoluat; tu debes ingentia, nec ſolicitus es? Debitum maxi- C mè ſomnum tollit, & anxium reddit debitorem. Sic Auguſtus fecit ſibi emi lectũ Romani mercatoris, q multo ſomno corripiebatur, & multa debat, dicens. Lectulus hic abſq; dubio ſomnum cõcilíat, qñ ſic in eo dormiebat, qui plura debebat. Anxius es, quomodo ſoluas Deo debita. Proponitur hodie tibi Magdalena, quæ plurimis debitis erat onerata, & ab omnibus hodie liberata eſt, ut tu diſcas ab ea, quomodo tibi debita ſoluenda ſunt?

Magdalena debitrix fuit Deo maxima in oĩb. his debitis. In bonis naturæ: qa nobilis diues pulchra, ſed non propterea ditior coram Deo. In bonis gratiæ debitrix fuit: quia optimam partem elegit: verè optimam, quæ ſtare ad Ieſu pedes elegit, q dilectionem, qua optima

eſt:

A Prouerbium, ait Scriptum, verſum eſſe,
Gen.21 in monte dominus videbit. Quaſi dicat
Abraham, mecum iocatus eſt dominus,
& per tres dies in maximas animi angu
ſtias induxit, ſed in hoc eodem loco do-
minus videbit in domo ſua, & in filio
ſuo ſerio factum, quod me cum iocosè il
le egit. In hoc enim monte videbit fi-
lium ſuum orantem, ſanguine madi-
dum, captum, flagellatum, & in cruce
poſitum. Idem ſignificat translatio 70.
quæ ait: In Monte dominus videbitur.
Quaſi dicat, hic uidit Deus fidem, dile-
ctionem, & obedientiam meam, ſed hic
etiam videbitur in filio Dei maior obe-
dientia, & dilectio. Et ſicut ego obedien-
tia mea obtinui poſteritati meæ benedi-
ctionem, ſic hic Chriſtus obtinebit be-
B nedictionem vniuerſo hominum gene-
Ge.32. ri. Hic eſt enim Angelus, qui luctabatur
Oſeæ cum Iacob, & Angelus victus eſt lucta
12. illa, ut declarat Oſeæ 12. Sed benedixit
Iacob, Chriſtus enim uictus in cruce
nos omnes benedixit. In hoc etiam mō-
te dominus videbitur in cruce, ſcilicet,
factus ſpectaculum mūdi, & in ſignum
poſitus, quod ab omnibus uideatur, vt
ſit ſalus vniuerſis conſpicientibus eum.
Nu.21 Sicut quondam eius figura ſerpens exal
tatus in deſerto, fuit ſalus Iſraeli. Salus
aīæ tuæ ex eo pendet, ut noueris Chri-
ſtum in cruce intueri, illum contempla-
ri. Sicut ergo quondam dixit Moyſes:
Exo.3. Vadam, & uidebo uiſionem hanc ma-
gnam, Deum, ſcilicet, inter ſpinas, om-
nes nos modo inuitamur, Deum inter
ſpinas contemplari. Sed quibus oculis il
lum contemplabimur? Vide, quibus
tu oculis conſpiceres amicum, uel etiam
C vilem ſeruum, qui videns inimicos tuos
velle te confodere, pro te pugnauit vſ-
que ad mortem, & te eripuit morte ſua,
innumeris acceptis vulneribus. Vide
quo amore, qua dulcedine, qua miſeri-
cordia mortuum pro te amicum, vel ſer
uum conſpiceres, ea tibi conſpicien
dus Chriſtus dominus eſt, ut
eum diligas, eum ſe-
quaris, ut cum eo
regnare poſ-
ſis, &c.

Feria Secunda poſt Dominicam in Paſſione. A

In nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis, ſtabat Ieſus, & clamabat: Si quis ſitit veniat ad me, & bibat, qui credit in me, dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Io. 7.

MVlta de Chriſto domino, deque
eius ingenio prædixit Eſa. inter
quæ capite 42. ait: Ecce ſeruus meus, Eſa.42
ſuſcipiam eum, electus meus, cōplacuit
ſibi in illo anima mea, dedi ſpiritum
meum ſuper eum, iudicium gentibus
proferet, non clamabit, nec accipiet per-
ſonam, nec audietur vox eius foris, ver-
ba Patris, de Filio loquentis, hæc ſunt, B
ut Matth. 12. patet, dicit Chriſtum ſer- Ma.12
uum ſecundum humanam naturam, ſe-
cundum quam exinaniuit ſemetipſum
formam ſerui accipiens, ut Paulus ait:
Venit enim miniſtrare, non miniſtrari,
ut ipſe teſtatus eſt. Suſcipiam ait, eum.
Alludit ad illud Pſal. Beatus, quem ele- Phil.2.
giſti, & aſſumpſiſti. Complacuit, ait, ſibi Pſa.64
in eo anima mea: ſic enim ad eum pater Ma.17
loquitur in transfiguratione: Hic eſt Fi-
lius meus dilectus, in quo mihi bene cō-
placui. Quaſi dicat, ſummè mihi gratus
eſt, chariſſimuſque. Dedi, ait, ſpiritum
meum ſuper eum, quia ut Baptiſta ait: Ioan.1
Vidi Spiritum deſcendentem quaſi co-
lumbam de cœlo, & manſit ſuper eum,
iudicium gentibus proferet, non enim
ſolum Iudæis venit, ſed gentibus. Non,
inquit, clamabit: non clamoribus rem
aget, ſed admirabili quadam modeſtia,
ac benignitate homines tractabit. Idem C
ſignificat Paul. Deſcendet ſicut pluuia Pſa.71
in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſu-
per terram, nō audietur uox eius foris.
D. Matthæus uertit, nec audiet aliquis in
plateis uocem eius, quia erit pacificus,
& mitiſſimus. Hinc monet Paul. Om- Eph.4.
nis clamor, & ira, & amaritudo auferatur a uobis.

Hæc de Chriſto domino pdixit Eſa.
nunc uerò Ioannes ait. In die magno fe-
ſtiuitatis clamaſſe Chriſtum dominum.

Digitized by Google

A Si quis ſitit, veniat ad me. Aſcenderat Chriſtus dn̄s in Hieruſalem ad feſtum Scenopegiæ,& ad illud aſcendebant cũ-ctis uiri Iſrael. Ter.n.in anno tenebãtur, oēs viri in Hieruſalem venire in Phaſe, Pentecoſte,& Scenopegia, vt dr̄ Exod. 23. & 34. Cũ ergo tunc omnis Iſrael ibi cõueniſſet,iamq; ultimus dies feſti illius adeſſet,qui erat octauus dies,dicebaturque feſtum collectę,quia ſeptē prioribus diebus habitabant in tabernaculis, qui dicebatur dies Scenopegiæ. Octauo verò in domos proprias reuertebãt,& illum diem celeberrimum colebant, qui dicebantur collectæ, ſeu cætus, de quo Leu.23. & Num. 29. Quia verò hoc feſtũ erat proximo feſto Tabernaculorũ, qd erat Scenopegię,ad idē refertur,& dr̄ hic octauus dies vltimus illius paſchatis,erat verò celeberrimus hic dies. Iõq; dicit Ioanne, In die magno feſtiuitatis. Cum ergo iã vltimus dies illius feſtiuitatis adeſſet,oēſq; in domos ꝑprias iam eſſēt reuerſuri, nec uero audituri iã Xp̄m forēt amplius concionãtē,proximo namque paſchate paſſus eſt,vltimã concionē facturus vniuerſo Iſraeli, clamat. Clamorib.nunc rem agit,dicens: Si qs ſitit, &c. Sine dubio clamor iſte emphaſim hēt magnã, non obtruſis audiendum eſt auribus qd Xp̄s clamoribus loquit̃. Sitit Chriſtus dn̄s,& ſitientes ad ſe uocat: ſed alia ſitis Dei eſt,alia creaturarum. Sitis creaturæ eſt deſiderium recipiendi, quia

Ex.23. & 34.

Le.23. Nu.29

B

C mendicitate prēmittit: ſitis uerò Dei eſt deſiderium ſe effundēdi, quia plenus oī bono, & redundans cum ſit, ſe cõicare deſiderat. Sicut.n.ſi hos maximi fontis obſtrueres, multaque congeries aquæ accederet,exiretq; conaret̃,merito diceres, fontē ſitire ſe effundere,aquamq; diffundere, & ad hoc ipſe impellit curans remouere prohibens: ſic diuina bonitas indeficiens fons cum ſit, ſummè deſiderat ſe effundere in creaturas, ſui copiam facere,qui vult oēs homines ſaluos fieri, q dat omnibus affluenter. Obſtruitur verò fons hic peccato, quo impedis diuinã in te largitatem,peccata veſtra,ait Propheta,diuiſerunt inter vos,& inter Deũ veſtrum: tu ipſe obicem poſuiſti diuinæ

Simile

1.Ti.2 Iaco.1 Hie.52

gratiæ, tu feneſtram clauſiſti,nedum en ad te intraret. Quid nam putas eſſe impulſus oēs interiores ianuam cordis tui pulſantes, niſi impetus aquæ egredi a fonte volentis in te, & animam tuã. Ille .n.ſtat ad oſtium,pulſat, & impellit, vt aperias ei. Imple,ait,deſiderium meum, qd eſt ſãctificatio tua: recipe me ipſum: dona mea cape,aquã viuã recipe. Rogo .n.te,obſtrueres ne terra,ac lapidib.fontem,ex quo promanaret tibi vinum, balſamum,aurum,& oīa,quæ in ꝑtio hn̄r? Quis tam amens id faceret? Multò tu amētior, qui diuinum obſtruis pc̄tõ tuo fontem,ne in te promanent diuinæ,cæleſteſq; gratiæ. Hoc ergo ſummum Dei deſiderium ſe effundendi, Xp̄m clamare nunc compellit. Venit è cœlo negotiator cœleſtis veras deferens margaritas,iamque diſceſſurus clamat. Si quis theſauros cœleſtes deſiderat, veniat ad me. Hoc ipſum ſapientiam proclamare Sapiens,dicit̃ Sapientia foris ꝑdicat, in plateis dat uocem ſuam:in capite turbarum clamitat:in foribus portarum urbis profert verba ſua dicens: Vſquequo paruuli diligitis infantiam,& ſtulti ea, quę ſibi noxia ſunt,cupient? & imprudentes odibunt ſcientiam? Conuertimini ad correctionem meam, en proferam vobis ſpiritum meum. Hoc ipſum nunc ſapientia in carne clamat: Venite ad me, & bibite aquam viuam. Hoc verò dixit de ſpiritu,quem accepturi erant credentes in eum. Sed ait. [Si quis ſitit.] Omnis homo ſine dubio ſitit, quia nullus omni ex parte perfectus eſt, nullus dicere valet,nihil mihi deeſt. Cum ergo omnis homo deſideret omni ex parte perfici, nunc Chriſtus clamat,qui hoc cupit. Veniat ad me,& bibat,ego eum ſic ſatiabo donis,ego eum ſic perficiam bonis gratiæ,& gloriæ,vt non ſitiat in æternum: imò fiat in eo fons aquę, & flumina de ventre eius fluant. Hoc ipſum per Eſa. Dominus clamat. Omnes ſitientes venite ad aquas. Sitit omnis homo,ſed quo in fonte ſitim ſedare valeat, non omnis nouit. Omnis homo beatitudinē quęrit,ſed qua in re illa ſit pauci nouerunt. Hinc ſitibundi,inſanique homines ſitim ſe ſedaturos

A

Apo.2

Simile

B

Prou.1

C

Eſa.55

A rus eſt. Occiderat Cain Abel,cumq; in-
Gen.4. dignum ſe reddidiſſet Dei conſpectu,&
alloquio, adhuc tñ Deus ſit ei obuius,eũ
interrogat de fratre, vt pnia motus ve-
niam petat,& mĩam obtineat. In hunc
ẽt finem Iudæ pedes lauat, ut uideat, ſi
Pſal.5. hac arte eũ ad ſe trahat. Quid eſt,ò dñe,
hõ,qd memores eius,aut filius hoĩs, qm
viſitas eum. Sic nunc ad hos loquit: Mo
dicum tps vobiſcum ſum,& uado ad eũ,
qui me miſit; ideò nunc uidete,an aliqd
velitis ex mĩæ theſauris, ne vobis claudã
tur,longeq; recedant,quo eos non inue-
Oſee.5 niatis, ne uobis illud Prophetæ contin-
gat: In gregibus ſuis, & in armentis ſuis
vadunt ad quęrendum dñm, & non in-
uenient,ablatus eſt ab eis,in dñm præua
ricati ſunt. Iiſdem uerbis nunc ad eos
B Chriſtus loquitur. [Quæretis,inqt,me,
& non inuenietis. Quia quæretis verum
Chriſtũ,& ſic Ieſum,qui eſt uerus Xps,
quærent,ſed non inuenerunt, qa Ieſu re
pudiato,nullus eſt uerus Xps, ideoq; in
Antichriſtos incidetis. Hoc uerò Iudæis
euenit,impletumq; in illis eſt illud Mat-
Ma.24 th.24. Si quis uobis dixerit; Ecce,hic eſt
Xps,aut,ecce illic, nolite credere,ſurgẽt
Hiero. enim Pſeudochriſti. Quo loco Hier.ad-
notat,captiuitatis Hieroſolymitanæ tẽ-
pore, tres nomen Chriſti ſibi vſurpaſſe.
Anteq̃ Chriſtus ueniret, verè expectaba
Mal.3. tur,& quærebatur. Malac.3. Veniet ad
templum ſuum dominator, quem uos
q̃ritis,& Angelus teſtamenti, quem uos
vultis. Sed mõ quærunt,nec inueniunt;
qa licet quotidie eum uenire exorent, &
lachrymis, & eiulatibus id expoſtulent,
tñ qa iam venit, non iterum venturum
ſperare debuerant. Contra uerò gentib.
C contigit: non quærebant Chriſtum, &
tñ diuina m a eis apparuit: impleturque
Ro.10. in eis illud Rom.10. & Eſa.65. Inuẽtus
Eſa.65 ſum a non quærentibus me, palam ap-
parui ijs,qui me non interrogabant.

Sed cauenda nobis eſt ſimilis culpa,
ne in idem incidamus ſupplicium,oĩbus
nobis dr; Modicum tps vobiſcum ſum,
oĩb.vita conceſſa eſt modica, breue tps,
hora nouiſſima, quam ſi in vanum præ-
teriri ſinas, quæres Chriſtus, nec inue-
nies. An non hoc virginibus illis conti-
git,q̃ clamant, dñe,dñe,aperi nobis,au- A
di unt verò, neſcio vos? Vocat ſponſus Ma.25
ſponſam,illa verò ei noluit aperire. Sur Can.5.
git deinde,& aperit:at ille declinauerat,
atq; ptranſierat, quærit illum, nec inue-
nit. An non hoc illud Pro. Quia uocaui, Prou.1
& renuiſtis, ego quoque in interitu uro
ridebo, cũ extenderitis manus vras non
exaudiã. Tpe ergo placito exaudiui te,& Pſa.68
in die ſalutis adiuui te: iõ hodie ſi uocem Eſa.55
eius audieritis,nolite obdurare corda ve
ſtra. Et iterũ: Quærite dñm dum inueni
ri põt; inuocate eũ, dum propè eſt. Nunc
cum panis abundat, & uili vendit̃ ptio,
nunc cũ annus benignitatis,& abundan
tiæ eſt,caue,ne ueniant anni ſteriles,qui
bus mendices buccellã panis,& tibi non
det: ſed impleat̃ in te illud Pſ. Conuertẽ- Pſa.58
tur ad ueſperã,& famẽ patient̃ ut canes,
& circuibunt ciuitatẽ,nec tñ inuenient:
q̃rent oleũ,nec eis dabit̃. Nunc ergo q̃ra B
mus iuſtum, q̃ramus piũ, & cũ eunte in
cœlũ dño nos quoq; feſtinemus ingredi
in illã requiẽ: ne fortè in idipſum qs inci
dat incredulitatis exẽplũ. Sed dices, qua
arte nũc potero in cęlũ ꝓperare? Chrm Simile
ſeq̃? Dico tibi ſicut cũ Rex,Princepsve
in aliquod oppidũ parat ꝓficiſci, pmittit
illuc multa ſupellectilia domus ſuæ, qd
vulgo dr̃ (ſu recamara) ut tandẽ ipſe ve-
niat: ſic iuſti in cęlũ multa bona opa præ
mittunt,ut domũ ſuã ornent, quæ præce
dũt aduentũ illius. Quid putas aliud eſſe
illud: Theſaurizate vobis theſauros ĩ cę Mat.6.
lo,niſi,mittite illuc ſupellectilẽ ueſtram,
ut vobis domus æterna paret̃? Cũ onerata
iumenta ſupellectilibus alicuius prin
cipis curiã regiã ingrediuntur, ſolẽt a ui-
dentibus ea iu uiri: Cuius eſt hęc ſupel-
lex? quis hic princeps eſt, q ad curiam ue
nit? Sic cũ eleemoſyna, cũ ieiuniũ,cum C
orõ cęlũ penetrat, interrogant ciues cęli,
cuius nã hęc ſunt? qui hic eſt? q huc ueni
re diſponit? Sed,ò Deus meus,nũ dicere
ego poſſũ cũ Dauide, Suba mea apud te
eſt? Nũ aliqua mea bona cęlũ cõdeſcẽde Pſa.38
runt? Nũ aliqua orõ mea cęlos penetra-
uit? nũ theſaurizaui aliquid ĩ terra uiuen
tiũ? Inde colliges, in quẽ tẽdas locũ, quo
tibi in morte deueniendũ eſt, ſi attẽdas,
quo bona mittas tua; ibi namq. tibi do-
mus

Digitized by Google

A mus paratˊ. Nā qui ludo, comeſſatione,
ebrietate, luxuria, ſubam inſumit ſuam,
quò niſi in infernū ꝓperat? Auget cōio-
nem Xp̄s dn̄s. [Et vbi ego ſum, vos non
poteſtis venire,] qa in vr̄a incredulitate
māſuri, me, nō inuenietis, nec in cœlum
ire poteſtis, vbi ego ſum, tanq̃ Deus, &
Augu. quo ego vado, ut hō. Ita Aug. hic tract.
31. Vtroq; ait, mō Xp̄s loquitur, ut ſe oñ
dat Deū, & hoīem. Sed quid illi dicāt, au
di. [Nunquid in diſperſionem gentium
iturus eſt? &c. Quaſi dicat: Num ad gen
tes ibit, ut eum inuenire non poſſimus?
Sciebant namque Meſſiam promiſſum
in luce gentium, & ad eas diuertendum
eſſe, cū Iſrael ipſum ꝓcul a ſe mitteret.

Sed nunc hæc relinquamus. Audio nā
que vocē magnā clamantē, & dn̄i Ieſu
vox eſt: ideoq; nos attentos eſſe oporter,
B accedereq;, vt percipiamus illā. Sed quæ
vox ē? [Stabat Ieſus, & clamabat, Si qs
ſitit, veniat ad me, & bibat.] Sed, ò dn̄e,
qd clamas? Quid noui accidit, ut clamo-
4. Reg. rib. rem agas? Vtiq. vniuerſo mundo nū
17. tio, adueniſſe iā optatiſſimā illā aq̃ gr̄æ,
qua mūdus irrigetˊ deſup, fructū referat
trigeſimū, ſexageſimū, ac centeſimum.
Eſa. 45 Quā fuerit optata aqua, cū cęlum Heliæ
iuſſu clauſum ē, manifeſtè patet, ſed mul
to plus gr̄a in mundo deſiderata, ut hō
fructū ferret. Hinc clamores illi Prophe
tæ: Rorate cęli deſup, & nubes pluant iu
ſtū, aperiatˊ terra, & germinet Saluato-
Pſa. 64 rē, & iuſtitia oriatˊ ſimul aqua. Veniente
vero Xp̄o, hanc aq̃ plenitudinē ſecū du-
xit. Vnde ad eū loquitˊ Pſ. Viſitaſti terrā,
& inebriaſti eā, multiplicaſti locupletare
eam, flumen Dei repletum eſt aquis, pa-
raſti cibum illorum, quia ita eſt præpara
C tio eius. Quaſi dicat, viſitaſti nos oriens
ex alto, & tantā gr̄æ copiam tecum addu
xiſti, ut inebriata terra ſit aqua, infuſa
oīno, ac ſatiata cęleſti rore. Sic uerò locu
ples valde facta eſt oī cęleſti dona, iam
Dei flumen, qd̄ quaſi ſiccum erat, & ſo-
lus eius alueus relictus, repletū eſt aquis,
ſic verò præparatus eſt cib. hoībus, quia
copioſus ſine dubio, colligitur ex terra
fructus, vt hoīes vſque ad ſatietatem ue-
ſcantˊ. Sic. n. hic cibus præparatˊ; Pingue-
ſcent ſpecioſa deſerti, etenim deſertum
gentiū, & Etnicorū hac aq̃ pinguedine A
fructum referet copioſum. Meritò ergo
Xp̄s clamat uniuerſo mundo, nuncians
hanc adueniſſe aq̃, vt oēs hoīes veniant,
& hac aqua ꝑfruantˊ. Sed inquiris: Vbi
ego inueniā hanc aq̃, qua copioſum fru-
ctū reddā? Quid nunc mihi noui eſt ſup
antiquos pr̄es, ut eo uti ſciā? Attēde, opus
ſalutis tuæ æternæ, uictoria veteris hoīs,
tētationū triumphus, & deniq. dona oīa
cęleſtia, opus qdē eſt gr̄æ Dei, & arbitrij
tui, ſed ꝑcipuè gr̄æ Dei. Nō ego, ait Pau- 1. Cor.
lus, ſed gr̄a Dei mecū. Sicut. n. terræ fru- 15.
ctus pendēt a cęli influētia, rore, & aqua, Simile
& a labore ēt agricolarū, ꝑcipuè tñ a cę-
lo, ita opa nr̄a Dei gr̄æ tribuēda potius,
q̃ nobis. Vñ ſicut minori agricolæ ope,
ac labore, maior colligetˊ fructus, ſi eius
operi adſit cęlū, influētia, pluuia, ac opti-
mo tēperamento, minor verò colligetur B
fructus multo labore, ſi aq̃ deſit copia: ſic
minus laborantes una, ſ. hora, plus acci-
piunt mercedis in lege gr̄ę, pp eius copiā,
q̃ qui ſuſtinuerūt pondus diei, & æſtus.
Hoc ergo nunc Chr̄s clamat: Iam gr̄æ Mat. 2.
copia aduenit, iā aq̃ re diuidant. Si quis
ſitit ueniat ad me. Et hoc ēr nūc tibi dr̄,
opus tibi gr̄a eſt, in ea oīa, q̃ ſuperius di-
ximus. Agnoſce ergo in lege gr̄æ te verſa
ri, ſacr̄a ad manum tibi ſunt gr̄a plena,
non egena, & vacua, ut olim, tibi Xp̄s ꝑ
ſto eſt, ut ad eum accedens, poſſis aquam
bibere uſq. ad ſatietatē. Si ergo ſitis, fons
patens eſt domui Dauid: Hauries aquā Eſa. 12.
in gaudio de fontib. Saluatoris, & dices
in illa die: Confitemini dn̄o, & inuoca-
te nomen eius. Accede ergo, bibe, ſatia-
re, facilè nunc refert fructus terra cordis
tui, facilè oēm ſuperabis tentationem, fa C
cilè pc̄tā uinces. Hoc nunc Xp̄s clamat,
vt in omnium ueniat aures, & adijcit.
[Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura,
flumina de ventre eius fluēt aquæ viuę.
Quaſi dicat, aliter cōtinget uenietib. ad
me, ac illis, q ad fontes accedūt materia-
les. Illi namque aquæ partem ebibūt, ſed
qui ad me acceſſerit, non tantum bibet,
ſed fiet in eo fons, a quo aquæ in alios ꝓ
manent. Quo ſignificat accedentes ad
Chriſtum tale, tantumque bonum acce-
pturos, vt non ipſis tantū ſufficiat, ſed in
alios

Digitized by Google

A alios ēt deriuetur. Accipiet namq; Spiri
tum ſanctũ, qui fons eſt uiuus a quo flu
mina multa procedunt gratiarũ, dono-
rumque in eum, qui illum ſuſcipit, & in
omnes eius potentias, & vſq; ad proxi-
mos etiam decurrunt, ac deriuantur.

Sed quia hoc a ſcriptura dictũ Xp̄s aſ
ſerit, anxie doctores inquirũt, quo loco
Cypri. ſcripturę id habeatur. Cypr. lib. 1. Epiſt.
3. dicit illud Eſai. 43. Dedit in deſerto a-
Mõta. quas, & flumina in inuio, vt darem po-
& Leo tum populo meo, electo meo, impletum
in Eſa. his verbis Christi. Al.j verò hęc Xp̄i ver
Hiero. ba referunt ad illud Eſa. 55. Oẽs ſitiẽtes
venite ad aquas. Sed Hier. in ꝓlogo Pẽ-
tateuchi, ait, locũ iſtũ eſſe in Prouerbijs,
nec in Septuaginta haberi, ſed locũ ipſe
Orige. non citat. Origen. vero Hom. 12. in Nu
B meros hunc locũ Ioannis accommodat
Prou. 5 illi ſnĩæ Prouer. 5. Bibe aquã de ciſterna
tua, & fluenta putei tui, atque adeò inſi-
nuat hunc locũ eſſe a Chr̃o Dñ̃o ſignifi
catũ, qñ ait: Sicut dicit ſcriptura, & hoc
certè vr̃ oium eſſe accommodatiſſimũ.
Pro cuius intelligentia not. in Hebręo
hr̃i: Bibe aq̃ de ciſterna, & fluẽta de me-
Pagni. dio putei tui, ut etiam vertit Pagninus:
Et hic eſt ſenſus, aq̃, i. doctrinã vitę, & ſa
lutis, doctinam euãgelicam, ne haurias
ex Philoſophis, aut ex Phariſæis, aut ex
hęreticis, q̃ ſunt ciſternæ alienæ, & diſſi
patę, q̃ continere non valent aquas; ſed
de ciſterna tua, i. de doctore illo, quẽ dñ̃s
ad te mittet, ut te erudiat in vitam ęter-
nã, i. de Xp̄o, huic crede, & cum hoc face
ris, fluenta, ſeu flumina de medio putei
tui, ſ. erunt. Eſt n. vſitatiſſimũ apud He
bræos, ſicut, & apud Græcos, & Latinos,
C vt verbum ſubſtantiuũ omittãt ſupplẽ-
dũ. Qd eſt dicere, fluenta erunt de me-
dio putei tui, i. flumina de uentre tuo
Ioan. 4 fluent aq̃ viuæ. Quod idem eſt cũ eo Io.
4. fiet in eo fons aquæ uiuæ, i. iugiter ma
nãtis. Et licet illa uerba Prouerbiorum
videantur coniugaris dicta, vt ſint con-
tẽti vxore ꝓpria, tñ̃ ſub illo cortice ſen-
ſus literalis p̃cipuus a Spũ ſancto inten-
tus eſt is, quem Xp̄s Dñ̃s hic oſtendit,
& accommodauit credentib. in ſe, & ita
Orige. explicant locum Origen. vbi ſupra, &
Hiero. Hiero. exponit illa verba Salomonis
de ſapientia ſpũali in illa uerba Dan. 2. A
Ipſe reuelat ꝓfunda, & abſcondita. Et Grego.
Grego. 3. par. paſto. admonitione 21. & Auguſt.
Aug. lib. 2. contra Creſconiũ 14. & gloſ- Gloſſa.
ſa ordinaria, & Rupertus, & S. Th. hic. Rupr⁹.
Et hũc ſenſum eſſe germanum conſtat, S. Th.
qm̃ a principio capitis docet ſapientiã eſ
ſe amplectẽdã, vt rectè vita inſtituatr̃, &
meretricios dolos vitandos, quo ſignifi-
cat philoſophorũ, & hr̃ticorũ fallacẽ do
ctrinã. Deinde oñ̃dit, vñ̃ petenda ſit iſtã
ſapiẽtia dicens: Bibe aq̃ de ciſterna tua:
At uero ſñĩa Xp̄i Dñ̃i liqdò ibi ẽt appa-
reat, adiungit Sapiẽs, deriuentur fontes
tui foras, & ĩ plateis aquas tuas diuide,
vbi deriuentr̃, more ſcripturæ poſitũ ẽ ꝓ
deriuabuntr̃. Imo in Hebræo ita hr̃, deri
uabuntr̃, & ita uertit Chaldæ⁹. Et ſic ma
nifeſta eſt ſnĩa Xp̄i Dñ̃i, Si in me credi B
tis, & aq̃ de ciſterna mea bibitis, & de
puteo ueſtro, tunc opa, & doctrina a uo-
bis ꝓcedent, q̃ ꝓximos illuſtrent, ac illu
minent. His aũt uerbis redundantia di-
uini ſpũs dandi in lege gr̃æ ſignantr̃ tãta;
vt flumina fluant de uentre credẽtium:
Effundã, ait Dñ̃s p Ioel, de ſpũ meo, ſup Ioel 2.
oẽm carnẽ. Effundã, inqt, ſicut aquã lar-
ge, abundeq;, non parce ut alij liquores
fundi cõſueuerunt. Sed ò Dñ̃e ſic abun-
de p̃tioſiſſimum balſamum fundis, qua
ſi aqua eſſet? Hæc in nos diuina largitas
eſt, vt inæſtimabiles ſpũs ſui theſauros
effudat, ac ſi aq̃ daret. An nõ aliqñ admi
ratus es tãta in te magnificẽtia Deũ quo
tidie uti, ut vnigenitũ ſuũ tibi in eucha-
riſtia det, quaſi nihil daret? Et quẽ ſemel
mundo dediſſe inęſtimabile fuit donũ,
tibi quotidie dari, quaſi nihil putas? Eo
ergo mõ, quo nobis filiũ dat, eo ẽt ſpũm C
ſuũ bonũ tribuit largiter, ac ſi panẽ por-
rigeret, ut aq̃. Sed ubi nunc obſecro hęc
ſpũs redũdantia? ubi nũc illud Pſ. Me- Pſ. 144.
moriã abundantiæ ſuauitatis tuę eructa
bunt, & ĩ iuſtitia tua exultabũt? Vbi flu-
mina hæc aquæ uiuę? De hoc certè ſpũ
dictum eſt per Pſal. Fluminis impetus Pſ. 45.
lætificat ciuitatem Dei, hoc namq; ſpiri-
tu Eccleſia donis, gratijs, ac uirtutibus
impletur. Sed iã alia flumina paſtim ui-
dere, licet omnino aduerſa diuino ſpiri-
tui. Sicut namque diuinus ſpũs fons eſt

Digitized by Google

A ſcaturiens uirtutum fluenta, ſic nequam ſpiritus ſua etiam flumina emittit. Sic
Apoc. 12. Apoc. 12. dr, Et miſit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierem aquam tanquam flumẽ, vt eam faceret trahi a flumine. Vis intueri per ora impiorum hæc flumina prodeuntia aquis redundãtia? audi prophetam: Nõ eſt enim veritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra. Maledictũ, mendacium, & furtum, & homicidium, & adulterium inundauerunt. Inundationi fluminis, peccatorum multitudinem ſiſem dicit. Sicut. n. inundans flumẽ oĩa poſt ſe rapit, ſic peccata publica, & oĩb. manifeſta plures inficiunt. An nõ tanq̃ fluuius rapidus fuit eorum pctm̃, qui cum exploraſſent terram promiſſam, ei detraxerunt, & Iſraelis aium deiecerunt, ut in eã non aſcenderent, quib. ſic iratus Dñs eſt, vt mortui continuò ſint, atq; percuſſi in conſpectu Dñi? quo docemur maximè cauere ab aliorum ſcandalo. Sicut. n. Deo gratiſſimũ eſt, ſic eius bibiſſe ſpiritũ, ut flumina a nobis procedãt ſalutaria, quibus proximorum aias reficiamus, atq; mundemus: ſic prorſus odibile eſt Deo, ſic hominem peruerſum fieri, vt & alios peruertat. Hinc Pſal. Priuſquam intelligerent ſpinæ veſtræ rhamnũ, ſicut uiuentes, ſic in ira abſorbet eos. Quaſi dicat, exoriuntur tenere peccatorum ſpinę in peccatore, & has qdẽ Deus aliquandiu tolerat. Sed cũ iã ſpinæ obdurauerint, ac creuerint, ut in rhamnũ perficiant, cum iam alios lædere pñt, accruentare, tunc Deus eos in ira ſua abſorbet, vt exploratores præfatos, ne iuſtis fiãt ſcandalo.

Oſee 4 (margin)

Nu. 14 (margin) B (margin)

Pſ. 57. (margin)

Vt ergo a peruerſis, & turbidis Aegypti aquis liberemur, accedamus iam ad
C Chriſtum vocãtem nos: Si quis ſitit, ueniat ad me, & bibit, qm̃ apud illum fontem eſſe vitæ Pſal. ait: Quo melius accedere ſitiens poteſt, quam ad fontem? Ad hunc acceſſit fontem Magdalena quaſi ceruа currens ad fontes aquarum, cũ ſe vidit uulnerata. Et licet Chr̃i pedes ſicca terra videntur, tamen ibi eſſe aquam uiuam manantem oſtendunt Magdalenę oculi, & capilli: ex fontibus namque Saluatoris acceperunt Magdalenæ oculi, ut fontes eſſent. Hanc aquam præſentit ille, qui caput reclinauit ſuper pectus eius, & fluenta Euangelij ex ipſo Domini fonte potauit. Sed fons clauſus, atque ſignatus eſt Chriſtus Dominus, ideo nõ omnibus patens eſt, ſed quibus lux cœli illud aperit. Aperuit Dominus oculos Agar, & uidit puteum fontem aquæ uiuæ, & potauit filium præ ſiti morientẽ. Oremus Dñm, aperiat nobis aquas fontis huius, vt eis vti nouerimus. Sed ut Chriſtus Dñs fieret fons patens domui Dauid, ut Eſa. ait, ut oẽs hauriant aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, ſicut aperiri ſolet occultus, & ſubterraneus fons ligone, & ſarculo, & defoſſa terra, oſtenditur omnibus fons, ita Chriſtus Dñs vulneratus eſt, ut in eo venę aquæ viuæ apparerent. In hunc finem inſtrumenta Dñicæ paſſionis deſeruierunt, vt hunc nobis aperirent fontem. In hoc claui, in hoc flagella, in hoc funes, in hoc crux, in hoc denique lancea. His omnibus uenæ fontis huius apertæ ſunt, largiſſimaq; profluxit petra Chriſtus aquas, vt oĩbus ſatis, abundeq; eſſent. Accede ergo ſitiens aĩa ad Deum tuum. Ecce nubes eſt pluens aquas, ecce fons eſt perennis, aperi cordis tui vas, & imple illud non angelica aqua, ſed diuina, Accede miſer peccator, antequam aqua a te tollatur, antequã fons claudatur. Aqua fontis huius mira eſt, ſalutaris eſt, nulli nocet. De hac dicitur: Effundam ſuper uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. Hęc animæ faciem pulchram reddit. De qua Pſal. Lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Si ĩ peccato es, niger es. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum. O ſi color animæ in faciem corporis ſe diffunderet, quot nunc nigri apparerent in veſte precioſa. Si niger es, omnia tua nigra ſunt, & obſcura, obſcura ſubſtantia, obſcura nobilitas. Accede ad hanc aquã, vt munderis, & dealberis ſuper niuem. Pete a Chriſto cum Samaritana, Domine da mihi hanc aquam. Pete a me Domine, quicquid uolueris, uel labores, uel ſanguinem uel uitam, dum mihi des hãc aquam gratiæ.

Pſ. 35. (margin) Luc. 7. (margin) Ioã. 21. (margin)

A (margin) Ge. 21. (margin) Ge. 21. (margin) Simile (margin) B (margin) Eze. 36 (margin) Pſ. 50. (margin) Thr. 4. (margin) C (margin) Ioan. 4 (margin)

Digitized by Google

A

Feria IIII. poſt Dominicam V. Quadrageſimæ.

Facta ſunt Encænia in Hieroſolymis, & hyems erat, &c. Ioan. 11.

IN hodierno Euangelio proponuntur nobis effectus peccati, cum in anima longa conſuetudine inſederit, corque ob duruit, & effectus ẽt gratiæ, quæ efficit oues Chriſti, & quõo ſe cum illis Chriſtus habeat: Cordis obdurati effectus eſt, cũ Encęnia celebrantur, renouatio, ſ. tẽpli, & tempus animas purificandi adeſt, tũc illud amplius inquinari, illudque in inclementi hyeme eſſe, etiam ſibi Sole appropinquare, circundare Chriſtum, & tandem petras aſſumere, ut in eũ iaciat, cum illa petra eſſet, & non lapide elaborandus, ſed ferro; ſicut omnis petra elaboratur. Contra verò iuſtus Dei ouis eſt audiens Chriſti uocem, ſequens eum, & ille eum ſeruat in manu ſua, ut nullus ra pere poſſit, ſicut nec de patris manu. Hęc ſumma Euangelij eſt

B

quitas, & finem accipiat peccatum. Sed prius colũba ſine felle Maria attulit no-
bis oliuæ ramum; de qua dicitur; Ego au Pſalm.
tem ſicut oliua fructifera in domo Dei, Luc. 10
ex qua oleum illud exijt, quod deſcendẽ
tis ab Hieruſalem in Hierico plagas ſa- B
nauit. Hoc oleum gratia Chriſti eſt, qua nunc indigemus, eam petamus Mariæ interceſſione. Eo tempore adueniente, quo ſacrificium illud omnia peccata tollens, erat offerendum, venit Chriſtus, Agnus Dei, in locum ſacrificij, & ſicut ducebatur Agnus immolãdus die quinto ante paſcha cum ramis in Hieruſalẽ,
Exo.12. Vt ſimul veritas, & vmbra, cor- Exo.12
pus, & figura intrarent, hodie, cũ Agnus de terra ducitur in ſacrificium, Chriſtus ſil̃r ingreditur. Cum ergo iam tempus aduenisset, quo mors finem acceptura erat, cum in arenam erat deſcenſura cũ
vita, & implendum erat illud: O mors Zach.9
tua, uenit Chriſtus in locum certami-
nis, & in illum hodie ingreditur tanto C
cum gaudio, ut exhortetur nos omnes Propheta, Exulta ſatis, & iubila filia
Sion. Eſa.62. Zach.9. Ecce Rex tuus ve- Eſa.62
nit tibi. Huius lætitiæ cauſa, quod ad ho Zac. 9.
mines attinet manifeſta eſt, quia in morte Xp̃i vniuerſorum malorum noſtrorum medicina, ac remedium eſt. Quando amicus tuus in maximum incidit malum, quo ſumma afficitur triſtitia, curas eum conſolari, ac dolorem eius lenire,
vel cantu, vel ludo, vel aliorum ſermo- Simile
nem immiſcens, ut acerbi doloris ſui nõ recordet. Sed hæc oĩa plenam ei lætitiã

confe-

A conferunt, nec oïno dolorem leniūt, ſolum ſunt facile, leueq; leuamen, & inane ſolatium. quia malum eius radicitus non tollis. Si uero hoc ageres, ut malum eius oïno auferres, tunc dicere poſſes; Exulta ſatis, & iubila, quia adeſt tibi mali tui plenum remedium. Oīs cōſolatio, quę humano generi hucuſq. dabať, erat, illum ſpe ſalutis venturæ continere, ne deſperatione rueret: ſed dum hæc ſalus non aderat, plena conſolatio non erat. Hodie verò meritò ei dicitur, Exulta ſatis, & iubila, quia venit tibi Saluator, remedium habes iam oïum malorū præ-
Ioan.8 ſens in Xp̄o ideò Abraham vidit diem Chriſti, uidit, & gauiſus eſt. Quod verò ad Chriſtum attinet, mirandum valde eſt, ꝙ tanta lætitia procedat, ingrediatur que Hieruſalem certaminis locum cum
B triumpho, & maximo comitatu, qd vanitatis eſſe ſolet, maximè cum ad mortem nunc venerit, quo tp̄e lætitiæ oīs, & eius ſigna procul abeſſe ſolent. Sed rn̄detur, in Chriſti paſſione duo eſſe conſideranda. Primum, acerbitas paſſionis, de qua in Chriſto, & in nobis dēt eſſe maximus doloris ſenſus, qua cōſideratione in hac hebdomada lugubris, ac luctuoſa Eccleſia eſt. Secundum verò eſt fructus huius acerbæ paſſionis, & hac ex parte eſt tanta materia gaudendi ac ex illa triſtandi. Videre.n. mundum redemptum, cælum apertum, infernum ſpoliatū, homines ad gr̄am reuocatos, an non ſumma ratio gaudij? Hunc explicat fructū
Eſa.53 Eſa.53. Ideo diſpertiam ei plurimos, & fortium diuidet ſpolia, pro eo quod tradidit in mortem aīam ſuam. Quod ſi fructusquem in terra uides, paruus tibi ap-
C paret, in cęlum conſcende, & aſpice choros illos ſanctorum, qui lætantur in cubilibus ſuis, tot martyres triumphantes, tot virgines lętantes in choris, tot confeſſores gloriantes, oēs inter ſplendores gloriæ ſuæ, confitentur ſe fructum eſſe
Apo.5. Paſſionis Chriſti. Sic Apoc.5. Cantabāt ei canticum nouum: redemiſti nos dn̄e Deus in ſanguine tuo, ex oī lingua, & tribu, populo, & natione, & feciſti nos Deo noſtro regnū. Sed q̄ lætum obſecro erit Chriſti cor charitate plenum, cum ſe uidet tam illuſtribus viris circundatum, A
totq; filijs ornatum? Filij tui ſicut nouel Pſ.127
lę oliuarum in circuitu menſę tuę. Inde- Simile
cora quidem radix arboris eſt, ſed ex illa procedit vniuerſa arboris pulchritudo, folia, flores, fructus. Sic Chriſtus in Eſa.53
paſſione ſua aſcendet ſicut virgultū, & ſicut radix de terra ſitienti, non eſt ei ſpecies, neq. decor, ſed ex ipſo oīs pulchritudo Eccleſiæ tum militantis, tum triumphātis prouenit. Sed dum cęleſtes eius aſpicere non datur, ubi plenius Chriſti paſſionis fructum uidebimus, mente in ſurge, & conſidera vniuerſam Eccleſię pulchritudinem, omnem gratiam, fidē, bona denique omnia eius, omne hoc bonum a Chriſti proceſſit paſſione, fructus
eius eſt 1.Reg.30. Cum Dauid reuerte- 1.Reg.
retur a cede Amalechitarum cam uni- 30.
uerſam eis prædam eripuiſſet, eamque
ſecum deferret, clamabant milites eius: B
Hęc eſt pręda Dauid, & ſic cum triumpho ingreſſus eſt ciuitatem. Hodie triūphus Chriſti domini eſt: Quid hodie acclamať ei, niſi Hoſanna, ſalua nos in altiſſimo? Quaſi dicat, omnes ſumus pręda tua, quam a dęmonis fauce eripuiſti. Eſt ne hic quiſpiam, qui non dicat, ego ſum pręda Chriſti? ego a Chriſto redemptus ſum? Hac ergo rōne Chriſtus dn̄s tantum admittit triumphum, ut fructū paſſionis ſuę oſtendat, & feſtiuitate con celebret, ac gaudio. Dixi: Aſcendam in palmam, & apprehendam, fructus eius.
Secundò, tanta lętitia excipi voluit, & lę Can.7.
tus procedere in paſſionem, quia, ut impleret obedientiam patris, venit. Habuit Chriſtus moriendi pręceptum a patre im
poſitum, ut ille ſępius dicit; Sicut man- Ioā.15.
datum dedit mihi pater, ſic facio. His
verbis ad paſſionem proceſſit. Et Paul. C
Factus obediens vſque ad mortem. Quo Phil.2.
Dei in nos charitas oñditur: quia licet præceptum hoc neceſſarium non eſſet Chriſto, tamen ei eſt a patre impoſitum, vt certius noſtra ſalus perficeretur, obedientię vero pręclara circunſtantia a ſanctis ponitur gaudium, & lętitia, iō lętus in paſſionem procedit. Tertiò, tanta hodie lętitia excipi voluit, ut oſtendat lętitiam cordis ſui, qua in paſſionem venit,

A nit,& deſideriũ moriẽdi,quo coarctabatur. Ab utero mřis Xp̃s mortẽ acceptauit:ſed tãta charitate,& deſiderio,ut di-
Ma.27 xerit : Deſiderio deſideraui, hoc paſcha
mãducare uobiſcum. Tm̃ verò hoc erat
Ma.16 deſiderium,ut taceat negante Petro, &
a.17 Sathanam eum dicat,cum vult impedire paſſionẽ,& inter gaudia ſua maxima,
Luc.9. ut plena eſſent, colloquiũ miſcebat paſſionis,ut in trãsfiguratione factũ Lucas teſtat̃. Et licet phariſęi dicerẽt:Nõ in die feſto,adhuc tñ in die feſto morit̃,qa hoc erat Xp̃o feſtũ,& paſcha, ĩ cruce eſſe pp nos. Cum tu morti ꝓximus es,lugubres ueſtes tui parant,qa tu mori nolles, ſed Xp̃m moriturum læti ſuſcipiunt, quia mors eius,& uoluntaria eſt, & maximè deſiderata. Tantæ uoluntati, ac deſiderio,tantæ charitati feſtus dies agẽdus eſt
B & cum lętitia ei obuiandum? O immenſa Dei bonitas,& mĩa,quanta cum uolũtate procedis ad ea,q̃ nobis conueniunt: ſi ab hoĩbus uocareris ad ſummas delicias,& honores,qua alia voluntate ueni re poſſes: Summa eſſet mĩa, qñ ad nos vocatus venires , ut rex eſſes nr̃, ſed ad crucem uenire infinita eſt Dei mĩa, & q
Ro.11. in uita ſibi non placuit,ut Paulus ait,qa uniuerſa illa fuit aſperitas, & luctus, in morte ſibi placet,& complacet,quia pro nobis moritur,& quia uita læta triſtẽ habet exitum,contra uita aſpera finem læ-
Exo.14 tum. Oĩs triſtitia Iſraelis uerſa eſt in lętitiam in exitu ex Aegypto,quia diuites inde ꝓceſſerunt.Si ergo lætus hodie Chriſtus eſt: Egredimini uos filiæ Sion,& uidete regem Salomonem in diademate,
Can.3. quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis eius,& in die lætitiæ cordis
C illius. In paſſione coronatus Xp̃s eſt, & hic dies dr̃ deſponſationis, & lętitiæ cordis illius. O Angelorum lætitia, & torrens uolupatis beatorum, quid te delectat in paſſione,ut eum diem dicas lætitiæ cordis tui? Quid ad hęc Xp̃s dicet. ni
Luc.12 ſi illud: Ignẽ ueni mittere in terram, & mea morte arſurus eſt; Baptiſmo habeo baptizari,& q̃uo coarctor, vſq: dum perficiatur. Vna hora mille tibi anni apparebant,& ſi deſiderium impletum gaudiũ parit,non mirum,quod nunc læteris,ui-

dens deſiderium impletum tuum. Et li- A
cet dolor paſſionis ſummus fuerit, ſed maior multò extitit charitas tua, & ideo aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem,imò eam plus incendebant, & plus pati deſideraſti.Ideo immẽſa cha
ritas tua uincens dolores , lętabat̃ in eis Can.8.
pp bonum noſtrum. Oẽs ergo procedamus ad hoc uidendum ſpectaculum , nã ut illud uideamus, oculi nobis conceſsi ſunt.(Cum ueniſſet Bethphage ad montem Olıueti.)Bethphage uicus erat ſacerdotum,& domus ſalius : eſt uerò in mõte Oliuarum,quia ſacerdotum voluptas & ſolatium in operibus mĩæ eſſe debet . Cum ergo ad paſſionem Xp̃s uenit, per montem tranſit Oliuarum,i.per ſummã
mĩam,quæ per oliuam ſignificatur,quia B
ut Paulus ait : Non ex operibus iuſtitię, quæ fecimus nos,ſed ſm̃ miſericordiam
ſuã ſaluos nos fecit,ad Tit.3.Sed aduer- Tit.3.
tendum eſt, eſſe oliuam in monte, eſſe item in ualle. Omnis amor humanus,ac naturalis,& mĩa inde profecta oliua eſt: ſed in valle,quia in carne eius eſt fundamentum : talis amor parentum in filios fratrum in fratres,amicorum in amicos. Sed Chriſti in nos miſericordia oliua eſt in monte conſita , quia in ſua altiſſima charitate in nos,& in patris dilectione, & obedientia illi impoſita diligendi , & redimendi, hoc fundamentum eſt mĩæ Chriſti in nos. Ex quo ſequitur, diuerſitas inter miſericordiam hominum, & mĩam Xp̃i, quod hominum miſericordia cum debile habeat fundamentũ,car-
nem,ſ.facilè diſſoluitur,& perit, Oſe.6. Oſe.6.
Mĩa ueſtra , quaſi nubes matutina , & C
quaſi ros mane pertranſiens,quem exortus Sol continuò exſiccat. Sic parua iræ occaſio,parum ſubſtantiæ ſi interueniat diſſoluit amicitias fratrum,& amicorũ. Non ſic miſericordia Chriſti in nos:ſed
ſtabile habet fundamentum. Vnde maxi Pſa.85
ma illa eſt: Mĩa tua magna eſt ſup me, Pſ.102
& miſerator miſericors dñs,lõganimis, & multum miſericors. Quod experiẽtia facilè agnoſces. Quoniam , ſi peccata , quæ in unum commiſiſti , commiſiſſes ĩ omnes homines,q te nunc diligunt,non quod in eorum unum ea admitteres ,ſed

inter

A inter eos illa quaſi diuideres, nullus tibi amicus eſſet: at verò cum in Deū vnum oīa illa admiſeris, adhuc ille te diligit, te
Hie.31 fouet. Hinc Hier. 31. In charitate perpetua dilexi te, en montē; iō attraxi te, miſerans tui, en oliuā. Ex quo ſequitur, ſemp dum in uita ſumus, nobis eſſe aditum ad Deum, quantumuis peccauerimus; quia in oliuarū mōte eſt, & iō ex oliua hoſtia tabernaculi facta ſunt, ut ſignificet ſemper diuinā nobis patere mīam, iō Zach.
2.Re.6 14. ſtabunt pedes eius in illa die ſup mō-
Zac.14 tē oliuarū, q eſt contra Hieruſalem, qui mons eſt iſte, p quem hodie Xp̄s tranſit. Accede ergo nunc, dum Chriſtus in hoc monte eſt, ne tranſeat in iuſtitiæ montē, cum eum quærere non ualeas.

[Ite in caſtellum, q̄ contra uos eſt.] Erat aliquod oppidum: iumenta uerò ei
B deferri humilia uoluit, non quadrigas, quia ēt in ſublimibus humlitatem immiſcet. Hodie Xp̄i triūphus agit. Ait Aug.
Auguſ. Romæ triumphus dabatur uictoribus, q inſignia facinora præſtiterant. Hodie Xp̄o concedit triumphus, tanq̄ uictori mortis, & pcti. Alij incerti de uictoria, triumphāt poſt illā partā. Xp̄s uero certus de illa, ante triūphat, quo ſe adſtringit, ut vincat: cum.n. ſit ueritas, non pōt falſo triumphare. Et tandem hic triumphis uictoriam præcedit, qa nullus alius morte ſua inimicos uincit; imò viuus uictor euadit, iō poſtea triumphus concedi tur, ſed Xp̄s morte ſua uincit: & iō triūphus, qui poſt uictoriā ei erat concedendus,
C dus, nūc datur, qa poſtea locus non erit.
Ioā.12. Sicut de Magdalena ille ait: Præuenit vngere corpus meum in ſepulturā, quia in ſepulchro eum vngere non potuit, cum .n. ad id proceſſit, iā reſurrexerat: Cum uerò tanq̄ triumphator hodie ingrediat Hieruſalem, non ea, qua poterat maieſtate ingreditur, ſed multa cum humilitate Duo de Xp̄o dn̄o fuerant Prophetis dicta, grandia, & humilia, ſublimia, & abiecta. In ſublimibus quidem (licet ea im-
Mat.5. pleuerit, quia tota unū, aut unus apex nō præteribit a lege, donec oīa fiant) non adeò excelluit, nec eo conatu eis intendit, ut hodie patet. Dictum erat ipſum hodie quaſi Regem Hieruſalem ingreſſurum.

Poſſet, ſi oēm maieſtatem uellet oſtendere, uenire in curru illo, de quo Pſ. Curr⁹ A
Pſa.67 Dei decē mil ib. multi, lex. Dn̄s in eis, in Sina, & ſācto, & ecce aſina, & pullo uehit: in humilib. uero, & abiectis oēm poſuit conatū, oēm adhibuit curā, totis uiribus, & neruis intendit. Sic ſe deiecit, ut ampl⁹ deijci nō potuerit. Vt uerba ſuperaret pphetarū, fe c t ſe nouiſſimū uirorū: Vermis ſū, & nō hō, op pbriū hoīū, Eſa.53
& abiectio plebis. Tā uilis reputatus eſt, Pſa.21
ut ſicut dici ſolet, uili hoī, tu es op pbriū gn̄is tui; ſic Xp̄s quaſi opprobriū hoīum factus eſt. Nullus unq̄ tanto ſtudio cura uit aſcendere, ac Xp̄s deſcēdere. In hoc ab initio ad finē uitæ incubuit. Et pterea ſine multa exteriori pōpa pcedit. Nā alij Reges, cū in ſeipſis nihil hēant, quo alios excedant hoies, ut excelſiores appareant, indigēt cultu regio, miniſtris, thro B
nis. hæc oīa ī pſonæ defectus ſupplēdos, inuēta ſūt. Sed Xp̄s tantā hēt in ſua pſona maieſtatē, vt exteriori cultu n̄ egeat.
Eſa.6. Vidi dn̄m ſedentē ſup ſoliū excel- Eſai.6.
ſum, & eleuatū, & plena erat terra maieſtate eius: nō.n. creaturæ Deo maieſtatē præſtant, ſed contra Deus illis. [Si q̄s uobis aliqd dixerit.] On̄dit contradictionē continuò futurā, qn̄ aliqs ſoluendus ē, cōtinuò.n. & dæmon, & mundus illud im- Eſai.5
pedire conant. Qd Eſa.5. ſub Regis Babylonis figura dicit, nō eſt deficiēs, neq; laborans in eo: Nō dormitabit, neq; dormiet, nec ſoluet cingulū renū eius, nec rūpet calceamentorū eius. Tā peruigili cura eſt, ut nos expugnet, & ſolus nos phibeat, ſed ad oēs mūdi, dæmoniſq, frau- C
des, qb. te ſolui pcurat, rn̄de illud Pſal. Pſ.118
Narrauerunt iniq fabulationes, ſed non ut lex tua. Cū tibi ſuadet dæmon, pnīam Eccl.5.
differre, nunqd nō fabulatio eſt? Dicit tibi dæmon, poſtea, dicit tibi Deus, ne differas de die in diē. Vide, qm̄o fabulatio ē dæmonis cōſilium. Dicit tibi dæmō, nūc trade te delicijs, poſtea eas faſtidies; miſer, fabulatio hęc eſt, quia eo magis appe Exo.8.
tes, quo plus comederis. Sicut ergo Pharao uanis rationibus curat impedire egreſſum Iſrael ex Aegypto, ſic dœmon egreſſum tuum a peccato conatur impedire fabulationibus. Sed tu ei ne credideris;

A deris,ſed cura,vt ſoluaris. Solue vincula
Eſa.52 colli tui captiua filia Sion. Dic,[dñs his
opus hẽt.] dñs me vocat, me dicit ſe in-
digere:iõ continuo eundũ mihi eſt. Sed
aduerte, cum ſe primũ dicit Xp̃s, dñm,
addit;his opus hẽt, qm̃ dñorum eſt pro-
prium indigere,debitis onerari: iã nobi-
lis nõ eſt,q̃ non egeat. Sed nota miſeram
conditionẽ tuã, ad q̃ exceſſib. deueniſti,
ſic.n.cum indigeas, nec hoc mũdo frue-
ris,nec futuro. Hoc nõ frueris,q̃a ſeruus
es creditorum,miſer,ac ærumnoſus, oĩ-
bus indigẽs,nulli potẽs benefacere,mil-
le p̃meris anguſtijs. Futuro ñ frueris: ad
illud.n.nec ieiunijs, nec cilicijs, aut cor-
poris maceratione deuenire voles. Vna
tibi via reſtabat,eleemoſyna,hanc face-
re nõ potes,q̃a indigẽs es. En,ergo vtro-
Chryſ. que ſeculo fraudaris. Hæc Chry. Sed in
B terim rõnẽ cõſule, vt videas te nõ ſape-
re,dum plura cõſumis,q̃ tibi Deus dede
rit. Dat tibi Deus centũ,nec amplius da
re voluit,tu vis inſumere mille, contra
Dei ordinẽ facis. Si.n.ille vellet te mille
inſumere, mille dediſſet, nunc aũt dans
cẽtũ,dicit tibi: ſolũ cẽtũ abſume,tu verò
Ro. 13 cõtra Dei ordinẽ facis,nõ poterit tibi bñ
cẽ;q̃ a Deo ſũt,ordinata ſũt,q̃ ab illo nõ
ſunt,ſine ordine ſunt, ideò peribunt.

[Ecce Rex tuus venit tibi.] Summũ
mundi eſt deſiderium,Regẽ hñdi. Tãto
1.Re.8 Regis deſiderio Iſrael exarſit 1.Re.8.vt
ab hoc arceri non potuerit ẽt Deum ui-
dẽs ſibi pp hoc iratum:& cum iura Re-
gni oneroſa, ac grauiſſima ei dicerẽtur,
adhuc dñt,Rex erit ſup nos. Quid uerò
dicerent, ſi Deum ſibi placatũ pp Regẽ
ſciuẽt,& nõ oneri ipſis futurum, ſed ho-
nori? Oĩa uerò onera ſup Regem eſſent
ponenda? Hoc aũt nobis in hoc nr̃o Re-
C ge contingit,nõ.n. Deus iraſcitur, quod
hunc Regẽ petamus, & hẽamus,imò eo
Eſa. 9. habito placam⁹,nec nobis eſt oneri,imo
nos illi, quia factus eſt principatus eius
ſup humerũ eius,o a.n.debita noſtra i'-
le exoluit. O Rex verè deſiderandus,qui
1.Re.9 ſicut Saul altior eſt vniuerſo populo ab
humero,& ſurſum,oẽs.n.capite excedit,
quo Deus eſt,& omni perpetuum illi re
gnũ eſt,& nunq̃ terminandũ. Qđ vel in
regni corona videre licet:cum.n.cęteris
regib. corona det,q̃ leuis aura tollere de A
capite põt, Xp̃i tñ corona ſpinea ſic capi
ti infixa eſt, vt nulla tẽpeſtatum vis eam,
ei auferre poſſit, ſed & eadẽ corona oñ-
dit,quale regnũ ſit Xp̃i. Samuel olim re 1.Re.8
gnum inſtituens, 1.Reg.8. in honore,di
uitijs, ac delicijs inſtituit,q̃ inſtitutionẽ
oẽs Reges obſeruãt. At Chr̃s diuerſum
ſtatuit regnum,dicẽs: Beati paupes,bea-
ti qui pſecutionẽ patiunt. Docuit ergo Mat 5.
eſſe aliud regnum cœleſte in medijs ſpi-
nis,& cõtumelijs,hoc eſt,Chr̃i regnum,
& proinde ſpinis coronat. Aue ergo,ò
noue Rex,regnans in medio tribulatio-
num,aue inuictiſſime, & regie aĩæ me-
dijs cõtumelijs. An nõ regium eſt ſic tri-
bulationes excipere,ac roſas? Vide,q̃lo
Rex ibi ſit,& regnum cõſtituat:nãmiſe
riæ illæ nõ miſerã fecerunt Chr̃i fœlicita
tẽ,ſed cõtra,fœlicitatẽ a Chr̃i fœlicitate ſu
ſceperunt, iã.n. a Chr̃o beatificata crux B
eſt,& paſſio. Hic Pau. Mihi abſit gloria Gala.6
ri niſi i cruce. Et Andreas: O bona crux
tãdiu deſiderata, & iã cõcupiſcẽti aĩo p̃-
parata: ſecurus, & gaudens uenio ad te,
q̃a decorẽ de mẽbris Chr̃i ſuſcepiſti. Iã Act.5
flagellati Ap̃li ibãt gaudẽtes a cõſpectu
cõcilij,q̃a digni habiti ſunt, p̃ noĩe Ieſu
cõtumeliã pati. Tunc Chr̃i Eccl̃a regna
uit,& floruit, cum in medio fuit tribula
tionum, tunc nigra erat pſecutione, ſed
i terius formoſa ſicut tabernacula Ce- Can.1.
dar, ſicut pelles Salomonis, intus regijs
ſplẽdẽs opib. Vis tu noſſe,qñ regnas? qñ
in medio tribulationum es regio,& ere-
cto aĩo? hoc te Chr̃s mõ regnare docuit.
Inde Paul. Cum infirmor,tunc potens 2.Cor.
ſum. Libenter igit gloriabor in infirmi- 12.
tatib. meis,vt inhabitet i me virtus Xp̃i
regia. Regius ergo aĩus declarat in tribu
latione, in Chriſti bibendo calice, cum
regnas a ligno,ſicut Chriſtus. C

[Plurima aũt turba,] Procedit obuiã
ei cum ramis,& laudibus. Sed,ò dñe,ar
bor es nunc florida: veniet ergo tp̃s, cũ Simile
fructum proferas, & tunc aliter tecum
agetur. Cum arbor florida eſt, ab oĩbus
inſpicit, laudaturq́;, ſed cum colligẽdus
eſt fructus, oẽs contra arborem arman-
tur,alij lapidib⁹, alij lignis, alij manib.
ramos euellunt. O Chriſte Rex noſter,
arbor

Digitized by Google

A arbores mira. Dan.4. Ecce arbor in me-
Dan. 4 dio terræ, altitudo eius nimia, folia eius
pulcherrima, fructus eius nimius, ſubter
eam habitāt aīalia, & in ramis eius nidi
Gen. 2. ficabant aues. Chrs arbor eſt in medio
Mſa.73 terræ, ſicut arbor vitæ in medio paradi-
Heb. 7 ſi, operatus eſt ſalutem in medio terræ,
Ps. 129 altitudo eius nimia, quia, ut Paulus ait,
Excelſior cęlis factus eſt, folia pulcherri
ma verba vitę ſunt, fructus eius nimius,
q̃a copioſa apud eum redẽptio. Sub eius
vmbra protegunt beſtiæ terræ, pctōres
oēs, in ramis eius nidificant Angeli. Ho
die florida hæc arbor eſt, ab oībus lauda
tur, & in pretio hr, & ſi apes ſumus, de
his floribus mella conficiemus. Sed con
tinuò in paſſione dabit fructū, & tunc
in eū vniuerſi conſurgent, alij lignis, &
B arundine eum percutient, alij flagellis,
alij manibus colaphos dabunt, & ramos
euellent, cum eum diſcruciabunt; ita, vt
dinumerentur oīa oſſa eius, donec vni-
uerſum proferat fructum, oēm, ſ. ſangui
nem. Hodie ergo ab oībus excipitur cū
honore, oēs eum ſequuntur, ſicut cum
Simile quiſpiam miles ingreditur torneamen-
tum, multi eum comitantur, ſed cum ad
arma veniendum eſt, ſolus ab oībus de-
Eſa.63 relinquitur, ſic Chrs dñs ingreditur ho-
die torneamenti, vel certaminis locum,
oēs eum comitātur, ſed continuò dicet.
Torcular calcaui ſolus, & ex gentib. nō
eſt vir mecum. Alij ſtrauerunt veſtimen
4.Re.9 ta in via 4.Re.9. vt domus Achab delea
tur, mittit Deus Heliſæum ad Ieſu, & ſe
cretò vnxit eum in Regem, & cum ille
ſocijs hæc narraret, feſtinauerunt, & q̃ſ-
que tollens pallium ſuum, poſuerūt ſub
pedibus eius in modum tribunalis, & ce
cinerunt tuba dicentes: Regnauit Iehu.
Hoc hodie cum Chriſto factum eſt, qui
C venit, vt regnum dæmonis euertat. Re-
ſtat, ut nos ſimili faciamus, tollentes ve-
ſtimenta noſtra, ſ. corpora, & in via ſter
namus, vt Chriſtus ſuper ea gradiatur.
Subijce corpus tuum, & appetitus eius
Regi Chriſto, iam.n. reſiſtendū tibi non
eſt Deo, ſatis fuerit, qđ hucuſq; rebellis
fueris, ſubijce te illi. Vſquequo rebellis
Exo.10 pctōr Deo non ſubijcetis? Ex.10. dr Pha-
raoni; Hæc dicit dñs: Vſquequo non vis
ſubijci mihi? Reg.19. Cum reuerteretur A
Dauid in regnum deuicto Abſalon, cum 2.Reg.
oēs ei obuiarent, ſola tribus Iuda nō ex- 19.
cipiebat illum. Rex uerò Dauid miſit ad
Sadoc, & Abiathar ſacerdotes dicēs: Lo
quimini ad maiores natu Iuda, cur ueni
tis nouiſſimi ad reducēdum Regē in do
mum ſuā (ſermo autē oīs Iſrael peruene
rat ad Regē) fratres mei vos, os meū, &
caro mea, quare nouiſſimi reducitis Re
gē? Cum oēs iā Xp̃o obuiam procedant,
oēs pctā relinquant, cur tu ſolus durus
es? cur non tibi conſulis? & grām recu-
peras, ad q̃ tibi p Xp̄m aditus patet? Ioſ. Ioſ.18.
18. Remāſerant autē filiorum Iſrael ſe-
ptē tribus, q̃ necdum acceperant poſſeſ-
ſiones ſuas, ad quos Ioſue ait: Vſquequo
marcetis ignauia, nō intratis ad poſſidē
dā terrā, q̃ dñs Deus patrum ueſtrorum
dedit uobis? Oīs grā nobis eſt in poſſeſ-
ſionē tradita per Xp̄m, cur tua ignauia B
torpes, ne eā capias? Sicur.n. iraſcereris Simile.
in hoīem infimæ ſortis, cui hrēditario iu
re obueniſſet maioricatus, ille verò uilē
artē exerceret adhuc, nec hæreditatis ac-
quiſitæ poſſeſſionē ſumere curat, ſic indi
gnum prorſus eſt, ut homo, cui Xp̃s tot
bona reliquit, eis frui negligat, ſed infi-
mis rebus adhæreat. Exue ergo ueſtimē
ta tua, & Chrō ſubijce, ut Paulus ait: Ex
poliantes vos ueterē hoīem, cum actibus
ſuis. Sed aliqui hoc præſtant, ſed conti-
nuò veſtimenta depoſita reſumunt, illa
ponunt in terra, dum Chrs trāſit, ſed cō-
tinuò ea accipiunt, & iterum induunt,
qui, ſ. hoc tempore peccata exuunt, ſed
continuò in ea relabuntur. Tu verò non
ſic, ſed dic cum ſponſa: Expoliaui me tu Can. 5
nica mea, quomodo iterum induam eā?
indigna ueſtis hęc eſt, ut coram Deo
appareas. Si enim in veſte uili palatium Eſth. 6
Aſſueri ingredi non licebat, quomodo C
coram Deo ſtabis veſte immunda, alie-
na, ac peregrina? Sed concinnunt Regi
ſuo conuenientiſſimum Cant. [Hoſan-
ſa filio Dauid, benedictus, qui uenit in
nomine dñi.] Pro cuius intelligentia
notandū, ꝙ Hoſanna eſt familiaris ac-
clamatio Iudæis, qua vſque hodie vtun-
tur in feſto Tabernaculorū cum ramis.
Sic.n. conficiunt ſuam Litaniam: Pro-
pter

A pter te Deum Deorum Oſanna, pp te Dñm Dñorum Oſanna, pp veritatem tuam, Oſanna, pp teſtm̃ tuum Oſanna. Hoc ergo hodie Chriſto dixerunt, cũ palmas manu tenerēt Dei ſpiritu moti. D. Hieron. in epiſt. ad Damaſum ait: Sup hoc uerbo Oſianna componitur ex hoſiha, quod ſignificat, ſaluum fac, uel ſaluifica, & ex. na, q; eſt interiectio obſecrãtis æquiualens noſtræ interiectioni ò; Et ſic hoſiana idem eſt, ꝙ ò ſalua, vel ſaluifica quæſo. Et quia eſt familiaris acclamatio eorum, non translata eſt hæc dictio, ſed manſit, ut illi dixerunt. Acclamauerunt verò Chriſto, ſicut Regi Dauid, cũ dr: Dñe ſaluum fac Regem. Additur filio Dauid. Quidam dicunt ſic intelligi, dicebāt filio Dauid, hoſianna, ſalua nos.

D. Hie.

Pſ. 19.

B Sed certius eſt, quod hoſiãna cõſtruitur cum datiuo, ſicut cum accuſatiuo, & ſic ſenſus eſt: Saluum fac filium Dauid, ꝓſpere ei in bello ſuccedat, concede ei victoriam inimicorum, ut cum eo ſalui ſimus ab omni tyrannide. Videntes ergo recepiſſe ſe Regem deſideratiſſimum, ei fauſta acclamantes, dñe, concede illi victoriam cõſerua eum, benedictus qui uenit in nomine domini. Ioan. 5. Ego veni in nõie patris mei, i. ab eo miſſus Rex in mundum. Hæc verò acclamatio vt à Deo inſpirata fuit tempori conuenientiſſima, quia cum hodie veniat ĩ certaminis locum, ut certet cum dæmone, ac morte, quid conuenientius ei acclamari poteſt, quàm, Deus te ſaluet, ꝓſperum reddat, ac victorem, vt, & fecit. Sed qđ nos acclamare nunc Chriſto debemus, idem eſt: Vicit quidem dęmonem, mortem, infernum Sed corda mu'torũ non ſuperauit, adhuc dura manent. Confregit portas æreas, & uectes ferreos confregit, cor verò tuum integrũ eſt. Acclamamus hodie Chriſto, præſta, ut contra omnem humani cordis duritiam victoriam reportet, Caue, ne Chriſto vllo modo reſiſtas, ne tibi cõtingat, quod his nationibus, quibus oblata pax eſt, & miſericordia, nec eam receperunt. Dei fuit iudicium, quia indigni erant miſericordia re illam obtinerent, qui modo cũ Chriſto pacem non ineunt, ſed miſericordia

Ioan. 5

C

indigni ſunt æterno igni reſeruantur. A Sed ò domine, cũ tibi acclamatur: Nũc ſaluum fac filium Dauid, ſine dubio magnum prælium tibi ineundum eſt, neceſſaria ſunt tibi arma, quæ & charitas, & inuicta patientia fortiſſima, & omnino inſuperabilia reddant. Omnis impetus belli verſus eſt contra regem Iſrael in prælio. Sic nunc omnis patris ira, omnis dæmonum potentia, omnis hominum virtus in te pugnabit. Saluum fac ergo domine Regem noſtrum: Profecta eſt in caſtra Dei arca. 1. Reg. 4. & pauidus manſit Heli, & audiens; Arca Dei capta eſt, cecidit retrorſum, ac expirauit: Audimus hodie Dei arcam in bellum proficiſci, dicamus: Saluũ fac illum, & ita fiet proculdubio. Licet enim vulneratus, & mortuus, tamen exiuit uincens, ut uincẽret, ſicut Iacob, licet percuſſus, tamen victor eua ſit. Hæc ſors filiorum Dei, licet mortui, vincẽres tamen ſunt. Sed eo hęc victoria Chriſti ordinatur, ut & nos vincat, non ergo ei amplius reſiſtamus, ſed curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in authorẽ, fidei, & cõſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem. Aſpice eum, qui tempore laboris, & diſcriminis propoſito ſibi fructu paſſionis lætatur. Sic tibi faciendum eſt, & cum ille lætus uenerat, ut patiatur pro te, tu pro illo libenter patere, obedi Regi tanto: ſubijcere illi, uincat te omnia uicit, &c.

1. Reg. 22.

1. Re. 4

A

Apo. 5. B

Ge. 32.

Heb. 12

Dominica in Ramis Palmarum.

Concio ſecunda.

Benedictus qui venit in nomine Domini, &c. Matt. 21. C

INcipit Eccleſia celebrare ſummam, & incredibilem Dei miam, cum hominum cauſa cruci affixus eſt, quæ tanta res eſt, ut ab initio mundi ab omnib. prænunciata prophetis, & ſibyllis, tot adumbrata figuris, tot confirmata miraculis, tot roborata teſtimoniis, incredibilis tamen mundo ſit reputata. Hinc Eſa. cum eam proponere uult, ait, Dñe

Eſa. 53

Digitized by Google

A quis credidit auditui nr̄o, & brachium
dn̄i,cui reuelatum eſt. Acto 3. ait Petrus
Act. 3. prophetæ annunciauerunt dies iſtos. Et
ibidem: Deus qui p̄dixit p os oīum pro-
phetarum pati Xp̄m ſuum,impleuit ſic.
Et Zach. ait: Erexit cornu ſalutis nobis
in domo Dauid pueri ſui,ſicut loquutus
eſt p os ſanctorum,qui à ſeculo,(.i.a prin-
Luc. 1. cipio mūdi,ſunt prophetarum eius. My
ſterium ergo iſtud ab oib. prophetis fuit
mundo nunciatum:quia cum p eum de
creuerit recōciliare oīa,ſp eius fides fuit
ad ſalutem neceſſaria. Et inſuper vniuer
ſa ſacrificia veteris legis hoc ſacrificiū ſi
gurabant. Et tn̄ miſericordia tanta eſt,
vt Eſa. dicat: Quis credidit auditui nr̄o?
Abac. 1 Et Abacuc: Aſpicite in gentib. & videte,
B & admiramini,& obſtupeſcite,qa opus
factum eſt in dieb. vr̄is,q̄ nemo credet,
cum narrabit. Sed q̄,ais. huius incredu-
Iob. 26 litatis rō eſt? Certe illa,de qua Iob: cū
vix paruam ſtillā ſermonum eius audie-
rim9,qs poterit tonitruū magnitudinis
illius intueri? Qua ſi dicat,oīa Dei opera
ēt minima,tā ſunt miranda, ut nr̄am fu
giant cognitionem. Quō eā nō ſuppera-
bit opus illud maximum mīæ Dei,q̄ eſt
velut eius tonitruum,quo infinita Cha-
ritas ſic oſ̄ſa eſt,ut quo progrederet non
habuerit? Non hoīum oculos tm̄ attoni
Ex. 25. tos tenet opus iſtud,ſed & ſeraphinorū,
ut in tabernaculo oſtenſum eſt. Infinitū
enim Deum pro hoīe ſui offenſore mo-
ri,tanta res eſt,vt,licet i Deo infinita ſit
C bonitas,& mīa,ultra hoc, quo procede-
ret non habuit. Non eſt plus vltra, & q
nullis limitibus clauditur,quia infinitus
eſt,hoc limite nunc clauditur,quia vltra
hoc non eſt quo procedere poſſit. Sed,vt
ſibi maxime hoīum corde deuinciret vo
luit hanc nobis mīam infinitam,non ex
hibere ſolum,ſed libentiſſimo animo a-
lacriq; illam p̄ſtare. Cum.n. beneficium
recipimus,non ſolum eius magnitudi-
nem attendimus,ſed & uoluntatem gau
diumq; ,quo nobis illud confertur. Ideo
ad paſſionem ueniens Xp̄s dn̄s, ut ſui
cordis lætitiam explicet, maximò cum
gaudio excipi uoluit,ut ſumma cura eū
agere negotium redemptionis nr̄æ no-
Ariſt. uerimus. Ariſt 10. Ethic. Delectationes
adaugent operationes, & maiori cona- A
tu eas p agere faciunt, vehementerq; e
eis intendere. Qua rōne optimum eſt,pe
tere à Deo conſolationē ſpiritualē, non
ut eo fruaris ſolatio, ſed vt eo cibo refe-
ctus uehemētiori conatu Deo inſeruias.
Hinc orat Pſ. Sicut adipe,& pinguedine Pſa. 62
repleat aīa mea, & labiis exultationis
laudabit os meum. Vt ergo ſummo co-
natu Xp̄s incumbat huic operi, cū gau-
dio illud inchoat. Exultauit, vt gigas ad
currendā uiam. Et ſumma lętitia,ac cha Pſ. 18.
ritate nobis ſanguinē donat,ut non ſolū
tm̄ conferat beneficium: ſed eo mō con-
ferat,ea dulcedine p̄ſtet, ut nos ſumme
deuinciat. Hanc uero immenſam chari
tatem,ac mīam oſtendit in loco,ac uia,
p q̄ uenit. De qua Euang. ait: [Cum ue- B
niſſet Betphage ad montē Oliueti.] Cū
ad rē tāta Xp̄s uenerit, merito orare eū
poſſumus,& interrogare, per quam viā
domine ueniſti? Vias tuas dn̄e demōſtra
mihi,& ſemitas tuas edoce me. Pſ. ait? Pſ. 34.
Per montē Oliueti, p immenſam mīam
per uiſcera miſericordiæ Dei nr̄i, in qb.
uiſitauit nos oriens ex alto. Et Pau. Ap- Titū 3.
paruit benignitas,& humanitas Salua-
toris nr̄i Dei,non ex operib. iuſtitiæ,quę
fecimus nos,ſed ſm̄ miam ſuam ſaluos
nos fecit. Et uerè mons oliuarum altiſſi
mus hic eſt. Qm̄ quanta hæc fuerit mīa,
explicari non pōt. Summa tua eſſet mi-
ſericordia,ſi uniuerſam ſubām tuam in
ſumeres,ut ſanares inimicū, q ſibi vul-
nus inflixit,volēs te cōfodere. Sed ſi ui-
tā,& ſanguinē tuū dares, ut ei medere-
ris,inaudita foret mīa. Hoc vero Xp̄s
nunc p̄ſtat. An non mirandum ualde,q̄ C
hoīs negotia tanta cura Deus ſuſceperit
cū eius ſit inimicus? Exinaniuit ſemetip
ſum formā ſerui accipiēs Pau. ait. Quid Phili. 2
eſt: Exinaniuit ſe? Deus in ſe plenus ē,
& ipſa boni plenitudo, hō uero eſt ipſa
uanitas,& miſeria,oib. indigēs. Verūtn̄ Pſ. 38.
uniuerſa vanitas oīs hō uiuēs. Deus er-
go nullo īdigēs in natura ſua, factus hō
oib. īdiget. Exinaniuit ergo ſe, uacuū.n.
ē maximū indigere cibo,potu,reqe. Sed
tādē exinaniuit ſe p̄prio ſāguine p no-
bis. Sūma hęc mīa eſt,dū nō ſolū in nr̄i
medelam oēm profundit ſubām,& exi-
naniuit

Digitized by Google

A naniuit ſe, ſed & ꝓprium ſanguinẽ & vi
Eph. 2 tã, vt eius hoſtis ſalu⁹ fiat. Hic Pau. De⁹,
qui diues eſt in mĩa, pp̄ nimiam charita-
tẽ ſuã, qua dilexit nos, cũ eſſemus mortui
peccatis, conuiuificauit nos in Xp̄o, cu-
ius grã ſaluati eſtis. vt oñderet in ſupue-
nientibus ſæculis abundãtes diuitias gra
tiæ ſuæ in bonitate ſup nos in Xp̄o Ieſu.
Merito Deum dicit diuitẽ in mĩa. Ille pe
cunia, alter gregibus, alter frumento di-
ues dr̃, ſed De⁹ mĩa diues eſt. Et verè di-
ues, qa nunq̃ exhauritur eius mĩa, potẽs
releuare oẽ.n miſeriã, cuiuſmodi nulla
eſt mĩa, ideo p montẽ oliuarum veniſſe
dr̃. Ex quo ſequit̃, quantũ ſit peccati ma
B lũ, ꝙ alia medicina curari nõ potuit con
Simile uenienter. Qđ nã crimẽ poſſet cõmittere
ſubditus regis Hiſpanię in Regẽ alterũ,
in cuius plenã ſatisfactionẽ opus eſſet i-
gnominioſa mors regis Hiſpaniæ, nec
alia uia cõmodè ſatisfieri poſſet? Sũmũ
ꝑfecto peccati malũ eſt, cui, vt plene fiat
ſatis, poſtulauit pr̃ Xp̄i sãguinẽ & uitã,
nec alia re fructum eſt ei ſatis. Sicut pru
dẽs medicus nõ ſine graui cauſa p̄cioſiſ-
ſimã inſumit medicinã: ſic niſi grauiſſi-
mus morbus eſſet, non tã p̄cioſa inſume
Bern. ret̃ medicina, qualis Xp̄i ſanguis Bern.
ait. Auderes ne peccare, ſi peccato tuo
vniuerſos de cęlo deturbaturus eẽs An-
gelos & ſanctos, efficereque, vt in maxi-
mas inciderẽt miſerias? Sed in ultro plus
eſt. Deũ è cęlo deſcendere, & in crucem
Simile venire. Quis ergo iã tanta uiſa Dei mĩa
C peccare audeat. Eſt in carcere malefa-
ctor dãnatus ad crudeliſſimã mortẽ. In-
greditur carcerẽ amicus eius, & ait illi:
Da mihi veſtes tuas, & accipe meas, &
fuge, ac liberare, ego hic manebo, & pro
te moriar. Sũma hæc amicitia, & mĩa ẽ;
& qua maximè deuinceret̃, qui eã ſuſci-
pit. Sed obſecro, quanta eſſet ingratitu-
do, ſi q liberatus ſic ab amico ẽ, cũ uidet
ſuũ liberatorẽ in ſuppliciũ duci, cum car
nificibus ſe coniungeret, amicumq; cru-
ciaret, & interimeret, efficereturque ini-
micus eius, q ꝓ eo mortem libẽter ſuſti-
net? Quid tunc moriẽs amicus diceret?
Pro te ego morior, & vt te in libertatem
aſſererẽ in mortẽ me tradidi, & tu nunc
hoſtis, & carnifex mihi eris? An nõ hoc
peccator nunc p̄ſtat? Dãnati in mortẽ æ- A
ternã eramus pp̄ pc̄tm̃. Venit Xp̄s in ſi-
militudinẽ carnis peccati, & nr̃a aſſum
pta ueſte, atq; figura in carcere manet.
Nobis ueſtes ſuas, ueſtes primò geniti
tradit, qbus in libertatẽ nindicemur. Du
cit̃ ille in mortẽ pro nobis, an nos carnifi
ces erimus? an eum lædemus? an iterum
crucifigemus? Berphage, quo nunc Xp̄s
venit, a Hiero. explicatur, domus maxil Hiero.
lę, qa maxillæ ſacerdotib. dabãtur. Erat
verò vicus ille ſacerdotum. Vel dicebat̃ Orig.
domus maxillę ſm̃ Origenem, qa ibi de Iud. 16
maxilla ort⁹ eſt fons Sãpſoni poſtq̃ Phi
liſtęos vicit. Dũ ergo ueniſſet Bethpha-
ge, mittit duos diſcipulos, ut adducãt aſi B
nã, & pullũ ligatos. [Soluite, ait, & addu
cite mihi.] Orig. in hũc Matthęi locum, Orig.
ait. Sine dubio aliqđ hic latet myſteriũ,
pedibus.n. viã agere ſolebat Xp̄s dñs, &
nũc hucuſq; pedeſter uenerat, poterat er
go in Ieruſalẽ venire pedibus ꝓprijs, cũ
iã ꝓpe eſſet, niſi myſteriũ ac in re eſſet.
Et p̄terea idẽ myſteriũ hic latere oñdit,
ꝙ Zac. hunc in Ieruſalẽ Chr̃i ingreſsum Zac. 9.
deſcribens, meminit horũ aĩaliũ. Sigñat
ergo populos gentiũ, & Iudæorũ, q nũc
Chr̃o dño adducunt̃. Nec mireris hoĩem
iumentũ dici, qa cum in honore eſſet, nõ
intellexit, cõparatus eſt iumentis inſipiẽ
tibus. Et iuſtus ẽt nũc coram Deo iumẽ
tum eſſe Pſ. ait: Vt iumentum factus ſũ Pſ. 48.
apud te. Sed nõ ſolum iumentum hõ eſt, Pſ. 72.
ſed ligatum, cum pc̄tõ tenetur. Hinc Sa- Pro. 5.
piens: Iniquitates ſuæ capiunt, impium;
& funibus pc̄tõrum ſuorũ conſtrigitur. C
Hinc Chry. Cũ grã hõ ornatus eſt, faci- Chry.
le dæmoni reſiſtit: ſi uero pc̄tõ liget̃, ĩ po
teſtate diaboli eſt, vt eũ circumferat, quo
voluerit. Sicut nauis gubernaculo fracto Simile
ducitur, quo tempeſtas voluerit, & ſicut
in republica nullius p̄t ſe regẽ facere, ſed
reſpublica eũ conſtituit Regẽ, quẽ vult,
ſed ſemel cõſtitutus Rex vniuerſa diſpo
nit, & imperat, eiq. obedientia p̄ſtat̃. Sic
hõ diabolum ſibi in Regẽ cõſtituit: ſed
poſtq̃ ille Rex effectus eſt, imperat ĩ ho-
mine, & ꝓ ſua uoluntate vniuerſa, q̃ ad
hoĩem ſpectant, diſponit. Hinc Pau. Ne
qñ det Deus illis pniam, ad cognoſcẽdã
veritatẽ, & reſipiſcãt a diaboli laqueis, a

A quo captiui tenent' ad ipſius volũtatem.
D.Th. vbi D.Th. Ad ipſius uoluntatẽ ſectandã
ſ.vel,vt de hoĩe faciat uoluntatẽ ſuã.Nõ
ꝙ pctõri auferamus liberũ arbitriũ : ſed
ꝙ Dei gr̃a deſtitutus,& diaboli ſeruituti
ꝓmiſſus ei⁹ obtẽperat iuſſis. An nõ pctĩ
vincula ſæpe experiris , cũ uelles a pctõ
exire,& tñ id difficile valde tibi eſt,qa ad
hærere tibi uides ſedẽ iniquitatis . Et,vt
Greg. Gr.ait factus es,velut iumentum,ꝙ ſub
graui onere cecidit,nec ſurgere ualet, li-
cet id conetur,niſi magno labore adhibi
to,& aliorum adiutorio. En iumentum
ligatum, & pctõrum onere depreſſum .
Sed qd nunc Xp̃s ait? Soluite.& adduci
te mihi . Quis dimiſit onagrũ liberũ, &
uincula eius,qs diſrupit? Iob ait. Dei qdẽ
Iob 19 eſt,hoĩem ſoluere. Hic Pſ. dñs ſoluit cõ
B peditos,dñs illuminat cæcos , dñs erigit
Pſ.145 eliſos. Et cũ ſe liberũ a pctõ. Pſ. vidit Deo
Pſ.115 gr̃a referens,ait: Dirupiſti vincula mea,
tibi ſacrificabo hoſtiã laudis. Et ad hoc i
mundũ Xp̃m ueniſſe Ioan. teſtat',dicẽs:
Ioan.3 In hoc venit filius hoĩs, ut diſſoluat opa
Gala.5 diaboli. Et Pau. ait: Vos.n.in libertatem
vocati eſtis fratres. Gratia.n. liberamur,
& ſoluimur. Hãc verò miniſtri Xp̃i con
Ma.16 ferunt in ſacris. Ideo ad eos ait: Soluite:
qđcunq; ſolueritis ſup terrã , erit ſolutũ
& in cęlis. Mira hoĩs ptãs. Cum audis à
confeſſario: Ego te abſoluo,tunc ſolue-
ris à diaboli laqueis. Tũc dicere poteris;
Dirupiſti vincula mea,tunc pcta tollun-
tur : tunc eriperis de ptãte tenebrarũ, &
transferre in regnũ filijs dilectionis Dei.

Sed nõ ſatis eſt ſoluere. Ideo addit. Et
C adducite mihi. Soluti hoĩes ad Xp̃m tra
hendi ſunt in montẽ,ut illud impleat'. Fi
lij tui, ſicut nouellæ oliuarũ , in circuitu
Pſ.129 mẽſæ tuæ. Satis nõ eſt captiuũ a uinculis
Simile ſoluere,ſi Cõſtãtinopoli detineat', niſi in
patriã adducat' ſuã. Quid ꝓdeſt captiuũ
ſoluere,& ſtatim derelinquere,ut q̃ citiꝰ
ſit rẽ in captiuitatẽ reducat' priſtina? Ita
ſatis nõ eſt pctõrem ſoluere , & abſolue
re,niſi ad Xp̃m adducas. Id verò cõfeſſa
rius pſtat , cũ pctõri monita ſalutis dat:
cũ ei,quaſi regimen pbet , cũ vitã eo mõ
ordinat,ut Xp̃o adhæreat, & peccata de
uitet. Si medici opera ſaluti reſtitutus es,
Simile cõ ab eo petis regimẽ ordinemq; , quem

in cibo,potu,ac alijs ſalutẽ cõcernẽtibus A
teneas, ne facilè in priſtinã redeas infir-
mitatẽ. Sic in medela aĩæ tuæ faciẽdum
tibi eſt. Non tibi ſatis ſit abſolui,& ſana
ri,niſi ordinẽ uitę melioris accipias,quo
in accepta gr̃a pſeuerare ualeas,& pecca
ta vitare,tentationes,ac pericula ſupera
re. Id Xp̃s monet,dicẽs: Adducite mihi. Chry.
Si quis uobis aliqd dixerit,&c. Chr. mi-
raculo adſcribit, ꝙ verbis illis continuò
dimiſerint dñi aſinæ,& pulli, diſcipulis,
vt iumenta tollerent. Non erant illa cõ-
munia,qa,vt Luc.ait,dñi dixerũt: Quid Lu.19
ſoluitis pullũ? Ingredit' Hieruſalẽ Xp̃s
dñs ſummo triumpho , cui nullus alius
cõparari valet: licet exteriori põpa caue-
rit,& aſello uectus ſit: Cæſar triumphãs
Romã ingreſſus eſt vectus curru , quem B
quadraginta Elephãtes ducebant. Simi-
li curru Põpeius vectus eſt de Africa triũ
phans: Antonij currũ leones uehebant:
Aureliani Cerui. Sed Xp̃s aſello vehit',
& glorioſior eſt. Cęteri principes cũ na-
tura alios hoĩes non ſuperent, exteriorĩ
ornatu, & põpa indigent, ut excelſiores
appareant, q̃ oĩa in perſonæ ſupplendos
defectus inſeruiunt. Sed Xp̃s dñs tãtam
habet in pſona ſua maieſtatẽ, ut exterio
ri cultu non egeat. Hinc Eſa. ait; Vidi do Eſa.6
minum ſedentem ſuper ſolium excelſũ,
& eleuatũ , & plena erat oĩs terra maie-
ſtate eius. Nõ ergo a creaturis maieſtatẽ
vſurpat,ſed potius illę ab eo maieſtatem
accipiunt. Summã uerò maieſtatẽ ſuam
hodie Xp̃s oſtẽdit,imò,& diuinitatem .
Cum.n.iam cõſpiraſſent phariſęi, ut eũ C
occiderent,hodie publicè tanq̃ cordium
dñs ingredit' Hieruſalẽ,& tẽplum addit
& inde proijcit uẽditores,nec ullus mu-
tire,auſus eſt. Oſtẽdit planã dñm ſe eſſe
cordium. Id ipſum oſtẽdit triũpho uſus
ante uictoriam,quaſi certus de victoria.
Alij principes certi de pugna, incerti de
victoria,illa parta triũphãt. At Xs de vi
ctoria certus,tanq̃ Deus,ante illã trium
phat. Eiuſdẽ gloria triũphi,ſuper oẽs ho
minũ triumphos apparet in eo , ꝙ dictis
factiſq; Xp̃m,ut regẽ, & Deũ ſuſcipiũt,
ꝙ nulli triumphatorum conceſſum eſt .
Facto quidẽ Deum dñt, cum ei obuiã p
cedunt ramis,ꝙ ſoli Deo exhibebatur in
feſto

Digitized by Google

A feſto Tabernaculorum. Vñ dr̃: Sũmetis
Leu. 23 vobis de primo fructu arboris pulcherrimæ, ſpatulaſque palmarum, & ramos ligni denſarũ frondiũ, & ſalices de torrẽte, & lætabimini coram dño Deo ueſtro. Verbis ẽt illum Deũ fatentur, dicentes: Oſanna in excelſis. Quo eum dicũt mũdi ſaluatorẽ, pc̃torum remiſſorẽ, Meſſiã, & filium Dauid. Sed merito dubitari poteſt, qua ratione humilis corde Xp̃s dñs hanc hodie gloriã ſibi p̃ſtari, uoluit, multis quidem de cauſis. Primo, vt a nobis agnoſceretur. Hæc. n. nobis uita æterna eſt. Scd̃o, ut in ſe nobis exprimeret vanitatẽ gloriæ mundi huius, q̃ cito tranſit, & in diuerſum mutat̃. Eſtque ſerenitas tp̃is ĩ hyeme, q̃ cito mutatur, trãquillitas maris, q̃ dictos citius in tẽpeſtatẽ vertit̃.
B Fortunæ ſtabilitas nulla eſt, ſil̃is vento, q iã hinc, iã inde pflat. Non hæc aĩaduertunt uani hoĩes, ſed ſil̃es effecti Babylo-
Apo. 18 niæ aiunt, q illam dixiſſe Ioãnes ait: In corde ſuo dicit: Sed eo vt regina, & vidua non ſum, & luctum non videbo. Iõ in vna die venient plagæ eius, & mors, & luctus, & fames, & igne cõburet̃. Sicut ergo Xp̃s hodie cũ gloria excipit̃, & cito crucifigit̃, hodie Saluator dr̃, & cõtinuo Barabbæ poſtponit̃, ita mundus tecum aget, ſimilis Ioab, q amplectit̃. Abner, & eum occidit, & Abſalon q Amõ inuitat, & illi mortẽ infert. Simeõ & Leui, q ſe ſimulant amicos Sickem & eius vitã extinguunt, & Ioel, q lactat Siſarã, & eũ interimit. Quo tandẽ credis, deueniẽt vniuerſa feſta, ludi, comeſſationes, delectationeſ; mundi, niſi in quo Xp̃i triũphus, q in morte tandẽ finẽ accepit? Sicut. n. hinc p̃dit fons vnus inde alter,
C aliunde alius, & aqua eorum dulcis eſt, conglobant̃ oẽs, & amnẽ faciunt, q tãdẽ
Simile in mare venit, q amarũ eſt, ita uniuerſi, q in mundo delectant̃, in mortẽ tandem veniunt amarã. Edocemur ergo ratim p mundi oblectamẽta trãſire, nec in eis oblectari, aut detineri vt ſil̃es ſimus Aegypti canibus, q ſiti cõpellente aquã bibituri ad Nilũ accedũt, ſed propere eam bibũt, hinc parũ aquę, inde aliud, ne a crocodillis interimant̃. Hinc dici ſolet: Ito, ſicut canis per Nilũ hoc eſt pręproperè.

Oĩa, q̃ mũdi ſunt, cito trãſeũt. Trãſi ergo A
tu p ea currẽs, nulla in re aium detineas tuum, nullibi cõmoreris, ne a dęmonibus capiaris. [Ecce Rex tuus uenit tibi mãſuetus.] Regnabat Deus olim ſuper Iſrael, & ipſe iudices, quos uolebat, cõſtituebat, q quaſi p̃reges erant, q nõ ſucceſſione, ſed Dei voluntate conſtituebãtur. Et tũc Dei cura erga Iſrael maior erat. At illi Regẽ hoĩem a Samuele poſtulant, quẽ hẽant ſicut cęterę gentes, q eos regat, & ſucceſſione filiorũ firmet̃. Tũc 1. Reg.
dñs ait Samueli: Nõ te ſed me abiecerũt ne regnẽ ſup eos, qa nõ ſpe in me collata ſed humana prudẽtia, & ſucceſſione regi uoluerũt. Dedit illis dñs perſos Reges hoĩes, vt iterum Deum ſibi regẽ poſtularẽt. Nihilominus tñ regẽ hoĩem deſiderãt, De⁹ verò, q hoĩb. principari vult B
ait: Regẽ aliũ hr̃e nõ vultis, niſi q homo ſit: ego homo fiã, & Rex veſter ero. Dicite ergo filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi. Qũo verò Xp̃s dñs Rex cõſtitut⁹ ſit, Pſa. 2.
ipſe oñdit Pſ. 2. dicẽs, Ego aũt cõſtitutus Hiero.
ſum Rex ab eo. Vbi Hieron. & alii illud legunt p verbũ actiuũ, ut pr̃ loquat̃. Ego vnxi Regẽ meũ, q idẽ eſt cum illo: Conſtitutus ſum ab eo. Non. n. Xp̃s ſeipſum cõſtituit Regẽ, ſed a pr̃e cœleſti eſt cõſtitus Quẽ cõſtituit hæredẽ vniuerſorum. Heb. 9
Hoc verò explicat Pau. Nemo ſumit ſibi honorẽ, ſed q uocat̃ a Deo tanq̃ Aaron. Vñ Chriſtus nõ ſemetipsũ clarificauit, vt Põtifex fieret, ſed q dixit ad eũ: Filius me⁹ es tu. Sup q̃ verba notat. D. Th. contra naturã eſſe, vt qs ſe cõſtituat in altio D. Th.
ri gradu, q̃ ſit natura. Aer. n. nõ ſeipſum ignẽ facit, ſed fit a ſupiore agẽte, ſic non dẽt qs ſibi dignitatẽ Eccl̃iaſticã aſſumere, ſed q a Deo vocat̃, vt Aarõ. Si. n. Xp̃s C
non ſeipſum Regẽ conſtituit, qd id intẽtare audebit? Nec ſolũ Paulus ait: non ſeipſum Põtificẽ fecit, ſed nõ clarificauit ſeipſum, ut Põtifex fieret. Multi. n. licet ſeipſos Pontifices, nõ faci, qa non pñt, clarificant tñ ſe in oculis hoĩum, ut Pontifices fiant. Hi ſunt hypocritæ, Chr̃s vero neutrum intentauit: quia nec ſe Põtificem fecit, nec ſe clarificauit, ſed a patre clarificatus, & Põtifex factus eſt. Sed dubitare potes, cuius regni Rex Chr̃s eſt.

Digitized by Google

A Quæſtio eſt inter Doctores diuini, & humani iuris, an Xps ut homo, habuerit dominium tpale uniuerſæ terræ ex pris donatione. Sed quidquid ſit de hoc regno,
Ioan.6 regnũ quod hodie Xps dño ꝓclamat, non
Ioã.18. eſt tpale regnũ. Hinc cũ quæreret, ut Rex fieret, fugit in deſertũ. Vñ ipſe Pilato dixit: Regnũ meũ nõ eſt de hoc mundo, & regnũ meũ nõ eſt hinc. Quale ergo illꝰ regnũ ſit, ipſe oſtẽdit cũ Pilato ait: Tu dicis, quia Rex ſũ ego. Ego hoc natus ſũ, & ad hoc veni in mũdũ, vt teſtimoniũ phi
Pſal.2. beã veritati. Hoc ipſũ Pſ. ſignat, dicens: Conſtitutus ſũ ab eo Rex ſup Siõ montẽ ſanctũ eius, pdicãs pceptũ eius. Et Eſ.
Eſai.61 Spũs dñi ſup me, eo quod vnxerit me, (tamquã Regem) euãgelizare pauperib. miſit me. Vt hoc regnũ intelligas & eius dignitatẽ, nota, in illo tremẽdo conflictu, quo
B diabolus cũ primo parente, imo cũ toto gñe humano cõgreſſus ẽ, uictorẽ euaſiſſe, & iõ Adã cũ uniuerſa eius poſteritate
2.Pe.2. in maniſeſtã captiuitatẽ ductũ, quia ut Petrꝰ ait, a quo qs ſuperatus eſt, eius & ſeruus eſt. Tũc demũ factus eſt princeps huius mũdi, ſic eũ Xps uocat: Nunc princeps
Io. 12. huius mũdi eiicit foras. Et Pau. eũ uocat rectorẽ mũdi, principẽ tenebrarũ, a quo tenebant hoies captiui ad eius uoluntatẽ. Cuius captiuitatis typus fuit captiuitas Iſraelis ſub Pharaone. Vt ab hac captiuitate nos Deus eriperet, filiũ ſuũ Regẽ nobis cõſtituit, q illũ tyrãnũ ſuparet.
Colo.1 Qui ut Pau. ait, eripuit nos de ptãte tenebrarũ, & trãſtulit i regnũ filij dilectiõis ſuæ. Placauit Xps patrẽ, dęmonẽ expoliauit regno, fortẽ armatum uicit, ſpolia, & arma abſtulit, peccata cõdonauit, gratiã hoib. dedit, qua a pctis liberi Deo ſer
C uiãt. Hoc Xpi regnum eſt hoc regnum Dei, quod pdicauit, quo ſuper aĩas nſas re-
Luc.1. gnat. Huius regni Xpi nullũ finẽ futu-
Dan.7 rũ, Angelus Mariæ dixit. De hoc regno Daniel ait: Dedit ei ptãtẽ, & honorẽ, & regnũ: & oẽs populi trib. & linguæ ſeruiẽt ei. Hunc Regẽ oẽs Reges terræ adorare tenẽt, qm & ipſi liberati p eũ ſunt. Huic Reges Tharſis, & Inſulæ munera offerãt, & Reges Arabũ & Sabba dona ducãt. Hũc Magi ꝓcidẽtes adorãt, eſt n. q natus eſt Rex Iudæorũ. Et hoc eſt regnũ, quod hodie ei acclamat. Salua nos ĩ al- A
tiſſimis, et ipe nos a diaboli ptãte. Hoc vero regnũ ſup oẽ regnũ tpale eſt, illudq; excedit in immenſum. Et hoc regno principat ſup oẽs mundi Reges. Et iõ Ioãnes Apoca.
ait: Hẽt ĩ fęmore ſcriptũ: Rex Regũ, & 19.
dñs dñantium. Sed illud ĩ hac parte mirandũ maximè, pctõrem iterũ ſibi cõſtituere dęmonẽ Regẽ, & a Xpi regno diſcedere, cuius rei figurã expſſit Ionatã Iud. 9.
filius Gedeonis ꝓpoſita hac parabola: ſerunt ligna, ut vngerẽt ſup ſe Regẽ. Dixerũtq; oliuæ: Impera nobis, quia Rex miſericors eſſe dẽt, ſicut ille, q ait, Ego autẽ ſicut oliua in domo Dei mei. Et de Moy Pſa.51.
ſe duce populi Dei dr: Erat mãſuetus ſup oẽs hoĩes. Et quia hac manſuetudine caruit Roboã multã regni partẽ amiſit, & diſceſſerunt ab eo decẽ trib. Excuſauit ſe oliua, excuſauit ſe ficus, & uitis. Ierũt ad Rhamnũ, & elegerũt ſibi eũ ĩ regẽ, a B
quo ignis egredit, ut deuoret cedros Libani. Signat uoluit Ionathã ipſos elegiſſe ſibi ducẽ Abimelech, a quo excidiũ ipſis parabat, & receſſiſſe a domo Gedeonis, q eos plurib. affeciſſet bñficijs. Id uero ipſũ eſt, quod peccator efficit, relinquẽs Xpm verũ Regẽ, & ſibi dęmonẽ ĩ regẽ aſſumẽs, a quo excidiũ hoĩ parat, a quo ignis æternus ꝓcedet eũ cõbuſturꝰ. Vñ Pſ. Priuſq intelligerẽt ſpinæ veſtrę
Rhãnum, ſicut uiuẽtes, ſic ĩ ira abſorbet Pſ. 57.
eos. i. priuſq peccator ĩtelligat Rhãni malitiã, abſorbet eos uiuos pderq; eos. Donec. n. ĩ alia vita pctõr ſit, nõ intelligit, quod truculẽtiſſimus ei hoſtis dęmõ ſit, quod ĩ æternum ducat ignẽ. Nã amicum ſe ſimulat, & ouẽ, cũ lupus rapax ſit, & leo circumiẽs qrẽs quẽ deuoret. Sed notandũ C
Xpi dñi regnũ figuratũ fuiſſe ĩ regno Da Luc. 1.
uidis. Angelo teſtãte: q ait: Dabit illi dñs
Deꝰ ſedẽ Dauid pris eiꝰ, &c. Dauid uero 1.Reg.
geminum habuit principatũ. Priorẽ, qñ 22.
fugiẽs Saulis ſæuitiã, ſeceſſit in ſpeluncã Odollã afflictꝰ, & egenus, & cõuenerũt ad eũ oẽs, q erãt ĩ angũſtia conſtituti, & amaro aĩo, & oppſſi ære alieno, & factꝰ eſt eorũ priceps. Hunc principatũ ĩ hac mortali vita Xps geſſit, ut ipſe ait, uenite ad me oẽs, q laboratis, & onerati eſtis Mat.11
afflictos ad ſe uocat, ut eorũ priceps, cui con-

Digitized by Google

A cõſonat illud Eſaię, ꝙ vnxerit me, vt me
Eſ.95. deret contritis corde. De hoc Xp̃i regno
Pſ.95. accipiẽdũ eſt illud Pſ. Dicit ĩ nationibꝰ,
qa dñs regnauit a ligno in nr̃is codicib.
deſideraťr, illud (a ligno) nec iuenit̃ in co
dicibꝰ Græcis, & Hebraicis. Forſan ſcri
ptorũ negligẽtia, aut Hebręorũ malitia.
Recipi vero dẽt: nã eccleſia illud recipit.
Vñ canit in hymno: Impleta ſũt, q̃ cõci-
nit, Dauid fidelis carmine. Dicẽs ĩ natio
nibꝰ, regnauit a ligno Deus. Et in pſalte
rio Romano ita legit̃. Et pr̃es antiq eã
lectionẽ agnoſcũt. Vt Orig. Hilar. Aug.
Ioã.19 Berna. Ambr. Caſiod. Atq; hoc regnum
Xp̃i, licet myſterij ignarus Pilatus titulo
crucis affigi mãdauit, Græcè, Latinè, &
Hebraicè, Ieſus Nazarenus, Rex Iudæo
rũ, ut in oĩ natione, & lingua diceret, ꝙ
B dñs regnaret a ligno, Põtifices q dẽ ꝓhi
bebãt dicẽtes: Noli ſcribere Rex Iudæo-
rũ. Sed Pilatꝰ cõſtãter ait. Qd ſcripſi ſcri
pſi. Solet Aug. notare, ꝙ huius myſterij
cauſa aliq Pſ. hent in titulis: Ne diſſpdas
Dauid in tituli inſcriptione, ut in Pſ. 58.
Augu. 59. & Aug. in Pſ. 58. de hoc latius diſſer-
uit. Quaſi Dauid in ſpũ moneat Pilatũ,
ne dirũpat titulũ crucis, nec acquieſcat
põtificib. petẽtibus. En priorẽ Dauidis et
Xp̃s prĩcipatũ, ĩ quo ſe pbuit Xp̃s dñs ſi
milẽ Codro Regi Atheniẽſium, de quo
Augu.] Aug. memoriæ ꝓdidit 18. de ciuit. c. 19.
Qui cũ ciuitatẽ ab hoſtib obſeſſã nõ poſ
ſet liberare, oraculũ cõſuluit, et audiuit:
Si mortuꝰ tu fueris urbẽ liberabis. Tunc
ille, vt ciues defenderet, mutato habitu
C regio cũ hoſtibus decertãs, mortuus ẽ: Et
ſic ciuitatẽ defendit. Hoc ipſũ Xp̃s Dñs
pſtitit: q mutato habitu ingreſſus eſt bel
lũ: occubuit in eo, & morte ſua oẽs nos
1.Re.5 in libertatẽ aſſeruit. Alter Dauidis ĩ prin
cipatꝰ fuit, cũ regnauit ĩ Hieruſalẽ, & re
gnũ illud opulẽtiſſimũ fuit. Significatq;
Xp̃i dñi regnũ poſt reſurrectionẽ ſuam,
Pſ.144 ꝙ eſt æternũ in cælo. De quo dr̃: Regnũ
Lu.23. tuũ regnũ oĩum ſeculorũ. Qd regnum in
tellexit latro dicẽs. Memẽto mei, dum ve
neris in regnũ tuũ. Hoc regnum oĩb. di-
uitijs, ac delicijs affluit. Nemo uerò in
hoc opulẽtũ Xp̃i regnũ ueniet, q hic non
fuerit ſub eius priori regno in uera pęni
tẽtia, & afflicta vita. Vñ Paulus: Si tñ cõ
patimur, ut conglorificemur. Merito er A
go dr̃: Exulta ſatis, & iubila filia Siõ. Ec Ro. 5.
ce Rex tuus q te a captiuitate, & tyrãni
deliberet. An nõ lętiſſimũ nunciũ Chria
nis, q Argerij captiui detinẽt̃? Ecce Rex
veſter naturalis Mauris ſuperatis ingre
dit̃ Argerium, vt vos liberet. Hoc nunc
nũcio mundo dat̃. Exultet ergo, & iubi
let. Si veritas liberauerit uos, verè liberi
eritis. Ideo ei dicitur, Oſana, ſalua nos. Ioan.7
[Bñs q venit in noĩe dñi.] Huius noĩs
bñs, ꝙ hodie Chr̃o tribuit̃, ꝓfunda eſt ſi
gnificatio. Primum bñdicta res dr̃, q̃ bo
na, & optima eſt, & ſic Chr̃s bñs dr̃, qa
bonũ eſſẽtiale, dignum oĩ laude. Scd̃o
bñs eſt, q multa dona recipit. Et bñdice-
re ĩ ſcriptura ſignĩcat bona facere. Sic de
Iſaac dr̃: Bñdixit ei dñs, & locupletatus
eſt. Et Iacob ait ad Laban: Bñdixit tibi B
dñs ab introitu meo. Et Abigail: Suſci- Ge. 29
pe bñonẽ hãc, i. hoc domum. Sic ẽt Chr̃s
bñs dr̃, q a ſumma recepit a patre dona.
Nõ. n. ad mẽſura ei datus eſt ſpũs. Et de
eo dicebat Iſaac: Ecce odor filij mei, qua 1.Reg.
ſi odor agri pleni, qui bñdixit dñs. Sed 25.
vt vis huius noĩs, bñs, pcipiat̃, attendẽdũ
eſt nomẽ ei oppoſitũ, ꝙ eſt, maledictus:
qm̃ cõtrariorũ eadẽ eſt diſciplina. Male Ge.27.
dixit Chr̃s ficui, & aruit: ita reprobi ma-
ledicti dr̃, qa ꝑpetuo ſine fructu mane
bũt. Maledictus uerò ꝓprie ille eſt, q ita
malus eſt, ut nõ ſibi ſolũ malus ſit, ſed & Lu.11.
alios malos faciat. Hinc prior oĩum ſer
pẽs maledictus dr̃: qa decepit parẽtes pri Gen. 3
mo. Maledictus eris inter cũcta aĩantia
terræ, qa nõ contentus malus eſſe, uene- C
num hoĩ ꝓpinaſti. Ideo maledictus dice
ris, quia caput, & initium malorum es.
Simili rõne benedictus ille eſt, qui nõ
tm̃ ſibi bonus eſt, ſed & alios bonos fa-
cit. Quia uero inter hoĩes ſolus Chriſtus
dñs alios bonos efficit, iuſtificatq;, eſtq;
in eo gratia capitis, qua põ gratiam alijs
cõicare, hoc nomen, benedictus, pro-
prium Chriſti eſt, Deus ſolus natura bo
nus eſt: ſed homines bonos facit, quia
eis habitũ gratiæ tribuit, quo boni dñr,
& ſunt, ſed hanc bonitatem ſolus Chri-
ſtus tanquam caput in alios influere po-
teſt. Ideo de eo dr̃: De plenitudine eius
omnes accepimus, qui factus eſt nobis

Digitized by Google

A a Deo iuſtitia, ſanctificatio, & redẽptio.
Pſ. 132 Hinc Pſ. Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron, quod deſcẽdit in oram ueſtimẽti eius. Quia illic mandauit dñs benedictionẽ, & uitã vſq; in ſeculũ. Poſita eſt vnctio, & benedictio in Chriſto dño, tanquam in capite. vt inde deſcendat uſq; ad horã ueſtimenti, vſq; ad infimũ fidelẽ. Et expẽdendũ eſt illud. Quia illic mãdauit dñs benedictionem. Illic, inquam, in Chriſto. ſ. theſaurizauit dñs oẽm bñdictionem, oẽm gratiam, oẽm ſanctitatem. Non in Abraham, aut Moyſe, ſed illic, in Xpo, ſ. ille. n. meruit nobis oẽm gratiam, oẽ bonum, illic eam Deus poſuit, & inde nobis emendicãda
B eſt. Et licet opera noſtra bona ſint, ſed oĩs eorũ valor inde mutuandus eſt: quia illic oẽ bonum eſt. Etenim benedictionẽ
Pſ. 83. dabit legiſlator: ibunt de virtute in virtutem. Inde proceſſit oĩs martyrum fortitudo, puritas virginũ. Hinc Pau. Bene
Eph. 1 dictus Deus, & pater dñi nři Ieſu Xpi: qui benedixit nos in oĩ benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto. Sicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti, & immaculati. Hic eſt benedictus. Sicut Adam omniũ pater tranſgreſſor factus, oẽs nos fecit tranſgreſſores, etiam ſine actu proprio: ita Chriſtus in baptiſmo pueris, ſine actu gratiã tribuit. Factus eſt primus ho-
1. Co. 5 mo in animam uiuentem, ſecundus in
C ipſum viuificantem. Merito Xpo hodie obuiã prodeunt, dicentes: Bñdictus, &c.
4. Re. 2 4. Re. videntes filij prophetarũ, quod requieuit ſpiritus duplex Eliæ ſuper Eliſeum, venerunt in occurſũ eius, & adorauerunt eũ proni in terram. Ita hodie Xps excipit, & adoratur, qui ſibi, & alijs ſpiritum hẽt. Sed qs eum nõ adoret? 1. Reg. Abijt cũ Saul
1. Reg. pars exercitus, quorum tetigerat Deus
10. corda: filij verò Belial dixerunt. Nũ Saluare nos poterit iſte? Et deſpexerunt eũ, nec attulerunt ei munera. Ipſe verò diſſimul ibat ic audire. Si tetigit Deus cor tuum. Xpm ſequeris: ſin uerò audit quidem, ſed nunc diſſimulat, aliquando loquetur, & virgam oliuæ, quam nunc defert, mutabit in virgam ferream, & tanquam uas figuli confringet inimicos.

Feria II. poſt Domin. In Ramis Palmarum.

Maria accepit libram unguenti Nardi piſtica pretioſi, & unxit pedes Ieſu, &c. Io. 12.

PRimum omnium ſciendum nobis eſt, hanc unctionem eandem fuiſſe eum illa, quam Mat. c. 26. & Marc. Ma. 26.
c. 14. memoriæ prodiderunt, factã fuiſſe Ma. 14
in domo Simonis Leproſi. Hæc eſt ſnĩa Diui Auguſt. & cõis Sanctorum, & Doctorum. Augu.
Licet namque aliqua diuerſa, et inter ſe contraria dicis a ſacris Euãgelij B
ſcriptorib. uideantur, oĩa tñ conſonant. Licet. n. Martha miniſtraſſe dicatur, id effici potuit ẽt in aliena domo Simonis, qm̃ vicini erant, & forſan cõſanguinei. Aliqui dixere Simonem hunc leproſum Nice.
patrem fuiſſe Lazari, referẽte Nicephoro lib. 1. Hiſto. Eccl. c. 27. Et licet Ioãnes dicat inunctos pedes, & Matth. dicat caput unctum, utrumq; factum eſt, ait Auguſt. Et licet Ioannes dicat Iudam Iſcariotem indignè tuliſſe effuſionem unguenti, Mattheus uerò dicat diſcipulos ẽt omnes, intelligendum eſt primam Iudam auaritia motum dixiſſe: Et quid perditio iſta? Deinde diſcipulos miſericor- C
dia commotos ei aſſenſiſſe.

Secundò ſciendum, libram vnguenti Nardi inſumptam in hac unctione fuiſſe. Libra duodecim uncias habet, & eſt nomen non ſolum ponderis, ſed etiam Dioſco
menſuræ Nardus uerò (de quo Dioſco- rides.
rides libro 1. cap. 6. & Plinius lib. 12. ca. Plini.
12.) eſt frutex grani, ac craſſa radice, ſed breui, & nigra, fragilique aſpero ſaporę, folio paruo, & denſo, cacumina in ariſtas ſe ſpargunt, ideo gemina dote Nardi ſpicas, & folia celebrant. Ex nardo verò oleo delibuta fiebat vnguentum pretioſiſſimum, ſed optimum erat, quod ex ſpica conficiebatur, & vnguento hoc veteres vſi fuerunt in capitis vnctionem. Verbum autem piſticę non eſt nomen loci, ut Auguſtin. putauit, ſed nomẽ eſt Grecum ſignificans fidele, purum,

Digitized by Google

A purum,ſyncerum,non adulteratum.Ita
Hiero. Hier.& Euth.in Matth.Solent.n.hmói
Euthi. vnguenta ꝑtioſa ſophiſticari.Cũ ergo re
cumberet Xp̃s dñs in domo Simonis,
adfuit Magdalena, & primum Xp̃i pe-
des lauit forſan lachrymis,& exterſit ca
pillis ſuis,& deinde eos inunxit pretioſo
vnguento, & tandem ſuper caput Xp̃i
unguenti partem effudit,& impleta(ait
Ioannes)eſt domus ex odore unguenti.

Sed aliquid maius nobis his verbis in
nuit,vniuerſam,ſ.eccleſiam replendam
odore huius vnctionis. Maxima ꝑfectò
conſideratione digna ſunt verba illa Re
dẽptoris, cũ de hac vnctione loquẽs ait:
Amen dico uobis,vbicunq; prædicatum
fuerit Euãgelium iſtud in vniuerſo mun
do,dicetur,& ꝙ hæc fecit in memoriam
B eius. En vniuerſum mundũ implet odor
Can.1 huius vnguenti. Pôt Maria ſibi meritò
vſurpare verba illa Cant. Nardus mea
dedit odorem ſuum.Cum uerò nos hãc
vnctionem prædicamus uerbum Chri
impletur illud ꝑdicentis diuulgandum,
ac prædicandum. Sed dubiũ eſt,qđ excel
lentiæ,ac dignitatis habuerit unctio iſta
ut eam vniuerſo prædicari mundo Xp̃s
uoluerit? Latẽt in tenebris mirabilia ge-
ſta principum; imò & ſanctorum mul-
torũ facinora præclara obliuioni tradita
ſunt:hæc verò vnctio in ſeculum nõ de-
lebitur ab hoĩum memoria, perpetuo in
vniuerſo mundo prædicanda eſt. Aliqđ
ſine dubio in illa ſecretũ latet magnifa-
ciẽdũ. Quàm diuerſum iudicium Dei a
C mundi iudiciis. Apoſtoli dñt: Vt quid ꝑ
ditio hæc: Chriſtus verò, Bonum opus
operata eſt in me,& adeò bonum,ut oĩ-
Chry. bus ſit ſeculis ꝑdicãdũ. Qua de re loquẽs
Chryſ.in Matth.26.ait: Quis igitur tam
abiectæ mulieris factum ita exclamauit,
ut per totum orbem ab oĩbus audiretur?
Virtus profectò eius, qui hæc prædixe-
rat: & quidem Regum, ac Imperatorũ
res geſtę,quorum nõnulla remanẽt mo-
numenta,oĩno tacent,& de pleriſque eo
rũ qui urbes condiderunt,mænia erexe-
runt,bella geſſerunt,trophæa ſtatuerũt,
multiſq; gentes ſubiugarunt, quamuis
& ſtatuas ſibi fecerint, nulla tñ fit men
tio, multiq; ipſorum nec noĩe qdem ex
tant. Qđ aũt meretrix mulier in domo A
cuiuſdã leproſi duodecim viris præſenti
bus oleum effudit,id ꝑ uniuerſum orbẽ
tanto tp̃e tranſacto decantatur. Sed Indi,
Scythæ,Thraces,Sauromatę,q́què Mau
ritaniam,quiq; Orcadas inſulas habitãt
magna prædicant uoce. O ineffabilem
miam dñi,qui meretrice pedes exoſcula-
ri patitur,& inungi,nec potitur ſolũ,ſed
& criminantes increpat, & in vniuerſo
mundo ꝑdicandum dicit. Hæc Chryſ.

Vt ergo pro dignitate ſua hoc Magda
lenæ opus ualeamus æſtimare,notãdum
nobis eſt,ſummo eã amore Xp̃m proſe-
quutã fuiſſe,cum primum ad eius pedes
acceſſit,& pc̃torum veniam conſequuta B
eſt.Sic.n.Xp̃s tunc dixit: Remiſſa ſunt Luc.7.
ei peccata multa,qm̃ dilexit multũ. Hic
verò in corde illius incenſus amor non
tepuit,ſed mirum in modũ auctus ĩ dies
eſt Xp̃i uerbis auditis,& operibus inſpe
ctis,ita ut oſſa etiã illius occupauerit, ut
meritò illud ſibi vſurpare poſſit: De ex- Thr.1.
celſo miſit ignẽ in oſſibus meis,& erudi Simile
uit me. Et queãdmodũ cũ extraneus ca-
lor non ſanguinẽ ſolũ,& carnem,ſed &
oſſa occupat,hectica febris efficit: ſic a-
moris igne ſuccenſa mulier hæc eſt, ut
ignis hic oĩno mentem eius abſumpſe-
rit,& oſſa ẽt igniret Hinc factũ eſt illud
Luc.10. Sedẽs ſecus pedes Dñi,audiebat Luc.10
verbũ illius,& iõ optimã partẽ elegit, q
non auferetur ab ea. Hoc amoris igne
ſuccenſa Xp̃m crucẽ baiulantẽ ſequuta
eſt: Hoc illum in monumento quæſiuit,
cũ adhuc tenebræ eſſent: hoc ibi ligata C
eſt,ut diſcedere nõ potuerit,ẽt diſcipulis
recedentib. hoc meruit prima Xp̃m ui-
dere,& illum reſurrexiſſe Apoſtolis nũ-
tiare. Hoc itaque amore languida, nunc
& æſtuans ad Xp̃i dñi pedes rurſum ue-
nit,& liquefacto corde inſtillat illud per
oculos,& pedes abluit Xp̃i,iterum capil
lis terſit,iterum vnguento vngit pretio-
ſiſſimo, nihil oĩa arbitrata eſſe ĩ Chriſti
dñi obſequiũ. Simul grãs Xp̃o agit ꝑ re
miſſione percepta delictorum: & q́ audi
uit cito moriturum Xp̃m dñm pro deli-
ctis oĩum,ꝑuenit illũ ungere, quaſi mox
ſepeliendum. Pedes eius exoſculatur
pro tam immenſo beneficio, quale fuit
rudem-

Digitized by Google

A redēptio humani generis, & ut gratum
oñdere aīum, oē ꝙ habuit, fecit, omne ꝙ
illi ſupererat ſubæ in hoc unguentum in
ſumpſit. Hæc ſignificāt uerba illa, quod
habuit, hęc fecit, cor uniuerſum dono de
dit Xp̄o dño. Hinc eius oblatio gratiſſi-
ma fuit illi tanto amore ornata, tanta de
uotione oblata: fuitque ſicut in millibus
agnorum pinguiū, & ſicut adipe, & pin-
guedine repleta eſt aīa eius, ideo inſigne
exhibuit facinus oīb. ſæculis p̄dicandum
& aboledū nunq̄. Quo docemur nō tam
a Deo expectari ſubām operum, quæ in
eius exhibemus obſequiū, q̄ modum, quā
B deuotionem, q̄ charitatē, qua illud Deo p̄
ſtamus. Minimum namq. opus magna
charitate exhibitū cēſendū eſt, cōtra ma-
ximū tepide factum, ac negligenter mini
Simile mum Deo eſt. Hoc uero, & ipſi hoīb. v-
ſu venire ſolet. Aliqñ namq; aliquis te ar
denter diligens eo affectu, ac dilectionis
oſtenſione tibi aliquid dat ēt minimum,
tu uerò in magno p̄tio illud hēs, ꝙ uide-
ris tibi datum cor ab amico in illo dono
paruo. Quid mirū Deum nr̄o corde ma-
xime delectari, & amore p̄cipue duci, qui
Pro.23 ait. Fili p̄be mihi cor tuū. An nō hoc eſt
Can.4. illud ſpōſi: Vulneraſti cor meum ſoror
mea, ſpōſa, in uno oculorū tuorum, & in
vno crine colli tui? Vnum oculum, vnū
aſpectū intellige. Si ergo una oculorum
C cōuerſio in Deum, vnus crinis, Dei vul-
nerat cor, qd miramur, ſi illud vulnera-
uit Magdalena oīb. capillis in obſequiū
Xp̄i datis, fluuio lachrymarum in pedes
dilapſo ab oculis? Simili uerò rōne nos
Dei cor uulnerare poſſumus, ſi ardētiſſi-
mo eius amore flagrātes, ei minima offe-
ramus. Audi rei huius exēplum. Luc.21.
Reſpiciens āt Ieſus uidebat eos, q mitte-
Luc.21 bāt munera ſua in Gazophilatium diui-
tes, Vidit āt, & quandā uiduā pauperculā
mittentem æra minuta duo, & dixit: Ve-
rè dico uobis, quia uidua hęc paup plus
q̄ oēs miſit. Nam oēs hi ex abundanti ſi-
bi miſerunt munera: hæc autem de eo, ꝙ
deeſt illi, omnem uictum ſuum, quem ha
buit, miſit. Sicut tunc oculis corporis ui
debat dona, & attentè conſiderabat, quæ
ei offerebantur: ſic nunc è cælo dñs pro-
ſpicit ſuper filios hominum, ut uideat, ſi
eſt intelligens, aut requirens Deum, eiq. A
dona offerens, nō tñ adeò attendit mu-
nus, & eius quātitatē, ac offerentis volū-
tatem. Si ergo parua tibi ſunt, q̄ Deo offe
ras, noli contriſtari, illa Deo maxima e-
runt, ſi magna obtuleris charitate. Hinc
Paul. Si uoluntas prompta eſt ſm id, qd
hēt, accepta eſt, non ſm id, ꝙ non habet. 1.Co.8
Et idem paul. Non copioſum datorē di-
cit dilectum a Deo, ſed hilarē datorem.
Optimè Thobias ad filium: Si multum
tibi fuerit, abundanter tribue, ſi exiguū, Tho.4.
hoc libenter impertiri ſtude. Sed eſt ad-
huc in hac Magdalenæ vnctione aliud,
ꝙ conſideratione dignū eſt. Diſcipuli mi
nus diligentes putāt largitatē ſummam,
imò prodigam eam fuiſſe, adeò ut perdi- B
tionē dicant factā, illa uerò ait; Qd hēo,
hoc facio, nihil uero me feciſſe credo. E-
ius animum Xp̄s expreſſit, dicēs: Qd ha
buit hęc fecit, quaſi dicat, amplius non fe
cit, qa plus non habuit. Eſt.n. gradus di- Berna.
lectionis perfectę (ut Ber. & D.Th. opuſ. D.Th.
de dilectione Dei ait.) Opari magna, & Ge.29.
reputare parua, opari multa, & reputare
pauca, operari diu, & reputare breue. Si-
cut uidebantur Iacob pauci dies præa-
moris magnitudine, cum multi anni eſ-
ſent.) Bern. Labor meus uix eſt unius o Bern.
rę, & ſi plus eſt, non ſentio præamore,
nec mirum, ſi amor multa opa reputat
pauca, quia in mandatis eius cupit ni-
mis. Si.n. pſal. ait: Beatus uir, qui timet
dñm, in mandatis eius cupit nimis: ſi qs Pſ.111
timet, vult nimis, qd q amat? Licet ergo
multa faciat, plura tñ deſiderat, ſi pun- Simile
ctus ad oīa hēret cōcupiſcentiā, ad q̄ hēt
potentiā, non reputaret multas mille li-
neas de ſe fluētes, qa ad infinitas hēt po- C
tentiā. Amor aūt plura deſiderat, q̄ poſ-
ſit, & iō oē, ꝙ pōt, parum ei eſſe vr̄, & oīa
quæ agit, parua ei apparent. Seneca: Nō Seneca
amanti aliquid magnū eſt, amanti nihil,
breue ēt ei apparet oē tp̄s, qm̄ deſiderat
in æternum ſeruire. Cōparatione uerò
æternitatis oē tp̄s nihil eſt. Si ergo ea, q̄
in Dei obſequium præſtas, magna tibi
uīr, uel multa, uel longo durare tp̄e, qua-
rum te amare crede. Qui enim nimium
diligit, poſtquam oīa præſtitit, ait. Serui Luc.17
inutiles ſumus, quod debuimus facere,
feci-

Digitized by Google

A fecimus. Contra verò illi faciunt, de qui-
Ecc.28 bus Eccl. 20. Exigua dabit, & multa im
properabit. Hæc D. Th. vbi ſupra.

Eſt & aliud ĩ hac Magdalenę dilectio
ne, & ex illa ꝑfectò vnctione nobis ex-
pendẽdũ, vt ei⁹ charitas magis nobis ſit
ꝑſpicua. Poſtquã.n. pedes lauerat, capil-
Ioan.1. lis exterſerat, vnguento vnxerat, auda-
cter conſurgit, & caput Chr̃i inũgit, &
facto alabaſtro vniuerſum effudit un-
guẽtũ. En audaciã ĩ gẽtis dilectionis. Ba
ptiſta nõ audet ſacrũ Xp̃i verticẽ tãgere,
& indignũ ſe dicit corrigiã calceamenti
ſoluere. Hæc verò mulier caput illud ſa-
crũ Angelis adorãdũ, tremẽdũ ptãtibus,
tãgit, vngitq;. O mirabilẽ amoris auda-
D. Th. ciã! Perfecta amoris grad⁹ eſt, ait D. Th.
B loco ſuperius citato; quo facit audere ve-
hemẽter. Vbi notat aliqñ Deũ aïæ reprę
ſentari ſua noïe maieſtatis dñi, aut iudi-
cis, & tũc iſurgit timor in aïa, ac reuerẽ-
tia. Sic Moyſi audẽti loq̃ De⁹, ne appro
pies huc, ſolue calceamẽtum de pedibus
Exo.3. tuis. Ego ſũ De⁹ Abrahã, De⁹ Iſaac, De⁹
Iacob. Quaſi dicat: Ego ſũ, cuius una eſ-
ſentia Deus, & Deus, & Deus, i. tres pſo
næ, ut innuit copula, q̃ diuerſitatẽ exigit.
Tũc abſcõdit Moyſes faciẽ ſuã, nec aude
Eſth.15 bat reſpicere cõtra dñm. Sic Eſther cor-
ruit, & exanimata eſt viſa. Aſſueri maie
ſtate. Ad huc modũ Magdalena ĩgreſſa
nũc eſt ſũma cũ reuerentia corã Chriſto
1.Co.13 dño, & ad ei⁹ pedes ꝓ voluta. Aliqñ ve-
rò Deus maieſtatẽ ſuam occultat, & aïæ
obijcit ſeipſũ, ut fratrem, & ſpõſũ, & tũc
aïa ſperat, qa charitas oïa ſperat, & dile-
ctione, ac ſpe aucta fit aïa audax, & pfe-
cta charitas foras mittit timorẽ, vñ mira
1.Io.4. biliter audet. Huius rei exẽplũ ꝓponit
Ge.45. nobis Gen. 45. Nõ ſe ultra poterat cohi-
C bere Ioſeph multis corã adſtãtibus. Vñ
ꝓcepit, vt egrederent̃ cũcti foras, & nul-
l⁹ intereſſet alien⁹ agnitioni mutuæ; ele-
uauitq; vocẽ ſuã cũ fletu, & dixit fratri-
b⁹ ſuis: Ego ſũ Ioſeph. Ad quos ille cle-
menter: Accedite, inq̃t, ad me. Et cũ ac-
ceſſiſſẽt ꝓpe; Ego ſũ, ait Ioſeph fr̃ veſter;
nolite pauere, nec durum vobis videat̃,
ꝙ vẽdidiſtis me i Aegypto. Oſculatuſq;
eſt Ioſeph oẽs fratres ſuos, & plorauit ſu
per ſingulos, poſt q̃ auſi ſunt loq̃ ad eũ.
Cũ talẽ ſe De⁹ aïæ exhibet, audet vehe- A
mẽter. Vide, diſſimilia multa inter eos,
quos diximus modos, quib. ſe Deus aïæ
oñdit. Nũc dicit: Accedite ad me: Moyſi
verò dr̃: Ne appropies huc. Nũc ait, Ego
ſũ frater veſter. Hoc uerò diſſimile eſt il
li; Ego ſũ Deus Abrahã. Et nũc ait, Nec
durũ nobis uideat̃, &c. Excuſans eorum
culpã; hoc diſſimile illi, Solue calceamẽ-
tũ de pedib. tuis. Poſt q̃, ait, Auſi ſunt ac-
cedere ad eũ. Non ait, Ante q̃ auſi ſunt,
ſed poſt quæ. Cum ergo aïa ſẽtit Chr̃m
aduocãtẽ ſe, & quaſi diſſimulãtẽ, quod ſit
lux inaceſſibilis, qa ad ſe allicit, cũ audit
diſſimulata maieſtate, dicere Xp̃m ſe fra
trẽ, & ſponſũ, cũ accuſat pctã præterita,
quaſi nõ eſſent, cũ plorat Chr̃s, nõ ardẽ- B
tes oculos oñdens, ſed oĩno beneuolos,
cũ deſcẽdẽs de ſolio ut Aſſuerus, animã
amplexat̃, nec gladium portat, quo pcu-
tiat, ſed potius oſcula infigit: ut ſpõſus re
damari ſe cupiẽs, cũ audit Deũ inuitãtẽ,
vt loquat̃, petatq;, q̃ voluerit. Tũc audet
aïa. Sic audet ſpõſa dicẽs: Oſculetur me Can.1.
oſculo oris ſui. Vbi Bern. O aïa reueren Berna.
tiã habe, eſt.n. Deus tu⁹ adorandus, non
oſculãd⁹. Fateor, ꝙ honor Regis iudiciũ
diligit, ſed pceps amor, nec iudiciũ pſto-
lat̃, nec cõſilio tẽperat̃, nec rõni ſubijcit̃.
Hinc mirabiles audacias in Sãctis vide-
re licet cũ Deo ipſo, qualis ipſa; Aut di- Ex.32.
mitte noxã populo huic, aut dele me de
libro, in quo ſcripſiſti. Non ꝙ deleri ue-
lit, ſed certus, ꝙ delẽdus nõ ſit, audet ni-
mio amore, ac familiaritate. Hac ergo
perfecta dilectione audet Magdalena, q̃
pti⁹ reuerẽter acceſſit, lachrymas fudit,
pedes unxit. Sed Chr̃s dñs ſe illi tũc ex-
hibuit adeò beneuolũ, vt verè ſpõſus ſo-
lũ ei viſus ſit, peccata eius, q̃ ante remiſe C
rat, nũc lõgè ab ea poſita oñdit, ſicut di-
ſtat Oriẽs ab Occidẽte. Tanta ergo eã ex
cepit beneuolẽtia, vt auderet, & ſurge-
ret, caputq; Chr̃i inũgeret. Ad hunc ergo
dilectionis gradum Magdalena puene-
rat, ꝙ eſt audere vehemẽter, ſicque auſa
eſt Chr̃i caput inungere, quaſi ſponſi ca-
put. Tã inſigne ergo charitatis op⁹ meri
to voluit Chr̃s vniuerſo in mundo pdi-
cari, laudariq;, & oĩbus in exemplum
proponi. Qui conſiderauerit Magdale-
nam

Digitized by Google

A nam prius pedes Chriſti tenuiſſe,& unxiſſe,& deinde ad caput vſq; aſcendiſſe, illudq. vnxiſſe,meritò illam hederam diceret. Hedera natura ſua in altum conſcē dere deſiderat,ſed dum ſola eſt,illud aſſequi non valet, ſed humi ſerpi, donec arborem inuenit,aut parietem, cui innixa aſcendere poſſit. Quo inuento,ei adhæret,nullumq; aſcendendi finē facit, niſi quem arbor,aut paries fecerit. Si.n.vſq; ad ſydera arbor aſcenderit,illuc vſq. hedera pertinget, & indiſſolubili vinculo ei hæret, pluſquam vxor viro, filius patri,amicus amiciſſimo.Hi.n.ſeparantur aliqñ, ſed non hedera ab arbore, cui ſemel hæſit. Et ideò ait Iſidorus, hederam ab hærendo dictam. Iuxta ea,quæ nobis de hedera dicta ſunt,iuſtus quiſq.hedera nuncupari pôt.Qm̃ licet hô natura ſua in alta aſcendere velit, & Deum cōſequi:ſi tamen ſibi relinquatur,humi ſerpet.Hinc Pſ.ait, Humiliata eſt in puluere aĩa noſtra.Conglutinatus eſt in terra venter noſter. Quo ergo aſcendere potuiſti? Cum Deo adhæſit, aſcendere potui: Ideò mihi adhære Deo bonum eſt: Idem ait.Sic.n.ſuper oēs cœlos aſcendā. Nec adeò ſtricto vincula hedera arbori iungitur,ac iuſtus Deo.Multis.n.de cauſis hedera ab arbore ſeparari pôt,uel pp ſiccitatem, vel manus hominis, & gladius illam ſeparabit. At vero Iuſtos loquitur. Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? Tribulatio?an anguſtia?an gladius? Certus ſum,quod neque mors,neque vita, &c. nec creatura alia ſeparare nos poterit a Charitate Dei. O præclaram hederæ vim.

Simile

Iſidor9

B

Pſa.53

Pſa.72

Ro.8.

C Licet ergo oĩs iuſtus hedera dici poſſit,præcipuè tamen Magdalena. Tu viridis hedera es, quæ hortum domini cingis,& ornas. Aliquādo tibi relicta humi ſerpebas,cum in ciuitate peccatrix eras, ſed cum ad pedes Chriſti domini ueniſti,arborem inueniſti, & arborem maximam,excelſiorem cęlis factam. Eius pedes tenuiſti,ei adhæſiſti, nec vnquam ab eo ſeparari potuiſti, nec ab eo ſeparare te Martha potuit,nec Phariſæus,nec militum turba, cum ad Caluarium Chriſtus duceretur. Nec in horto eum reliquiſti,ſed diſcipulis recedentibus tu non receſſiſti,& ideò prima eum uidere meruiſti ſurgentē, & ideò ſup oēs hedera dici potes. Ionæ 4. Præparauit dñs hederā, ut protegeret eum,laborauerat.n.& lætatus eſt lętitia magna Ionas ſuper hederā. Sicut laboranti Ionę pręparata hedera eſt a dño, hanc hederā, Magdalenā,ſ. pręparauerit ei pater, vt ei eſſet ĩ delicijs. Hæc vnguentorũ delicias ei parauit,hęc lachrymas,& capillos. Et q̃ initio pedes lauit, & vnxit,uſq. ad caput demũ peruenit,& illud vnxit. In uerticē arboris hęc hedera aſcendit. Eſt verò & alia rô,pp q̃ voluit Xps dñs hoc Magdalenæ factũ ab oĩbus laudari,& ea eſt,qm̃ ab his,qui illud uiderunt,fuit malè conſultũ,adeoque oblatratum mulieri, ut dicat Marcus. Erant quidā indignè ferentes, & fremebant in eam. Vt ergo iuſtè Xps ageret cauſam Magdalenæ,voluit,ut ei ablatus honor reſtitueret fama publica, & q̃ iudicium iniquū ſubijt, perpeſſaq. ē pau corum hoĩum,Dei iuſtum videat, publicumq. iudicium pro ſe latum. Sic namque ſuorum cauſam dñs agit, ut ijs in rebus, in quib. pro eius amore paſſi ſunt, maximè glorificetur,qui in honore paſſus eſt,in honore habeatur maximo. Sic per Eſa. Dominus loquitur populo ſuo. Pro eo,quod fuiſti derelicta, & odio habita,nec fuit;qui tranſiret per te, ponam te in ſuperbiam populorum, gaudium in generatiune, & generationem.

A

Ionę. 4

Ma. 14

B

Eſa.60

Quod adeò verum eſt, ut decreuerit Deus iuſtos ab improbis olim deſpectos ab eiſdē laudari,& honori haberi. Vnde inducuntur Sap.5.in hæc verba. Hi ſūt, quos aliqñ habuimus in deriſum,& in ſimilitudinē improperij,nos inſenſati uitam illorum æſtimabamus inſaniam,& finem eorum ſine honore,ecce quō computati ſunt inter filios Dei, ſic.n. efficit, vt abiectus Dei cauſa exaltetur. Sic voluit Ioſeph vēditum, & ſeruum factum dominum fieri,& adorari, & mendaces oſtēdit,qui maculauerunt eum. Sic uūc mendaces Chriſtus dominus oſtendit,q Magdalenam profuſam,ac prodigā iudicabant,ideoque hoc eius egregium factū omnibus ſæculis voluit commendari.

Sap. 5.

C

Ge.45.

Sap. 10

Sed

A Sed ut opus tñ ab oĩ iniuria uindicet, nihilq; reprehenſione dignũ in eo appareat, rñdendum eſt Iudæ Iſcariotæ calũniæ. Potuit, ait, hoc vnguentum uenundari pluſquam 300. denarijs, & dari pauperib. Cui Xp̃s dñs occurrit, dicens: Pauperes ſp hẽbitis vobiſcum, me aũt non ſp habebitis. Quibus uerbis oñdit Chriſtus dñs non prętermittendã fuiſſe hanc unctionem pp eleemoſynam. Primò, quia tp̃s eleemoſynæ non vrgebat tunc, ſed expectabat: p n. eleemoſynę locus erat, unguendi uerò Chriſti dñi tp̃s inſtabat, quia continuò erat diſceſſurus. Secũdo, quia obſequium debitum erat certæ perſonæ, ſ. Chriſto dño, eleemoſyna verò
B debetur non certæ perſonæ, ſed pauperibus indeterminatè. Ex quib. colligit Caietanus cõem doctorum doctrinam, qđ humanitatis officia, quæ alicui certæ perſonæ exhiberi poſtulat certum tp̃s, non ſunt prætermittenda pp cõia debita, quę indeterminatè debemus proximis. Nec .n. conuiuium nuptiale, uel officium ſepulturæ, & ſimilia relinquenda ſunt pp eleemoſynam faciendam. Quia ergo tantus hoſpes, qualis Chriſtus dñs tunc aderat, & officioſè tractandus erat, poſthabendi tunc erant pauperes, quibus alias benefieri poterat. Si uerò conſideretur perſona Chriſti, cui hoc officium exhibitum eſt, manifeſtè elucet, non ſolum actum illum bonũ fuiſſe, ſed optimum, & meritò in illius obſequium effuſum vn-
C guentũ p̃tioſiſſimum. Tp̃s namq; illud, quo uerbum caro factum inter hoĩes uoluit conuerſari, articulũ conſtituebat urgentis neceſſitatis ad exhibendum illi q̃cunq; poſſibilia officia, & obſequia, nullius pretij, nullarumq; deliciarum finib. limitanda, quantum eſt ex parte meriti ipſius, & humani debiti. Vñ iſta unctio ſupflua non fuit; nec verò foret, ſi pretioſior inueniri poſſet, & omni erat eleemoſynæ præferenda. Hoc autem Xp̃s dñs ſignificauit dicens: Qđ habuit, hoc fecit. Quæ uerba oſtendunt tum Xp̃i dignitatem, tum occultam Magdalenæ mentẽ, Vt diſcipulus p̃tioſum eſſe vnguentum. Rñdet uerò dñs, apud Magdalenę animum nõ eſſe unguentum hoc pretioſum, ſed ſi p̃tioſius habuiſſet, p̃tioſius effudiſſet; q̃a nõ habuit, nõ effudit; ſed qđ habuit, hoc fecit. Ac ſi apertè diceret, Vos arguendã putatis de exceſſu, & tñ ſm veritatem dignitatis meę, & rectã fidem, & dilectionẽ Magdalena excuſãda eſt, ꝙ non plus fecit, ſed hoc ꝙ habuit, fecit: plus .n. faciẽdum ei erat, ſi potuiſſet. Pauperem quidã uitam, & laborib. plenam elegit Deus in mundũ veniens, ut nobis eſſet exemplo, qua nobis uia in cælum petendũ eſſet. Expectabant Iudæi Meſſiam in gloria tpali maxima veluti alterũ Salomonẽ: ſed non ea uitam ille elegit, ſed eã potius, q̃ nobis cõueniẽs eſt. Gloriæ namq; tpalis diuitiæ, deliciæq; inſtrã uiriorum
B ſunt, potius quam virtutis: quia ergo illa nobis reſpuẽda erant, reſpuit ipſe, q̃a nobis fugienda, fugit ille. At uerò ſi ſolùm Xp̃s attendiſſet ſeipſum, ac dignitatem diuinæ ſuæ perſonæ, oĩa, q̃ in mundo prętioſa erant, ab eo accipienda forent, oẽs ei deliciæ parandæ, omnes theſauri ei recõdendi, oĩs gloria ad eum deferẽda, oĩs creatura ei fuiſſet obſecutura. Si .n. tabernaculo Dei conſtruendo, & tẽplo Salomonis oĩa pretioſa Iſrael data ſunt: quid nõ debeatur tabernaculo corporis Xp̃i? quid quod illi detur, magnum putãdum eſt? Merito Magdalena p̃tioſum unguẽtum defert; meritò Magi pretioſa dãt dona, meritò vniuerſus mundus ad eum venire debuit, & cuncta ei pretioſa dono offerre, multo rectius q̃ Salomonis. Sed iſtis quæ mundo erant optima, ac pretioſa ſemel, aut bis vti voluit, ut dignitatem ſuã oñderet, & deuotioni offerẽtium acquieſceret, ut Regibus, & Magdalenæ: ſed in vniuerſum ea repudiauit: & quod altum eſt hominibus, abominatio fuit ei vt nobis uiã ſalutis oſtenderet; exemplo que fidelibus eſſet ſuis, tenendam ipſis uiã crucis, & deſpectus omnium, quæ in mundo ſunt. Cum verò his pretioſis vti volit, vt dignitatem ſuam oſtenderet, nihil erat adeò pretioſum, ut non fuiſſet multò minus eo, quod ei debebatur. Nũc ergo vti volens vnctione, optima indicari debet, non excedens, aut magna, ſed parua, aut uilis, ideoq; Magdalenam excuſat, quia quod habuit, fecit,

Caiet. Ex. 35. 1. Par. 29. Luc. 16

cit,

A De Latrone iuſto, qui cum Chriſto in cruce pependit.

Hodie mecum eris in Paradiſo. Mat. 27.

Ma. 27 PRoponitur hodie nobis primus, qui Xp̃i ore in Sanctorum cathalogum eſt redactus, cum ait: Hodie mecum eris in Paradiſo: primus effectus, ac fructus paſſionis Xp̃i, qui non potuit eſſe non vberrimus, cui Xp̃s regnum dedit pro ſtrenis, quod vulgo dr̃. (En albricias) ꝙ vicerit pct̃á, & dęmones. In die ſummæ miſ ondítur nobis latro, qui eã obtinuit, 1. Co. 6 Eccl. 3. acceſſit.n. optimo tpe, oĩum tpm acceptiſſimo. Ait.n. Tpe accepto exaudiui te & in die ſalutis adiuui te. Cum.n. oĩa tẽpus habeant, ut Sapiens dicit.i. congruũ cuiq; tp̃s eſt, & conueniens, q̃ nam dies ſalutis, ꝙ tp̃s acceptum, niſi hora illa, in qua tm̃ ſacrificium patri oblatum ẽ? Qñ Chriſti charitas ſummè exarſit, qñ gr̃æ B p̃tium tã copioſè effundebat? Muledixerat Semei Regẽ Dauid, ſed cũ in regnũ 2. Reg. 19. reuerteretur, occurrit ei. 2. Reg. 19. dicens: Ne reputes mihi dñe iniquitatem, neq; memineris iniuriarum ſerui tui, agnoſco.n. ſeruus tuus pct̃m meum. Et idcirco primus hodie ueni, deſcẽdique in occurſum dñi mei Reis. Rñdit Abiſai. Nũ pro his uerbis non occidetur Semei, qui maledixit Chriſto dñi? Et ait Dauid: Ergo ne hodie interficiet vir in Iſrael? An ignoro hodie me factum Regem ſuper Iſrael? Et dixit Rex Semei: Non morieris, iurauitq; ei. Tpe opportuno acceſſit Semei. Sed eo tpe acceſſit hic latro, qui Ma. 27 ante Chriſtum offenderat, & ut quidam volunt, blaſphemauerat, qm̃ Matt. ait, la Eſa. 9. trones Chriſtũ blaſphemaſſe. Sed agnouit pct̃m ſuum, & adorauit Chriſtũ Re C gem, & uitam obtinuit æternam, quia hodie factus eſt Chriſtus Rex; hodie prĩcipatus eius ſuper humeram eius, hodie ſedit in throno regni ſui: hodie impletũ eſt, quia dominus regnauit ligno: crux enim thronus eius eſt.

Pſ. 105 Ma. 11 Hodie etiam impletur illud Chriſti dñi: Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, qđ a diebus Ioannis Baptiſtę factum Chriſtus dicit, quod Soto. Soto in quarto ait, dictum eſſe, pp pęnitentiam, quam Ioannes prædicauit, hęc A namq; hoc pœnitentia, vt vim faciat regno cęlorum. Et ratio, inquit, eſt: Qm̃ cum cæteræ virtutes, quaſi uia regia per mandatorum obſeruantiam, & perſeuerantiam ducant in regnum cęlorum: pœnitentia tñ, quaſi vim cęlo facit, dum repente facit ex hoſte hęredem, & in pũcto cęlum aperit, quaſi eius fores con- Cyrill. fringens. Sic Cyrillus miratur, quos labores, quæ opera præſtitit latro, ut repente cę'um raperet. Bernard. O quis cum latrone iſto, latro effici poſſet, quẽ unus gemitus rapere cęlum fecit? Verè optimus hic latro fuit, furatus in cruce cęlũ. Reliqui latrones vſque ad ſuſpendium furantur: ſed hic ſuſpenſus in cruce fura tur, nec minimum quid, ſed integrum re Bern. gnum cęlorum. Vile quid furatus fuit Adam, dum pomum rapuit è paradiſo, B ſed latro integrum paradiſum. Rachel idola patris furata eſt, ſed hic Deum ue- Ge. 29. rum. Exploratores furati ſunt botrum. Nu. 13 quẽ in ligno inter duos viros tulerunt, Can. 1. ſed hic furatus eſt eũ, de quo dr̃: Botrus cypri dilectus meus mihi, qui inter duos latrones eſt. Audacter furatus eſt Dauid 1. Reg. Lanceã, & Scyphum Saulis, ſed hic oẽs 26. Dei theſauros. Vnde Cyprianus: Nul- Cypr. lus latro huic valet comparari: nam alij latrocinio vitam perdũt, hic latrocinio vitam rapuit ſempiternam. Hæc eſt autem violenta illa prædatio, quã Meſſiæ tempore futuram Eſa. prædixerat: Sce- Eſa. 9. ptrum exactoris eius, & virgam humeri eius ſuperaſti, ſicut in die Madia, quia omnis violenta prædatio cum tumultu. Ideſt, tu domine uenisti ad liberandum C nos ab inimicis, ſicut Gedeon populum liberauit a Madianitis, & hoc violenta deprædatione, quia iam uenit tp̃s omnis violentæ prædationis. Et quemadmodũ Chriſtus dominus repente una oblatione per fecit ſanctificatos, & cęlum quaſi per uiam aperuit, & infernum expoliauit, ita per eum nobis omnibus, omnis violenta prædatio conceſſa eſt, ut poſſit quiſq; cęlum prædari vno temporis momento, ut hic latro fecit, in quo inuitatus eſt illum. De quo Eſa. 8. Voca no- Eſa. 8. men eius, Accelera, ſpolia detrahe, feſtina,

Digitized by Google

A na, prædari. Sed dubitas, quæ fecerit iſte latro, ut tanta aſſequeretur, vtque eum imitari poſſimus? tantam fuit gratiam
Augu. aſſequutus, ut dicat Aug. ex ſententia itē
Cypri. D. Cypriani, lib. 1. de a͞ia, & eius origine c. 9. Latro ille non ante crucem d͞ni ſectator, ſed in cruce confeſſor, de quo nōnunq̄ præiudicium captatur, ſiue tentatur contra baptiſmatis ſacr͞m, a Cypriano ſancto inter martyres computatur, q̄ ſuo ſanguine baptizantur, tanto nonunquam pondere appenſum eſt, tantumq; valuit apud eum, qui hoc nouit appendere, quod confeſſus eſt d͞m crucifixum, quantum ſi fuiſſet pro d͞no crucifixus. Tunc.n. fides eius de ligno floruit, q͞n diſcipulorum emarcuit, illi.n. deſperauerunt, de moriente, ille ſperauit in cōmorientem.
B Verè non inuenit Chriſtus tantam fidem in Iſrael, imo nec in vniuerſo mundo. Hęc Aug. Sed quis, ais, hic fecit? Multa planè, & admiratione digna: & trib. horis plus X͞pi ſocietate profecit, q̄ Iudas annis tribus; quia non t͞pis diuturnitas, ſed feruor, ac charitas meritū pręſtant amplius.
Orig. Orig. ſuper Matt. ait: Nō ſic re, & facto X͞ps magna dedit latroni, ut non attenderet eius, magnumque latronis meritum: multa.n. fecit bona, ut audiret: Hodie mecum eris in paradiſo. Sed quæ iſta ſunt. Audi. Primū o͞ium cū in cruce eſſent, duo ei libera ſolūmodo erant, cor, & lingua: & hæc ambo Ch͞ro obtulit. Parua hæc v͞nt, ſed magna ſunt.
Mar.12 Sunt duo æra minuta, quæ vidua obtulit, q̄ plus obtulit, q̄ alii, quia totum victū ſuum obtulit, ita latro vniuerſæ quæ habuit, nec.n. amplius offerre potuit. Quid
C pro X͞po reliquerunt Apoſtoli? Solum retia. Sed quia hoc ſolum habebant, o͞ia ſe reliquiſſe d͞nt, & plus reliquerunt, quā Diocletianus imperium relinquens. Ecc. 15. Secundum datum Dei da illi.i. ꝙ
Mar.19 Deus tibi dedit, hoc offer ei, & multum
Ecc.15 dediſti, licet parum quid ſit. Aug. Venale eſt regnum Dei, tantum ualet, quantum habes. Si parua tibi ſubſtantia eſt, non anxieris, quod magnas eleemoſynas facere non poteſt: ſed ſi exiguum tibi fuerit, exiguum ēt libenter impertiri ſtude,
Tho.4 ait Thobias filio. Hoc.n. maximū Deo

eſt, ſi magnis uirib. præditus non es, vt A
difficiles ſubeas ꝓ X͞po labores, ne ęgrè feras, parū ꝙ potes laboris ſubire, hoc coram Deo tuo magnum erit. Nemo ergo excuſet, & dicet minus poſſum: qs.n. eſt, qui minus poſſit, q̄ hic latro, cui lingua ſolum, & cor ſupererant? Et t͞n hic multum habuit. Orig. Maxima dona obtulit Orig.
latro Deo, o͞ia, q̄ habuit, cor, & linguam, Ro. 10
corde credidit, & ſperauit, lingua confeſ Pro. 13
ſus eſt. Et q͞n ſolum cor ei eſſet, ſi aliud ꝙ offerret, non haberet, hoc Deo ſatis fuiſſet, ꝙ.n. ille maxime a nobis quærit, cor eſt. Fili præbe mihi cor tuū. Hinc Anſe. Anſel.
in meditationibus: Aufer d͞ne a me, ſi uelis tu ſam, manus, pedes, oculos, ſolū relinque cor, quo te diligā; hoc.n. ſolo tibi placebo. Sed ſigillatim nobis explicandum eſt, qūo cor obtulerit, & quæ in eo B
apparuerint virtutes excellentes. Et primum expēdamus uerba, quæ cum X͞po habuit. Memento, ait mei d͞ne dum ueneris in regnum tuum. Conſiderāda primum eximia eius fides, dum eum confitetur d͞m, Regem cœli, & Deum uerū, cum ab o͞ibus negatur, ēt a Petro; cum blaſphematur ab o͞ib. eum laudat: cum deſeritur ab o͞ibus eum comitatur, cum ſpernitur ab o͞ib. eum magnificit, hoc autem Ch͞s plurimi fecit, & meritō. Inter 3. Re. 2
alia, quæ perpetua memoria Dauid conſeruauit, & teſtō reliquit Salomoni, vnū illud fuit: Filijs Berzelai reddes grām, quia occurrerunt mihi, q͞n fugiebam a facie Abſalon, & erunt ip comedentes in menſua tua. Hoc magni habuit Dauid, cum ab o͞i Iraele dereretur, ſuſcipi a Berzelai, & filijs eius, hoc ēt Ch͞s C
d͞ns plurimi duxit, quod cum ab o͞ibus dereretur, a latrone agnoſceretur, & ſuſciperetur. Cum.n. Rex a regno uniuer- Simile
ſo colitur magnum non eſt, quod tu eū colas, at cum ab o͞ib. deſeritur, ſi tu eum ſuſcipias, hoc dignum magnis beneficijs. Sed precor te, ò latro, quem Regem dicis? qualis Rex hic? vbi thronus? vbi aula regia? ubi veſtes regiæ? vbi miniſtri? Lynceos oculos fides hēt. Meritum fidei, ait Greg. eſt cum Deo credis ēt nul- Greg.
la alia adhibita rōne. Ex quo maxime ſi- Ro. 4.
des latronis cōmendat. Credidit Abraham

A hã Deo,& reputatũ eſt ei ad iuſtitiã, ſed
Ro.4. Credidit Deo de cęlo loquẽti ſibi. Credi
dit Eſai. Deo,ſed illum uidet in mirabili
Eſai.6. throno Seraphinis circundatũ. Credidit
Moyſes Deo,ſed plura ei dedit ſigna in
Exo.3. rubo,& in mõte. Credunt diſcipuli, ſed
mirabilia facienti, trãsfigurato, & pr̃s
teſtimonio cõmendato. Sed latro credit
Xp̃o,nõ de cœlo loquẽti,ſed in cruce pẽ
dẽti, nõ in throno excelſo exiſtẽti Sera-
phinis miniſtrantib. ſed in cruce tortori
bus circunſepto,nõ trãsfigurato in Tha-
bor,ſed defigurato ĩ Caluario. Verè ma
gna eſt fides tua,tu.n.agnoſcis Deũ, cũ
Eſa.53 Eſa.dicit: Nec reputauimus eũ,cũ abſcõ
ditus uultus ejus,tunc uelũ humanitatis
penetraſti, & diuinitatem agnouiſti, &
quaſi optimus latro fidẽ Synagogæ ſur-
B ripuiſti,& cũ ea Xp̃m dñm. Sed ex hoc
collige,qualib. moueret affectib. latro,
erga Xp̃m ſic agnitũ. Nihil eſt,ꝙ ſic hu-
manũ cor moueat,ac aſpectus Xp̃i dñi
in cruce,cũ fide uiua conſideraẽ, ut ſan-
ctiſſimus euadat,q illũ intueẽ,& q noue
rũt,uel a lõge Xp̃m conſiderare in cru-
ce patiente,ex eo uiſo mirã cõſecuti ſunt
ſanctitatẽ. Vide,qd hæc cõſideratio ua-
luerit,& effecerit in Auguſt. Bonauẽtu-
ra,& in uniuerſum in ſanctis oĩb. quorũ
1.Co.2 noĩe Paulus,ait: Nõ.n.iudicaui me ſcire
aliqd inter uos, niſi Ieſum Xp̃m,& hũc
crucifixũ,& ut durus Thomas in men-
tẽ redeat, ſufficit,ut ei oñdat manus; &
latus. O ſi nobis Deus concederet, vt il-
Ioã.21. luminatis oculis inſpiceremus Chr̃i vul
nera,& uideremus amorẽ diuinũ, q per
illas feneſtras oñdiẽ mundo, ſine dubio
duriſſimus qſq; cõuerteretẽ,& ſanctiſſi-
mus efficeretẽ. Ex quo colligere licebit,
C qd nã in latrone operaretẽ uiſio illa,tum
fidei,tũ corpis oculorũ, qb. illud cerne-
bat in pñtiarũ fieri. Si.n.ſic uulnerat à lõ
gè hæc intueri,& audire, cũ iã Chr̃s in
cęlo eſt,qũo uulneraret latronis cor,cũ il
lud p̃ſens intueretẽ? Sed quã uim in cor-
dib.nr̃is hoc diuinũ bñficiũ hr̃e dr̃et, qs
explicet? Si bñficia naturalia mouent,
qũo urgere te dẽret hoc immenſum be-
neficium,ꝙ Deus ſe pro te tradiderit in
mortẽ crucis? Tã immenſum hoc benefi
cium eſt,ut quaſi nos cogat, uimq; uolũ
tati inſerat. Quis.n.tueri ſe poterit a vio A
lenta ſagitta abſq; pctõ, imò auferente
pctã. Xp̃o dño in cruce poſito,q̃ ſi ibi ſo
lũ poſitus fuiſſet ẽt ſine ullo dolore, ac
vulnere nos feriret,ſed ut nos uiolẽtius
vulneraret,& oĩno ſagitta eſſet. Appo-
nunẽ ei claui ĩ extremis corpis,manib. ſ.
& pedib. ut ſagitta ferro acuto termina-
ta ſit fortiſſima,& a manu Dei ĩ nos ia-
culata cũ ſit,nullus ꝓtegere ſe poſſit ab
eius ictu,& a calore amoris tanti,nec ſit
æs,aut ferrũ,ꝙ non penetret. A longe in
nos iaciẽ ſagitta iſta,ut aĩa charitate uul
nerata ſit,ſed prope vulnerauit latronẽ,
& iõ eũ sũmo vulnere affecit, ſic ẽt ꝓpe
vulnerauit Mariã,diſcipulũ,Magdalenã
quos oẽs noluit Deus, vt martyriũ ſubi-
rẽt,nec manu pſecutoris occũberẽt. Il- B
lis.n.fuit illud cõpaſſionis martyriũ ſuf
ficiẽs,ſic.n.vulnerati ſũt,ut aliud marty
riũ ab eis nõ peteretẽ. Hoc uerò ẽt latro
ſubijt,Xp̃o maximè cõpaſſ⁹, qa in eadẽ
dãnatione cũ eſſet, maximè cõpatiebaẽ
Xp̃o dño,cũ ſiľes ſuſtineret labores. Vi-
dimus eius fidẽ,inſpiciam⁹ iã eius chari
tatẽ,& zelũ. Cõuerſus ad ſociũ ait. [Neq;
tu times Deũ,q in eadẽ damnatione es,
&c.] Cũ dies iſte paſſionis fuerit dies sũ-
mæ deordinationis,q̃ vnq̃ fuerit,aut erit
dũ Deus occidiẽ,oĩa ſiľr quaſi contrario
ordine,ſi cõem curſum rerum attendas,
fiunt Moriẽ uita diſcipuli fortes fugiũt
mulieres ĩfirmæ Xp̃m comitantur: Pe-
trus negat Chr̃m,latro cõfiteẽ: p̃dicato-
res legis blaſphemãt,latro p̃dicat, ſol ob
tenebreſcit,petræ ſcĩdunẽ: Apl̃s hodie la
tro fact⁹ ẽ, Chr̃m uẽdẽs,latro uero è cru
ce p̃dicator efficiẽ,& Apl̃s, Chr̃m laudãs
& ſociũ admonẽs criminis. Chryſ. Inie- C
rãt ſocietatẽ duo hi latrones, ut oĩa cõia
eis eſſent,quæ furati fuiſſent,& cum ſo-
cietatem hanc vſq; nunc conſeruaſſent,
latro q modo rapiebat paradiſum, cum
ſocio illum diuidere uult,ſed alter recu-
ſat. Maxima latronis charitas,ait Chry. Chryſ.
prius q̃ ſibi quicq̃ petaẽ, curat ſocium lu
crari,quæ inſignis eſt charitas. Deoque
gratiſſima. Nihil enim Deo gratius ex-
hibere poſſumus, quam proximũ iuua-
re in ſalutem æternam: ſic enim faci- Nu.25
mus,ut Chriſti ſanguis in eo non deper

Digitized by Google

A daꝛ. Sed iā pauci inueniunt, q zelo Dei
1. Reg. moueanꝛ, vt Phinees in fornicarios, vt
16. Samuel lugēs Saul, ut Iob offerēs ꝓ pec
Iob. 10 catis filiorū ſacrificia, vt Moyſes q curat
Ex. 13. de Aegypto educere Iſrael, q ut Hiere.
Thre. 1 deplorās ppli captiuitatē. Et iō reſpubli
2. 3. ca pctis plena, q correctio fraterna non
eſt, nec amicis q̃ uera ſūt, dnt, nec q̃ ſalu
Plato. tis ſunt, admonent. Cū a Platone iterro
garet, qſpiā, quā i re ei poſſet maximè ob
ſequi, ac placere, rñdit admone me eorū,
q̃ videris me male agere, aut dicere. Hæc
uera amicitia eſt, curare, vt amicus Deo
placeat, & ſalutē cōſequaꝛ æternā. Hic
vero latro audiens blaſphemātē ſocium
eū corripit, nec tu times Deum? ſed ꝙ ti-
more Dei caret, eū carpit, quia timor dñi
B principiū ſapientiæ. Iō legē daturus, ter
Prou. 1 ribiliter loquutus eſt, & audita ſūt toni-
Ex. 19. trua, & lex plena minis eſt, ut timore po
Exo. 1. pulus cohibereꝛ a malo. Et q a obſtetri-
1. Reg. ces Aegypti Deū timuerūt, eis Deꝰ bñfe
10. cit. Et Abdias diſpenſator Achab, ait ad
Tho. 1. Eliā: Seruus tuus timet Deū, & Thob.
Ecc. 1. ab infantia filiū docuit timere Deū, nā
q̃ ſine timore ē, nō poterit iuſtificari. Du
bitatū a multis eſt qua rōne cū pceptum
Deus ponere voluerit primis parentib.
illud poſuit, ut ex arboris fructu nō mā-
ducarēt, q̃ res indifferens erat, & parui
momēti? Rñdeꝛ, bonū, & malum opum
nrorū, nō tā pēdet ex hoīum commodo,
aut incommodo, q̄ ex diuinæ maieſtatis
obedientia, uel offenſa. Vñ cū paupi ſub
uenis, nō tā laudādus es, ꝙ eū iuueris, q̄
ꝙ Deo i hoc obedieris. Siꝛr cū fratrē læ-
dis, nō tā uitio daꝛ, ꝙ ei malū feciſti, quā
Pſ. 50. ꝙ Dei pceptū neglexeris. Vñ Pſa. 50. cū
adulterij, & homicidij venia peteret, ait,
C Tibi ſoli peccaui, q a licet iniurius fuerit
Vriæ, & uxori, tñ hoc collatum diuinæ
offenſę, nullius momēti erat. Hic Theo
logi ſūmā inferni pęnā dāni applicant a-
uerſioni a Deo, cōuerſioni uero ad crea
turas minorē. ſ. pęnā ſenſus, & infinita,
æternaq; pęna pcti daꝛ pp Dei offenſā,
nā creaturæ offenſæ finita pęna fieret ſa
tis. Iō dñs primis parētib. eā inſtituit le-
gē, q̃ ex ſe nihil religiōis, ſed ſolū ex diui
na obediētia bonitatē hret, ut in eius ob
ſeruatione ſolā Dei obediētiā exercerēt,

& i inobediētia ſolꝰ Dei cōtēptus itereſ- A
ſet. Ex hoc uerò timore, & reuerētia ad
Deū oīa bona ꝑmanāt, ex oppoſito vero
oīa mala, & pctā miſſo. n. Dei timore, ac
reuerētia, nihil hoī boni reſtat, & in oīa
pctā ꝓlabiꝛ. Nō eſt Deus in conſpẽu eius,
inquinatæ ſunt uiæ illius ī oī tpe, ait Pſ. Pſal. 6.
Quid. n. eſt in cā, quod duo hic ſunt ſub
eadem fide, religione, ac eccleſia, & alter
pctm ullum non admittet quacunq; ex
cauſa, alter uero mille ꝑpetrabit pctā ꝓ
nihilo, niſi, qđ ille fidei hēt diuinū timo-
rē adiūctū, & timor Dñi expellit pctm
Eccleſ. 1. alter uero timor hoc caret, ſine Eccl. 1.
quo fides mortua eſt? Vñ ſicut mortuū Simile
corpus oībus eſt clamoribus ſurdū, om-
niq; ſenſu priuatum, ſic iſti nulla cōcio-
num ui, nullis plagis, & doloribus com B
mouenꝛ. Cuius rei exēplum in peruerſo
latrone patens eſt, qui ſupplicio ſuo non
mouetur, nec obſcurato ſole, petriſque
ſciſſis. Iō ad eū ſociꝰ, neq; tu times Deū?
Hēt uero magnā emphaſim uerbum il-
lud, [neq; tu.] Quaſi dicat, ꝙ hi qui cir-
cunſtant nos. Deū nō timeāt, non tā eſt
mirum, ſed tu qui iamiā moriturus es,
& rōnē redditurus, nūc mala facias? Tu
qui ſiꝑe ſupplicium pateris, quo deberes
diſceres miām, q̃ tali tpe ex exhibēda af
flicto. Sūmum. eſt. n. malum prope mor
tem eſſe, nec tunc reſipiſcere uelle. Hinc
Eſa. Qm̄ puer centū annorum morieꝛ, Eſa. 65
& pctor centū annorū maledictus erit.
Tales ſunt ſenes adhuc pueri ſenſibus,
& actibus ſuis, cū ſcriptū ſit: Ante iudi-
cium ꝑpara iuſtitiā. i. cum appropinquas Ecc. 18
iudicio, rōnes tuas præpara. Iob 32. Indi Iob 32.
gnaꝛ Eliu. Sperabā, quod ætas prolixior
loqueretur, & annorū multitudo doce-
ret ſapientiā, ſed vt video, non ſunt lon-
gęui ſapientes, nec ſenes intelligunt iudi C
ciū. Secundò colligiꝛ maximi eſſe crimi
nis inter flagella Deum non agnoſcere,
quod multis uerbis dñt amici Iob, tā lon
ga diſputatione, putantes eum huiuſmo
di eſſe. Hoc uero Deꝰ maximè odit. Hie
re. 5. Percuſſi eos, & non doluerunt, di-
ſciplinam accipere renuerunt. & Pſ. 34. Hier. 5
Diſſipati ſunt, nec compūcti. Et Eſai. 9. Pſ. 34.
Perdidi populū meū, & nō eſt reuerſus. Eſa. 9.
ad me, & iterū: Fruſtra pcuſſi filios ve-
ſtros

Digitized by Google

A ſtros diſciplinā non receperūt. Et cū gra
4.Re.1 uiſſimè ægrotaret Ochozias, nec ſic, ait
ſcriptura, reuerſus ē ad dn̄m. Cōtra Ma
naſſes ad Deum conuertit, cū in tribula
tione eſt, & Ionas in ventre ceti. In tribu
latione ad Deum non reuerti, inſenſibi-
lium eſt. Addit uerò nouus prædicator.
(Et nos quidē digna factis recipimus, hic
verò, quid male fecit?] En agnitionē cri-
Hie.3. minis ſui, iuxta illud: Veruntn̄ ſcito, qd
feceris, en acceptat mortem patienter in
pęnam pc̄torum, cum ait. Digna factis
recipimus. Optima pnīa illius fide orna
ta, charitate decorata, humilitate cōmen
data, deteſtatur pc̄tā ēt in ſocio Xp̄m, &
eius iuſtitiam commendat, dicens: Hic
quid mali fecit? Similis hæc confeſſio il-
li: Qui pc̄tm̄ non fecit, nec inuentus eſt
Eſa.53 dolus in ore eius. Dicere ei poſſumus.
Ma.16 Beatus es latro, quia caro, & ſanguis nō
reuelauit tibi, ſed pr̄, in medio oīum ini-
micorum Xp̄m prædicat. Hunc laudum
B ſuarū p̄conem Xp̄s eligit, qui.n. pc̄tóres
ſaluos facere uenit, a quib. niſi a pc̄tórib.
cōmendari debuit? A Petro, a Paulo, a
Magdalena, Matthęo, Latrone, Samari-
tana adultera. Cū ergo te uideris tribula
i.Re.16 ti, dic. Ego digna factis recipio. Abſtulit
Saulis ſcyphum; & lanceā Dauid: poſſet
que uitā eripe, nec abſtulit, q agnoſcens
Saul, iuſtū uocat Dauid; & meritò. Quæ
à te Deus abſtulit, ēt ſi uitam, ſi ſubam, ſi
honorē? An non ſcyphus, & lancea hæc
ſunt? Auferre potuit uitam æternā, & tu
hoc merebaris: gr̄as age; & dic, nos di-
C gna factis recipim⁹. Verſus ad Xp̄m, ait.

Dn̄e memento mei, dum ueneris i re-
gnum tuū. Recordare dn̄e negotii mei.
Vide eius humilitatē. Indignum ſe putat
regno, nec illud petit, ſed tm̄ memento
Ge.40. mei. Sic Ioſeph ait pincernę Pharaonis:
Memento mei, cum tibi bene fuerit. Sed
pincerna oblitus eſt interpretis ſui, non
tn̄ Xp̄s, q multo plura donat, qui petat,
unde ait. [Hodie mecum eris in paradi-
ſo.] Petiit ab Alexandro miles dotē filię,
ille uerò triginta talenta donat, dicens.
Alexandrum daturum ſp, ut Alexandrū
Ita nunc Xp̄s dn̄s, ut Deus dona largit,
dicēs. Hodie, &c. Iā incipit mūdus nou⁹,
iā promiſſa noua, p̄miſſa Dei, hucuſque
de terra erāt, uinū, oleum, triticū promit A
tebant, ſed iam paradiſum p̄mittit Xp̄s.
Do tibi partē unam extra fratres tuos, q
tuli de manu Amorrhęi in gladio, & ar-
cu meo, ait Iacob Ioſeph filio ſuo p̄xim⁹
morti Gen. 49. Hac glorioſa promiſſio- Ge.49.
ne Xp̄s moriēs latronē ditat ſup oēs pr̄es
antiquos, illis.n. terrenas dederat pollici
tationes, at latroni cęleſte regnū promit
tit, eumq; exaudiuit orantē. Exaudiuit
dn̄s uocē pueri, de loco, in quo erat. Gen. Ge.21.
21. plorabat.n. Iſmahel ſub arbore. Sic
hodie exaudiuit latronis lachrymas, &
uocem, & præclarū dedit nunciū. Opti-
mū fuit nunciū Samuelis, q detulit Sau
li, & Dauidi, qn̄ eos inunxit in reges, ſed B
regnū illis promiſit tpale. Melius adhuc
fuit nunciū Ioannis Baptiſtæ: Appropin
quauit regnū cęlorū, & ecce Agnus Dei, Mat.3.
ecce qui tollit pc̄tā mundi Sed melius eſt Ioan.1
hodiernū nūcium, quo dr̄: Iā redemptus
eſt mundus, iam cęli patet. Hoc nūcium
Xp̄s dedit, nec alteri cōmiſit dandū. Sed
quis nunc talia uerba audiuit? Profundū
p̄fecto ſacrm̄, innocēs Abel, iuſtus Noe:
obedieus Abrahā, manſuetus Moyſes, ſā
ctus Dauid, tot annis præmiū expectaue
runt, & latro cōtinuo audit: [Hodie me-
cum eris in paradiſo.] Sed dn̄e, qūo cha-
ros amicos, in terra relinquis, & latronē
ducis tecū in paradiſū? utiq; incipit a no
uiſſimis ſoluere denarium? Vn̄cima hic
uenit hora, & prior denariū recipit. Au- C
dit in alia arbore Adā, in terrā ibis, ſed Ma.20
hic in cruce, in cælū ibis. Opportuno nā- Gen.3.
que tpe acceſſit hic, cū ianua cęli pande-
ret, iō cōtinuò intrauit. Acceſſerant pr̄es
antiqui ad hāc ianuam, ſed anteq̄ aperi-
ret, acceſſit ſir Baptiſta, & expectauit cū
eis, qa nōdū ianua cęli aperta erat, ſed la
tro accedit, cū aperit, ideò cōtinuò itrat.

Sed aliqua hic nobis expēdēda ſūt. Pri
mū diuina largitas, q̄ hic notat Amb. qa Ambr.
plus tribuit Xp̄s, q̄ oret. Ille orat, ut ī pa-
radiſo eius recordetur. Ille ait: Dabo ti-
bi cōtinuò paradiſum. Petit Salomon ſa
piētiā, & illā Deus ei concedit, inſup, &
alia, q̄ non petijt diuitias, & gloriā tpalē. 3.Re.2
Vn̄ Pau. Ei āt, qui potēs eſt, oīa facere ſu
perabundāter, q̄ petimus, aut intelligim⁹ Eph.3.
ſm̄ uirtutē, q̄ operatur in nobis ipſi glo-
ria.

Digitized by Google

A ria. Sic nō ſolū latroni indulget, ſed, & re
gnum concedit, & gloriæ ſuæ poſſeſſorē
inter hoīes primum ſignat, & hāc primū
Theo. duxit crucis ſuæ glīā. Sicut. n. ait Theo-
Simile phylactus, rex trophæa deferens a regno
victo ſpolia optima ſecū abducit: ſic Xp̄s
fortius vas dęmonis arripuit, ſecūque ab
duxit, tanq̄ crucis ſuę trophæum. Nulla
ergo ſera pnīa dummodo ſit ſeria. O q̄
bene ſeminaſti latro? ſimul ſeminas, &
metis: ſimul petis, & accipis, verè inte il
lud implet: In opere ipſius modicū labo
Eccl. 6 rabis, & cito edes de gn̄ationibus illius.
Scd̄m uerò illud ſit, quē facilè exaudiat
Deus, quē ſecum ducat in regnum? Eum
plane, q̄ ſimul cum eo crucifixus eſt. Si
tn̄ compatimur, ait Pau. vt conglorifice-
Ro. 8. mur. Et Apoc. 1. Ioannes particeps, & ſo
Apo. 1. cius in tribulatione, & regno. Vis tu cū
latrone furari regnum cælorum? cruci af
B figere. Sicut. n. ut deprædaris ea, q̄ i terra
ſunt, oportet te eſſe uinculis ſolutū, ac li-
berum, ita ut cęlum fureris, oportet eſſe
cruci affixum, ut dicere poſſis: Xp̄o: con-
fixus ſum cruci, ut ſocius ſis conſolatio-
nis oportet ſocium eſſe paſſionis. Nūcū
ꝓlatum audire a Xp̄o vis, quo tibi dica
tur, hodie mecum eris in paradiſo? Nun
cium hoc dat crucifixus crucifixo, tu er-
Gal. 2. go crucifige carnē tuā cum uitijs, & con
Bern. cupiſcentiis. Bern. de paſſione dn̄i ait: Si
ueſtitus es, ſi delicatè tractatus, ſi diues,
qūo accedis ad Xp̄m in cruce, vt petas,
cum ille nudus, pauper, dolorib. plenus
ſit? Nudare ergo cum nudo Xp̄o Ieſu:
pauper eſto cum paupere, ſocius tribula
tionis eſto, & eris cōſolationis. Tertium
verò illud ſit, ꝙ multi inutilē ſibi conſo-
lationē ex latronis huius pnīa uſurpāt, eā
C in mortē, uſq; differentes, dn̄t: Latro in
cruce pnīam egit, & paradiſum aſſequu-
tus eſt, ſimilē ego pficiā pnīam. Inanis ꝓ
fectò fiducia. Saluus qdem hic latro fuit
ſed unus fuit ſingularis, & tam mirabili
conuerſione, ac uirtutibus, & tpe ſūmæ
mię. Huic Xp̄s dn̄s ait: Hodie mecū eris
in paradiſo. Perpendenda uerba Chriſti
ſunt. Hodie mecum eris, &c. Tm̄ benefi
cium, tā ſingularis gr̄a hodie fit in die tā
tæ mīæ, cum ſanguis Xp̄i funditur, cum
patri mundus reconciliatur, cum cęli ia-
nua aperitur, & die tam inſigni, inſignis A
hæc gr̄a cōferēda eſt, quæ non aliis dieb.
cōceditur. Addit mecum, ego comitabor
te. Q̄d ſi tali ſocio comitatus non ires, pe
riculum maximum tibi immineret, ſed
cum mecum ieris, recipieris in paradiſū
ꝓp ſocium, quem deſers. Mihi profectò
mirum non eſt, hunc latronem tali die
reſipiſcere, ſed mirādum po tius alterum
& oēs, qui aderant non reſipuiſſe. In die
.n. tantæ mīæ, & cum Xp̄s, & Maria ad
eſſent lecto illius iniqui latronis, & ſan
guis Xp̄i fundebat̄, & tot mira fiebant,
adhuc tn̄ ille non conuertitur, hoc te pa-
uere magis faciat, q̄ vanè confidere, alte
rius conuerſio. Regula generalis illa eſt: Pſa. 33
Mors pctōrum peſſima. Nihil tam faci- B
lè eſt, ꝙ hora mortis benefieri, ac cōmo- Simile
dè queat. Quid. n. facilius factu, quid no-
tius quàm manum ori admouere. At ho
ra mortis hoc neſcis facere, hoc obliui-
ſceris, qūo ergo res tanta, qualis cōuerſio
tua eſt, tam difficilis, tam tibi inuſitata
tūc efficietur à te? Cum ergo ſanus, & in
teger es, tibi cōſule, ut tunc miſericordiā
inuenias in auxilio opportuno, &c.

In Cœna Domini.

Cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos, &c. Ioan. 13.

VErba iſta, quaſi igniculos quoſdā, &
ſcintillas amoris ex ſe emittunt, Ae-
thnæ monti ſunt ſimilia, qui ignem ſpi-
rat, ſilex ſunt, ex quo ignis procedit quo-
libet ictu. Cum, inquit, dilexiſſet ſuos. C
Sed nū inter hos Maria? Vtique, & om-
niū prima, quaſi illa, quæ plus eſt Dei, q̄
oīs creatura. Omnes aliqn̄ alterius fui-
mus dn̄i, ſaltem cum in peccato origina
li fuimus: Sed Maria ſemper Dei. Sic lo
quitur ad eam ſponſus. Pulchra es ami- Can. 2.
ca mea, columba mea, formoſa mea.
Vide quam Dei ſit, cum millies eam di
cat ſuam, quia nulla pura creatura tot
titulis, ac nominibus Dei eſt, ac Maria.
Beata planè mulier, ac benedicta & be-
nedictus, qui te tam ſuam fecit. Nec ue-
rò ideò noſtra nō erit, imò, quia Dei eſt,
iō, & nr̄a eſt, & oī noſtræ ſubueniet ne-
ceſſita-

Digitized by Google

A ceſſitate. Voluit aliqñ in nuptijs ſubue-
Ioan.2 nire pauperib. petijt tunc a filio dicẽs: Vi
nũ nõ hñt, ei nõ negat, ꝙ petit, nec.n. fas
eſt, filius matrẽ talẽ auertat, ſed differt
aliquantulum, & ut petitio differat, au-
dit: Nõdũ uenit hora mea. Sed nũc hæc
excuſatio nõ eſt ſciens.n. Ieſus, qa venit
hora eius, dicere nõ poterit, nondũ uenit
hora mea, petat ergo Maria, & cõtinuo
obtinebit gratiã. Oĩa dicta, & facta Xp̃i
amore ſint plena, oĩa ignem amoris ſpi-
rant. Et ut hoc ſignificaret, perpetuo in
igne antiqs apparuit, adeo ut dicerent,
Deu.4. Deus nr̃ ignis cõſumẽs eſt, ut hoc facto
oñderet, cũ in mundo in uera humanita
te eẽt appariturus, plenũ fore igne amo-
ris, ac dulcedinis, ea tñ q̃ in uitæ fine fe-
B cit, & dixit, ſingulari rõne amorẽ redo-
Simile lẽt. Hoc differt motus naturalis a violẽ-
to, ꝙ uiolentus initio qdẽ velox eſt, ſed
paulatim remittit, & tãdẽ deficit. At na-
turalis, quo plus procedit, eo uelocior eſt
uel pp minorẽ medii reſiſtẽtiã, vel pp in
fluẽtias eũ iuuãtes, q̃ ꝓpe centrũ magis
vigẽt, vel pp cẽtrũ, ſi uim hẽt attractiuã,
vt qdã putãt. Amor noſter, & motus in
Deũ poſt pc̃m eſt quaſi uiolẽtus, & in-
de eſt initia feruida eſſe, ſed citò remitti.
Amor uerò Dei in nos naturalis eſt, iõ
quo plus ꝓcedit, eo uelocior eſt, plura di
lectionis ſigna oñdit, & maiora. Et quẽ
admodũ ſol quo plus exaltat, eo plus lu-
Simile cis, & caloris efficit, ſic Xp̃s dñs ait, Cũ
Ioã.12 exaltatus fuero a terra, oĩa trahã ad me
ipſum. Qđ illũ è cœlis in terram deſcen
dere fecit, amor eſt, lex eius ignea eſt in
Deute. dextera eius ignea lex, amoris, ſ. & Deus
33. ipſe charitas eſt, & ſic ꝙ in ſchola Chri-
1.Io.4. ſti ediſcitur, amor eſt, ſicut in ſchola Adę
C inobedientia. In finem ergo dilexit eos,
Cyril. ait Cyrillus, i. ĩ fine plura, & maiora de-
dit dilectionis ſigna. Sicut.n. auceps, qui
Simile aues aliquas nutrit in aliarũ uenationẽ,
ſic eas edocet, illis blandit, eas cibat, &
ali uãtulũ recedẽs eas uocat. Deinde eas
cibat, amplius, ampliuſq; blãdit, & plus
recedẽs eas euocat, ut ad manũ veniãt.
Tãdẽ ſũmis, ac maximis blanditijs uſus
lõge recedit, & a colle eas uocat: ꝙ ſi ad
manũ uenerint, iã plene edoctæ putant.
Sic Xp̃s dñs diſcipulos ſuos nutriebat,

vt illis hoĩes venaret, illos ergo fouebat, A
eis blãdiebat, & aliquantulũ recedebat.
Sed nunc peregre in cęlũ ꝓfecturus, eos
ſũmis blãdirijs ꝓſequit. [In finẽ dilexit
eos.] Videre id licet hodierno euãgelio: Simile
Qđ ab alijs ĩ hoc differt, ꝙ ſicut oĩs fons
de terra ꝓcedens in altũ aren ebullire
facit, ſed aliqñ tantus eſt egrediẽtis aq̃ ĩ-
petus, vt nõ arenã tm̃, ſed & p̃grãdes la-
pides in altũ tollat, ſic oĩs euangelica do
ctrina aqua eſt ſapiẽtiæ ſalutaris, ſaliẽs
in uitã æternã, & in eam eleuans hoĩum
corda terrena. Sed in hodierno euãgelio
tãta ẽ uis oñſi amoris, vt uel duriſſimos
pc̃tores in altũ euehat. [Añ diẽ feſtũ pa-
ſchæ.] Eſt.n. phaſe, i. tranſitus dñi. Sed Ex.12.
qs hic dies paſchæ? Craſtinus quo ĩ cru- Simile
ce ponet & hiccine feſt⁹ dies Xp̃o? Vti- B
q; cũ ex corde aliquẽ diligis, ille tibi dies
feſtus ẽ, quo amorẽ tuũ illi declarare po
tes, & ei inſigniter bñfacere. Dies ergo
paſſionis, & ſũmi doloris paſcha Xp̃o
dño ẽ, qa eo die ſũmũ ĩ hoĩes oñdit amo Matth.
rẽ, eiſq; inſigniter bñfecit. Dicebãt Pha- 26.
riſæi. Non in die feſto, ſed eis renuẽtib. ĩ
die feſto patit Xp̃s, ei.n. paſcha paſſio ẽ.
Deſiderio deſideraui hoc paſcha mãdu-
care uobiſcũ. Ei⁹ noĩe dixit Iob 7. Sicut Luc.22
ceruus deſiderat umbrã, & ſicut merce- Iob 7.
narius p̃ſtolat finẽ o pis ſui, ſic, & ego ha
bui mẽſes uacuos, & noctes laborioſas
enumeraui mihi. Vocat tp̃s uacuũ, ꝙ paſ
ſionẽ pceſſit, non ꝙ uacuũ eſſet meritis,
ſed qa nihil eius ĩplebat đſideriũ, donec
ĩ paſſionẽ ueniret, qua redẽptio humani
gñis cõcludebat. Vñ oculi eius ſp hunc
reſpiciebãt diẽ. Eſa.40. Ecce dñs De⁹ in Eſa.40
fortitudine veniet, ecce merces eius cũ
eo, & opus ei⁹ corã illo, opus eius đ paſ-
ſio, & redemptio humani gñis, hoc uerò C
op⁹ corã eius oculis ſp erat. Et quẽadmo Simile
dũ ſi tibi diceret, tali anno, tali die exaltã
dus es in Regẽ, ſp diẽ illũ p̃ oculis hẽs,
ſic Xp̃s diẽ paſſionis p̃ oculis hẽbat, opus
eius coram illo, & ideo in natiuitate e-
xultauit, ut gigas ad currendam uiam;
quia erat ueſpera huius diei. Et cum
in die paſchæ omnis homo deſideret qe
ſcere, delectari, ac gaudere, Chriſtus do-
minus ea die in cruce eſſe uoluit, ut no-
bis lætitiam redemptionis paret. Si for-

Digitized by Google

A te aliquis hic nunc eſt, qui paſcha deſide
ret, ut iterũ peccet, iterũ in priſtinam re-
deat uitã. Vide quantũ diſcriminis ſit in
ter te, & Xp̃m, ille paſcha deſiderat, ut
ꝑ te patiat: tu ut in eũ pecces. Hinc ergo
tibi colligendum eſt diẽ tribulationis, ac
paſſionis diẽ eſſe tibi ſolẽnẽ, diẽ feſtũ, diẽ
paſchæ: is. n. tibi dies eſt, in quo amorem
in Deũ oſtendas. Hoc nos hortatur Ia-
Iac. 1. cob. 1. Oẽ gaudiũ exiſtimate fratres, cũ
in varias tentationes incideritis. Hinc
Act. 5. didicerunt Apoſtoli, vt irent gaudentes
1. Pe. 4 a conſpectu concilii, quoniam digni ha-
biti ſunt pro nomine Ieſu contumeliã
pati. Ideo monẽt 1. Pet. 4. cõicantes Chri
ſti paſſionibus, gaudete, ut in reuelatio-
ne gloriæ eius gaudeatis exultantes.

Sciẽs [Ieſus, qa uenit hora eius.] Sed
B qd eſt, ò Dñe, ꝙ horã mortis, tuã horam
mortis, tuã horã appellas? nũ Dñe ꝙ eã
Iob 1. deſideres, ut a uitã amara ſis liber? Iob
3. Reg. ait, Tædet animam meã uitæ meæ. Eſa-
19. ias fugiens Iezabelẽ, petiuit animæ ſuæ,
Thob. ut moreretur. Et Thob. 3. orat Dñm, Ex
3. pedit mihi mori, magis quam uiuere. Et
2. Co. 1. Pau. licet tanta arderet charitate ait: Su
pra modũ grauati ſumus ſupra uirtutẽ,
ita ut tæderet nos ẽt viuere. Quibus con
ſonans Sapiens ait: O mors bonum eſt
Ecc 41 iudicium tuũ homini indigenti. Ecc. 41.
Mar. 9. Et ipſe Xp̃s aliqñ dixit, O generatio in-
credula, quandiu uos patiar? q̃diu apud
uos ero? Nũ ergo Dñe tædet te uitæ tuæ?
Hominum conſortium ferre nõ potes.
Num hac rõne mortẽ deſideras, & eius
horã dicis horã tuã? Certe non hac rõne
mortẽ expetit, nec eius horã ſuam dicit.
Hoc uero oſtendit manifeſtè immenſa
Xp̃i charitas in immenſum excedẽs oẽs
Gc. 49. dolores, & labores. Totũ ei parum vide
Can. 8. batur præ amoris magnitudine, plus q̃
C Iacob. Aquæ multæ non potuerũt extin-
Hie. 31 guere charitatem, nec flumine obruent
illã. Dolorum finis fuit, nõ amoris, qa ĩ
charitate ꝑpetua dilexi te, cum in mediũ
omnium dolorum recordabatur. Hæc
patior hominum amore, pro eorum ſa-
lute: oĩs ei labor facilis, ac ſuauis appa-
ret. Et in hunc ſenſum Doctores nõ con
Matth. temnendi accipiunt illud Chriſti: Deus
8 meus, Deus meus, ut quid me dereliqui-
ſti. Quaſi diceret, tã cito paſſio finiẽda? A
tã pauci labores ſubeũdi mihi erãt. Hãc
ergo horã dicit ſuã pp amoris magnitu- Simile
dinẽ, pp redẽptionis deſideriũ Si omnẽ
ſphęrã ignis cõcluderes ĩ aliqua terræ ca
uerna, qeſcere ñ poſſet, donec exiret diſ
rũpens terrã mille partib. Paruus. n. aer
hæc agere ſolet. Cũ ergo uniuerſa deitas
q̃ eſt amor, & ignis ĩfinitus, fuerit in hu-
manitate ĩcluſus, nõ quieuit, donec qua-
ſi diſrupta, ut ſic loquar, humanitate mil
le plagis oſtenſus eſt amor infinitus. Si-
cut ergo illud tps tuũ dicis, in quo imple
tur deſideriũ tuũ: ita Xp̃s hanc horã di-
cit ſuã, quia nunc deſideriũ eius cõpletũ
eſt. Sicut ẽt dr̃ phariſæorum hora hæc
eſt hora ueſtra, quia nunc eorũ expleta
uoluntas eſt. Præterea, [ſciẽs quia uenit Luc. 22
hora eius.] Ideſt, terminus, dieſque deſi- B
gnatus, quo ipſi ſoluendum erat uniuer
ſi gñis humani debitũ, ꝙ ille qdẽ nõ de-
bebat, nec nos cõmeriti fuerimus, ut pro
nobis ſolueret, ſed ſola mia exoluere uo
luit. Hora eius. Hora eius, hora, ſ. q̃ hoc
horologiũ ſonuit, qua in ordinẽ redegit
mũdũ ſine ordine degẽtẽ. Poſuerat De⁹
in hoĩem tanq̃ horologiũ optimo ordi-
ne diſpoſitũ, iuſtitia originali ornatũ, ut
ab eo ĩ poſteros deriuaret & oẽs ille or-
dinaret. Sed ſicut contingit, horologio Simile
male diſpoſito uniuerſum pꝛm ſine or
dine eſſe, tales nos mãſimus deordinati
in mũdo. Ideo fecit Deus ſm horologium
Xp̃m, diuino, ac mirabili ordini, cuius
vniuerſus fuit amoris, & gr̃æ, ut ſic hõ
ordinaret. In hoc horologio deſcẽdit ſol
decẽ lineis ad infirmi ſalutẽ. Minoratus
Deus ab Angelis, & hoĩbus, ſed iã uenit Eſa. 8.
tp̃s, quo hora eius ſonet, & cõpleto cur-
ſu hõ reparet, & ſic ſoluunt rotæ & ve-
locius mouent, plurib. horã mĩr, nõ fuit C
nec erit hora huic ſimilis. Sicut Scribę ĩ Simile
ſcrinijs cõſeruẽt exẽplaria oĩum ſcriptu
rarũ, inſignẽ uerò ſignãt maioribus lite-
ris, alijſq; inſignioribus notis. Annales
ſunt in diuina memoria omnium ſucceſ Apoca.
ſuum. De quibus dr̃ Apoca. Aperti ſunt 20
libri, & iudicati ſunt mortui ex his, quæ
ſcripta erant in libris, ſed ex vniuerſo
tempore nulla hora a Deo inſignita, ac
ſignata eſt, ut hora iſta. Hãc notarũt oẽs
pro-

Digitized by Google

A ꝓphetæ,oẽs ꝓphetę pnuntiarunt Xp̃m pati. Hãc figurauerunt vniuerſa ſacrificia. Hęc fuit mundi remediũ,ſpes oĩum, Hãc decantãt ſc̃i in cælo in æternum,ei
Act. 3. tribuẽtes vniuerſa, q̃ poſſidẽt bona. Vñ
Apo. 5. dñt:Redemiſti nos dñe Deus in ſangui
Iob 3. ne tuo,&c. Vocat Iob maledictã horam natiuitatis ſuę pp peccatũ. Sed hęc hora bñdicta,qa in ipſa delet pctm̃, & iniquitas,& finẽ accepit pũaricatio, & adducta eſt iuſtitia ſẽpiterna. Hãc horã reuelauit Deus amicis ſuis:ĩ ſpẽ,& cõſolatio
Dan. 9 nẽ. Abrahã exultauit,ut uidret diẽ meũ.
Ioan. 8 Diẽ ſuũ dicit horã ſuã. Et licet hæc ſit hora phariſæorũ & ſit hora nr̃a,qa ĩ ea remediũ eſt noſtrũ,ſed adhuc ſuã dicit,ma
B gis.n.illius eſt,q̃ nr̃a,& Iudæorũ:pl⁹.n. ille ſint ſanguinẽ fundere,q̃ phariſæi effundere,plus redẽptionẽ noſtram, & bonum noſtrum, q̃ nos ipſe deſiderat. O immẽſe hoĩum amator, meã dic horam hãc,non tuã: tibi.n.qd cõmodi accepiſti ex ea?oĩs dolor irruit ĩ te, mihi oẽ cõmodũ,oẽ bonum. Iõ ait Xp̃s,mea eſt, quia tua eſt,qa tibi pficua,magis mea q̃ tua, nulla hora minus illius eſt,q̃ hæc, nulla magis nr̃a Vide Dei ĩ te dilectionẽ. Mortẽ ſuã,qa vita tua eſt, dicit uitã ſuam,tormentum eius:qa tuũ eſt refrigerium, dicit refrigeriũ ſuũ ignominiã ſuam:qa eſt gloria nr̃a, dicit gloriã ſuã, oium noſtra hæc hora eſt,ſed iõ eã ſuã dicit. Præterea horã paſſionis,& doloris ſuam dicit. Noua hæc lingua in mundo eſt, nouumque nomẽ. Iis q̃ huic ſæculo conformant̃, ſic
C uſ,qbus cõtigit illud 2. Eſ. 13. qa Iſraeli
2. Eſd. tæ nup ſerãt alienigenis,filij eorũ ex me-
13. dia parte loquebantur Azoticẽ, & neſciebãt loq Iudaicẽ,& obiurgaui eos, & maledixi. Sic hodie fidelib.multis cõtingit, vt ex media parte loquãtur fideliter, ex media gẽtiliter in his,q̃ fidei ſunt,vt fideles loquuntur,in moribus verò vt Ethnici,ſanctè loq neſciunt,uenit Xp̃s, ut Nehemias legiſlator,ut hãc corrigat linguã, & tanq̃ ptãtem habens noĩa imponit noua,paupertatẽ,lachrymas,perſecutionẽ, beatitudinẽ dicit,horã paſſionis ſuã. Sic loquendum eſt,ſi Chriſtiane eſt loquendum. Gloria nr̃a crux eſt, at cõtra loquela tua manifeſtum te facit,dum honores ambis publice,dum uindictã cõſulis, & expetis,dum diuitias magno in ptio hẽs, dum crucis inimicum te oñdis,dum pati oĩno recuſas,an cũ ſic loquaris,nõ gẽtiliter loqueris. Vt ergo Xp̃s locutus eſt.

A [Vt tráſeat ex hoc mũdo ad patrẽ.] Trãſit Xp̃s mirabiliter,nec alius ſic tranſiit. tibi loquẽdũ eſt,hæc chriſtiana lĩgua eſt, Trãſire.n.ab uno extremo in aliud dr̃, cum idẽ q fuerat hic,eſt in alio loco. Nõ ſic hõ moriens trãſit,qa nõ manet idem ſuppoſitum mortuum,q fuerat uiuum. Xp̃s uerò ſingulariter trãſit,qa idẽ diuinum ſuppoſitum q fuerat in uita uiuũ, manet poſtea mortuum. Nec verò ille ſolum tranſit,ſed multa alia tranſire fecit. Simile
Primo.n.nos ad patrẽ trãſire fecit. Sicut B
.n. Phœnix ſe igni tradit,ut ſpẽs cõſeruetur:ſic Xp̃s,ut nos ſeruaret,& trãſferret ad patrẽ. Tranſitu ſuo Xp̃s dñs aperuit nobis uiã uitę. Ante Xp̃i mortẽ non erat trãſitus in uitã,& ſic mors erat mors, & finis,ſed iã eſt trãſitus a morte in uitam. Hoc iã eſt uerũ phaſe. Antiquum.n.erat trãſitus ab Aegypto in terrã promiſſam. Ex. 13. & 14.
Sed hoc a mundo ad patrẽ. In illo Moyſes cum virga viã fecit p mare Rubrum, & oẽs Iſraelitæ eum ſequuti ſunt. Sed in hoc Xp̃s dñs cruce ſua uiam aperit nobis,ne morte detineamur, ut antiqui patres deſcẽdẽtes in limbum. Et ꝑterea iſte trãſitus innumeros alios fecit tranſitus umbrarum, & figurarum in ueritatem Euangelij,legis in gratiã,ſacerdotij in ſacerdotium. Trãſlato ſacerdotio neceſſe C
eſt,ut legis trãſlatio fiat. Tranſtulit uerò Xp̃s in ſe ſacerdotium antiquũ, factus in paſſione ſacerdos in æternũ,q vna oblatione conſummauit ſanctificatos, & tãdẽ trãſire facit hoĩes a pctõ in gr̃am, à Simile
terra in cœlum. Contingit aliqñ copioſã niuẽ in mõtẽ deſcẽdere,per quẽuia eſt in regnum aliud,ſed niue uia impedit̃, ne ullus tranſire poſſit. Detinent̃ uiatores oẽs in oppido,uel diuerſorio,q ad radices eſt montis,donec ſereno tpe,& tranquillo aliqs uiatorum uiæ gnarus accingit renes, & uiam aperit illum verò oẽs reliqui ſequunt̃,eius ueſtigijs inhærẽtes, Impedita uia erat a terra in cælũ pp peccata. Venit uero Xp̃s, & peccata tollẽs,

Digitized by Google

A tranſit ex hoc mundo ad patrẽ, uiam ini
He. 10 tiauit nouã, vt oẽs tranſeamus. Heb. 10.
Habẽtes itaq; fratres fiduciã in introitu
ſanctorum, in ſanguine Xp̃i, q̃ initiauit
nobis uiam nouã, & uiuẽtẽ p uelamen, i.
carnẽ ſuã. Xp̃s ergo paſſus eſt pro nobis,
uobis relinquẽs exẽplũ, ut ſequamini ue
1. Pe. 4 ſtigia eius. Sed & quoque anni hoc tpe
oẽs fere fideles trãſeunt a pctõ in grãm,
a grã in ampliorẽ iuſtitiã. Sed eſt ne hic
aliqs, q non ſequat' Xp̃m tranſeuntem?
Eſt ne qſpiã peccator, q in pctõ maneat?
Simile Manes, ò peccator, manes ne? Quadra-
geſima, tranſit, Xp̃s tranſit, innumeri
cũ eo trãſierũt a pctõ in gratiam, & tu in
pctõ manes? Aliqñ nauis magna in ma-
ri rupẽ offendit, in qua miſere perit, tunc
B oẽs uiatores, q ea uehebantur, periclitari
incipiunt. Sed diuina ꝓuidẽtia illis ĩ sũ-
mo periculo uerſantibus accedit eo na-
uis alia, & recipit eos, q in uitæ diſcrimi
ne erant, anteq̃ ſuffocent'. Quis tã amẽs
q nolit intrare in hãc ſecundam nauim?
Qd ſi qs ſæpe ab amico rogatus, nollet
ei manũ dare, ut a periculo eriperetur, &
maneret in maris fluctibus, cum morte
colluctãs, tranſiretq. nauis eo relicto', a-
micus diceret ad eũ: O miſer qũo ſic ma
nere uoluiſti? Oẽs amiſſa innocentia pri
mã nauim perdidimus, q̃ fracta eſt, venit
ſcda pniæ nauis, ſecunda tabula q̃ plu-
res nunc colligit', & tu ſæpius rogatus a
Deo, & miniſtris eius es, ut in eã intres:
nec uoluiſti, & in pctõ manes cũ morte
C luctãs. O miſer, & miſerãdæ, cæce, amẽs.
Simile Quis modo captiuus tã amẽs eſſet, q ui-
dens Regem Hiſpaniæ eo deueniſſe ma
xima cũ claſſi, ubi ille captiuus tenet', ut
captiuos eripiat, uincit Turcas, captos è
carceribus educit: qs tunc nolit cum Re
ge in patriã redire? Audi, quid Xp̃s fece-
rit, ut nos a pctõ eriperet. Contriuit por
Pſ. 106 tas æreas, & uectes ferreos confregit, ſu-
ſcepit eos de uia iniqtatis eorũ, & tu ad
huc captiuus manere uis, & uacuum Re
gẽ remittere? Vt dicere poſſit: In uacuũ
laboraui, ſine cauſa, & uanè fortitudinẽ
meam cõſũpſi. Cum Xp̃o ergo tranſeun
te tranſeamus oẽs. [Cũ dilexiſſet ſuos.
Eſa. 49 qui erant in mundo, in finẽ dilexit eos.]
Ideſt, ſumma amoris ſigna dedit. Hoc
uero dicit primo pp Euchariſtiã, q̃ nunc A
in cæna inſtituit. Cum.n. amoris uis ut
unire amantem amato, ut Dion. 4. de di Dion.
uin. noib. ait in hoc ſacr̃o maxima ſit u-
nio, qualis eſt inter cibũ, & cibatum, &
hæc tãta eſt, ut nõ ſit tãta inter brachiũ,
& corpus, qm̃ cibus in uniuerſũ diffun-
ditur corpus, & unum oĩno efficitur cũ
cibato, & ſic in finẽ dilexit implens oẽm
amoris affectũ. Duplex erat in Xp̃i cor Ioã. 16
de affectus ex amore ꝓcedẽs. Altero de
ſiderabat diſcedere a mundo, quia ſic no
bis erat expediẽs, vñ dicebat. Expedit vo
bis, ut ego vadã. Altero deſiderabat ma-
nere, qm̃ amor p̃ſentiã expetit, & unio-
nẽ, adeo ut cum ad breue tp̃s diſceſſit a
diſcipulis in horto, dicat': Auulſus eſt: ab Lu. 22.
eis, quaſi iactus lapidis. Auelli dr̃, quaſi B
ſi brachium a corpore diſiungat', qũo nõ
auelli dices, cũ diſcederet in cęlum, & ec Simile
cleſiã relinqueret tãdiu? Quid hac in an-
xietate faciendũ? Si primo affecti ſatiſfa
cit, ſcdo vr̃ non põt ſatiſfieri. Humanus
utiq; amor, & humana ſapiẽtia utrique
affectui neſciret ſatiſfaceret, ut patet in
patre amãtiſſimo filiorum, qui diſcedere
a domo uult, & in regiã ire, quia filijs ita
cõuenit, amor ab eo petit præſentiam, &
amor itẽ petit diſceſsũ, non potẽs ſimul
diſcedere, & p̃ſens eſſe, in finem diligere
non ualet, nec.n. oẽm amoris affectum
explet. At diuinus amor, & ſapiẽtia cum
ſit & ipſa oĩpotentia, modum adinuenit
quo in finẽ diligeret, & oĩs amoris affe- C
ctui ſatiſfaceret, diſceſſit p mortem, quia
expedit nobis, ut ille uadat, & manſit in
ſacr̃o Euchariſtiæ. Et ita qui dixit, expe- Matt.
dit, vt vadã, dixit ẽt, Ecce ego uobiſcũ ſũ vltim.
oĩb. diebus uſq; ad cõſummationem ſæ- Simile
culi. Sicut.n. ſponſa licet multa, ac pretio
ſa ab ſponſo recipiat, non ei ſatis ſunt, ſi
ille diſcedit, nihil.n. p̃ſentiam illius cõpẽ
ſare ualet, ita licet plura ſacr̃a, ac gratias
Xp̃s eccleſiæ tuæ relinqueret, ei ſatis nõ
eſſet, ni ipſe p̃ſens maneret. Iuit ergo, &
manſit diuini amoris diuini adinuentio
cui nos rñdere debemus deſiderio eum
ſuſcipiendi in Euchariſtię ſacr̃o frequen
ter, ut illi uniamur, & in eum conuerta-
mur. Amicus eſt tibi dilectiſſim⁹, & nul
lũ dulcẽ cibũ capere potes, qui tibi ſuauis Simile
ſit,

Digitized by Google

A ſir,quin amicus et illius particeps fiat,& aliq̃ illi partẽ porrigas. Audi Xp̃m ſimile,quid facientẽ,implentẽq; illud Iob: Si
Iob 31 comedi buccellã meam ſolus,& pupillus nõ comedit ex ea? Cõſecrauit Xp̃s in cœna corpus,& ſanguinẽ ſuũ,& ſtatĩ prior ipſe cõicauit,& ſeipſũ ſuo ore ſũpſit, nõ eſt ĩ eo aucta gr̃a ex hoc,qm̃ ante infinita erat,nec erat quo creſceret,an xit tamẽ cõſolationẽ ſp̃us,& exultationẽ,dulciſſimus ſibi fuit,qm̃ ſe ille pleniſſimè deguſtauit. Cumque ſibi chariſſimos diſcipulos hr̃et,ait: Accipite uos amici, comedite,& bibite, & inebriamini chariſſimi, ſed addis: Quis nũc hic oẽs electos pſentes
B hr̃et,ut illis darẽ hunc cibũ, ſed cum nõ adſint,illis uos ueſtris manib. meme tipſũ tradite comedẽdũ,ut tãta cibi ſuauitate pfruant̃,& guſtando experiant̃,& uideant,qm̃ ſuauis eſt dñs. Quid ergo nobis agẽdũ,ad quos talis cibus miſſus eſt, niſi illũ libentiſſime ſuſcipere,ac deſiderio deſiderare. Scdo uerò hæc uerba: In finẽ dilexit eos,dicit pp mortem ſuã, in qua ſummã oſtendit dilectionẽ in finem nos diligens. Vix.n.pro iuſto,quis moritur. Cõmendat aũt charitatẽ ſuam De⁹. Quod cum adhuc inimici eſſemus, Xp̃s
Ro. 5. pro nobis mortuus eſt,quis audiuit unq̃ tale,aut quis uidit huic ſimile? Aliquã hu
C ius rei ur̃ hr̃e ſimilitudinẽ amor Dauid ad Abſalon,cum diceret: Quis mihi tri-
2.Reg. 18. buat,ut ego moriar ꝓ te? Sed nullo mõ diuinũ æquauit amorẽ , qm̃ non uerbis, ſed effectu Xp̃s pro inimicis uitam de-
Eph. 2. dit,& ſanguinem. Magnitudinem amoris huius explicat Pau. Eph. 2. dicẽs Deũ diuitem in m̃ia, & amore. Abundãtiam .n.magnam ſolet explicare Pau. noĩe di-
Rom. 2 uitiarum, Ro. 2. Diuitias bonitatis eius. Homo diues eſt pecunia , & ſubſtantia: ſed Deus diues miſericordia, & amore. Sed quia amor opere oſtenditur,operib. hunc amorem uideamus. Duo ſunt,quæ facere poteſt amor bona facere amato, & mala pro illo pati. Primum fecerat ante incarnationem,multa bona hoĩ conferens : ſed ille modus benefaciendi nõ erat Deo mirabilis,conſiderata diuina bonitate ꝓpenſa ad bñfaciendũ. Scdm verò,q eſt bona cõferre multa mala ſuſti-

A nẽdo,pamato,eſt plane mirabile. Quod
Pſa. 16 poſtulabat Pſ. 16. Mirifica m̃ias tuas,qui ſaluos facis ſperantes in te. Verè in hac re mira facta eſt diuina m̃ia, & impletũ
Eſa. 28 eſt illud Eſa. 28. ut faceret opus ſuũ: pereḡrinum eſt opus eius,alienũm a Deo pati,mori,ſanguinẽ fundere. Hoc uerò fecit,ut nos liberare,q dilexit nos,& lauit nos in peccatis nr̃is in ſanguine ſuo. Qd
Apo. 1. Ioã. 19 myſteriũ ſignificauit Ioan. 19. dũ ex latere Xp̃i manauit ſanguis,& aqua. Nam quia ſanguis ſm̃ humanũ iudicium nõ uidebat̃ aptus ad lauandum , additur ei aqua,vt intelligamus ineſſe uim lauandi ſanguini illi: aquam.n. ad lauandũ uſuſ pamus. Pc̃m macula eſt animę carentis fulgore diuinæ gratiæ,ſed Xp̃i ſanguine ab hac macula lauat̃. Hoc hodie dicit Pe
B tro; Si non lauero te, non habebis partẽ
Heb. 9. mecũ. Heb. 9. Si.n. ſanguis hircorum,& taurorum,& cinis uitulæ aſperſus,inq̃natos ſanctificat ad emundationem carnis,multò magis ſanguis Chriſti, qui ꝑ Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo,emundabit conſciẽtias noſtras ab operibus mortuis. Sed quomodo nos tanto amori rependemus
Xenc. uices? Refert Xenophon,q̃ñ Cyrus ſuperauit bello Regẽ Armeniæ cæpit filium eius,qui nũcupabat̃ Tigranes , & uxorẽ eius. Interrogauit Cyrus Tigranẽ , quo pretio redimeret uxorem , quæ tunc ibi aderat: Rñdit Tigranes : Dabo libenter pro illa uitam. Placuit Cyro amor tãtus & ambos liberos dimiſit. Interrogauit poſteà Tigranes uxorem,qd illi uiſũ fuerat de Cyri forma,& magnanimitate: il
C le rñdit: Non ego in Cyrum oculos conuerti,ſed in illum,qui dixit,uita ſua me redempturum. Sic ergo nos facere oportet,oculos in ſolum Xp̃m conuertere, q propria uita nos redemit. Ariſt. ait: Con
Ariſto. ſolatio amoris non eſt in utilitate, ſed in redamatione. Hoc maximè a te Xp̃s q̃rit,ut eum diligas : ſicut uxori nimium
Simile uirum diligenti, quod duriſſimum omnium eſt,ſi ſe à uiro redamari nõ uideat, & de hac re plus dolet,quam de reliquis oĩbus malis. Sic Chriſtus dñs non ſic afflictus eſt flagellis,clauis,atq; corona, ut ingratitudine noſtra , & peccatis. Hic

Digitized by Google

A zelus Dei eſt, pp quē zelotes dr̄ in Scri-
Iac.4. tura. Hinc Iacob.4. Adulteri, an neſcitis
quia ad inuidiā cōcupiſcit ſpūs, qui in uo
bis habitat? Quaſi dicat: Ingrati amato-
res mundi, neſcitis Deum zelo moueri,
cū vos videat alia diligere pręter ip ſum?
Hic zelus comedit Xpm, & eum triſtari
nimium fecit uſq; ad mortem. Pone me
Can.8. ut ſignaculum ſup cor tuū, qa fortis eſt
ut mors dilectio, dura ſicut infernus æ-
mulatio. Amor Xpi fortis ut mors eſt,
quia in finem dilexit nos, & fortior mor
te ipſa, q̄ ſuperauit: ſed æmulatio, zelus,
& inuidia, & dolor, qui ex hoc amore na
ſcitur, cum ſe diligi, & redamari non ui
det, eſt adeo durus, ut ſimilis ſit in infer-
B no, cui nulla pœna comparari ualet. Dili
gamus ergo Deum, qm̄ ipſe prior dilexit
nos. [Surgit à cœna, & lauat pedes.] Si fa
1.Io.3. ctum hoc interius conſpicias, eius ſignifi
cationem, ſ. planè mirabile reperies. Si-
gnificat. n. hæc lotio illam, quam interius
exhibet, miſſo in peluim ſacrorum ſan-
guine ſuo, & ideo cum aquam in peluim
funderet, intuebatur ſanguinē ſuum, qui
fundendus continuò erat, ut a peccatis ſla
uaremur, Sed ſi exterius hoc opus ſolum
conſideremus, admirabile plane eſt. Aba
Aba.3. cuc.3. Conſideraui opera tua, & expaui.
O cæleſtes ſpūs qui maieſtatē Xpi probe
noſcitis, eum reſpicite, qui caput urm̄ eſt
ad pedes deiectum uilium peccatorū, &
C ad Iudæ pedes. Si Solē, Lunā, & ſtellas vi
deres deſcendere, & ſub terra poni, ſi ſu-
premos Seraphinos ſeruos hoīum fieri,
quid hoc eſſet comparatione eius, ꝙ nūc
conſpicis, Deum, ſ. genuflexum coram
pctōribus? ille cui flectitur oē genu, &
ſub quo incuruantur, q portāt orbem. Il
Eſa.45 le, cuius nomini genuflectit. Quæ modo
Iob 9. relinquitur excuſatio uili vermi ſe erigē
Phil.3. ti? Deſcendit Rex Niniue de ſolio ſuo, ie
Ionę 3. iunat, induit ſe cilicio, & oēs conſequun-
tur, & Deum deſcendētem, & humilia-
tum non ſequeris? Tanta erat hoīs ſuper
bia, ut tam extrema indigeret medicina.
Luc.10 Vidit Xps Sathanam tanquam fulgur
cadentē de cælo p ſuperbiā, & ne ſimili-
ter decidam⁹, humiliat ſe, vt nos doceat
humiliari. Nō eſſe ſuperbum hoīem do-
cuit humilis Deus, qa Deus ſuperbus re

ſiſtit. Vide, quem habeas reſiſtentē, cum A
cœlum ingredi volueris, ſi ſuperbus inuē Iac. 4.
tus fueris? Quid te erigit, ò homo, nobili
tas, ſapientia, diuitiæ? Aequas ne in his
Xpm? Ecce Chr̄m, qui eſt ipſa nobilitas
ſapientia, & theſaurus humiliatur, quid
ſuperbis terra, & cinis? Dominus tantæ
maieſtatis, de quo dr̄: Adorabimus in lo
co, ubi ſteterūt pedes eius, ſe deijcit: qūo
ergo tu iniuriam non remittes? qūo uani
tatem mundi ſequeris? qūo non cedes a-
liis? Dic obſecro, quod nam elationis tuę Ecc.10
fundamentum? Nonne uile lutum, quo Pſa.71
innitebatur ſtatua Nabuchodonoſor?
Ignoras ne terrā te eſſe, fundamentūq; Dan.2
tuum uile eſſe lutum? Audi, quid primo
parenti, & in eo vniuerſis filiis dictum
ſit: Terra es, & in terram ibis? Contra
verò, Chriſtus ſciens, quia a Deo exiuit, Gen.3.
& ad Deum uadit, & quia omnia dedit B
ei pater in manus, cum hæc noſſet ad-
huc humiliatur: uel qa hæc nouit, humi-
liatur, vt illud Sapientiæ impleat: Quan
to maior es, humilia te in omnibus. Di- Eccl.3.
cebat Iob: Ecce Deus magnus uincens Iob 36.
ſcientiam noſtram. Sed nunc ecce Deus
paruus, uincens ſcientiam noſtram: plus
enim mirabile eſt Deum uidere humilia
tum, quam exaltatum; infimum, quàm
magnū. Sed vide ſummam deiectionem
Magna incarnationis humilitas. in qua 4.Re.4
fecit, ꝙ olim Eliſeus puerum ſuſcitatu-
rus, qui coniunxit manus manibus, pe-
des pedibus, oculos oculis pueri. Sed ho-
die maior eſt humiliatio, dum non pedes
pedibus, ſed manus pedibus iungit pctō-
rum, eos lauans. Maximæ uerò admira-
tionis eſt, (Quod ante Iudā Xps humilia C
tur eius pedes lauans.) Sed nūm eius pro
ditionē nouerat; Vtique, nam continuò Ioā.13
ait: Qui manducat mecū panē, leuabit
cōtra me calcaneū ſuū. Et cū hæc dixiſ-
ſet Ieſus, turbatus eſt ſpū, & ꝓteſtatus ē,
& dixit: Amē, amē dico uobis, quia vnus
ex uobis tradet me. Dicens Iudæ ꝓditio
nē turbatus eſt mīa illius, & proteſtatus
eſt. Fecit proteſtationē, teſtimonium ac-
cipiens corā fideliſſimo eius ſcriba Ioan
ne, quod Iudas ſua culpa non Chriſti pe
ribat. Huius rei neceſſaria erat prote-
ſtatio, & teſtimonium tale. Mirū enim
valde

Digitized by Google

A valde erat, ut in die, quo mūdus redimebat, & latroni paradiſus dabat, Apoſtolus dānaretur, & in infernū mitteret, in die, quo aſcendens crucem, oēm gregem ſuum inde contēplabat, ꝓ oib. offerens ſeipſum, uideret lupum rapientem, ouē eius, & deglutientem. Res ſtupenda hæc eſt, neceſſaria eſt proteſtatio. Et ſic proteſtat⁹ eſt, & dixit. Scribe fidelis Scriba, q ego in Iudam contuli bñficia, & dilecias, quot ei adhibuerim medicamēta, vt ſaluti reſtitueret. Scribe in mēſa mea me illi dediſſe panē intinctum manu mea, quaſi mr̄ ei blādiens, cum in principum menſa non ſoleat fieri cuipiā ſingularia amoris indicia niſi grauiſſima de cauſa. Scribe, qūo ante eum genu flexerim, petens, ne in malum iret, qūo laui pedes
B eius ēt lachrymis, & eos tenui quaſi ui abducens eum a uia inferi, quam arripiebat. Scribe me pedes eius leuiſſe, & ſil' manus mundaſſe meas, ut innocēs ego appareo, & cā mea iuſta, & ſeruet proteſtatio hæc in hoīum memoria ī æternū. O benigniſſime Ieſu, quā iniſta cāuſa eſt cū Iuda ſil'r cum oī illo, qui damnatur. Meritò cuicunq. impio dicere poteris:
Eſa. 5. Quid debui ultra facere vinæ meæ, & non feci? Dedi ſanguinē meum, ut illam irrigarem, facta eſt cōtra nos ꝓteſtatio, ſicut contra Iudā, ſi in viā iuſtitiæ nō reuertamur. Iā uidimus, quantum ſit mali pc̄m, iam nouimus inferni pęnas. Exhibe mihi fidē, & teſtimonium, Xp̄s loquitur, ꝙ diem paſſionis dixi paſcha meū, qa ea eos redemi. Ipſorum uerò paſcha fuit me offendere, qd dixi horam meam,
C quæ erat hoīum hora, illi uerò horam ſuam dicebant eā, in qua delinquebant. Quod tranſiui, & eis iter aperui, nec per illud tranſire voluerunt, nec in nauē recipi, cum uiderent ſe in æternum perituros. Quod dilexi eos in finem, tradens, corpus, & ſanguinem eis, & uitam pro eis fundens, & quod quæ potui, facere fecerim. Quid ad hęc reſpondebis miſer peccator? verè oīs iniquitas oppilabit os
Pſ. 107 ſuum, ut Pſal. ait. Et ideò dominus de il-
Ma. 22 lo, qui veſte nuptiali caruit, ait: At ille obmutuit. Ideò accede, gratiam accipe, peccatum dimitte, &c.

In cœna Domini. A

Cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos, &c. Io. 13.

CONCIO SECVNDA.

PRoximus iam eſt Chrī diſceſſus ex hoc mundo ad partem, cras.n. proficiſcitur. Vſu venire ſolet, ut prope mortem magni principis, uel diſceſſum in longinquam regionem plurima negotia expediantur. Sic hodierna contingit die. Cum profecto, & mors Chriſti dn̄i proxima eſt, plurima peraguntur negotia grauiſſima. Hodie inſtitutum eſt diuiniſſimum Euchariſtiæ ſacramentum. Hodie Miſſæ ſacrificium Hodie inſtitutum ordinis ſacrm. Hodie conficit Xp̄s dn̄s teſtm̄ ſuum. Hodie inſigne charitatis, & humilitatis exemplū præbet. Nūc etiam opportunum nobis tp̄s eſt, negotia noſtra tractandi, & ex uoto abſoluēdi. Cum proximus morti Dauid eſſet, acceſſit Berſabee, & regnum filio Salomoni petijt, & obtinuit. Oremus Mariam matrem, ut nobis regnum gratiæ obtineat, id hodie facile aſſequetur. Adeo.n. nunc Magnificus Chriſtus eſt, ut ſeipſum omnibus donet.
Simile
B
3. Re. 1.

In Deo noſtro oēm perfectionē eſſe, ratio naturalis manifeſte docet. Cum ab eo oīs creaturæ perfectio emanauerit: nemo verò dat, quod non habet. Hinc Dionyſ. c. 5. de diuinis noībus, Deus non eſt quidē hoc eſt, hoc aūt non eſt, ſed oīa eſt, ut omnium cauſa. Eſt Deus ipſum eſſe, eſt ideo incircunſcriptum eſſe, oī perfectione ornatum. Et hoc ſignificabat nomen illud Iehoua antiquum. Et ideò aiebat ipſi Moyſi: Ego oſtendam tibi omne bonum, ideſt, omnem perfectionem.
Dion.
C
Ex. 33.

Tum ergo amor perfectio ſit, fine illo nequaquam eſſe poterat. Hinc Ioannes: Deus charitas eſt. Non eum amantem dicit, ſed amorem, & charitatem. Et hanc ita præcipuam habet, ut ſuper omnia attributa ſua illam manifeſtare uoluerit, & maiora præſtitit dilectionis ſigna, quam potentiæ, & maieſtatis. Et cū in mūdum venit factus homo, licet alia attri-
1. Io. 1.

Digitized by Google

A attributa diuina abſconderit, dilectionẽ
tñ præcipuè manifeſtari uoluit: imo, ut
hæc appareret, cætera occultauit. Et ei
Iud.16 accidit quod Saſoni, cui Dalila capillos
abſtulit, in quibus eius erat ſita fortitu-
do, & ſic eum infirmum reliquit. Ita na-
tura humana, cui ardentiſſimo amore co
pulatus Deus eſt, ab eo abſtulit diuinam
fortitudinem, atque potentiam, non qui
dem nudando, ſed occultando. Sed dile-
ctionis, & amoris capillum, nec abſtu-
lit, nec occultauit: imò cætera occulta-
uit, vt hic magis appareret, & ab oib. cer
neretur. Cum.n. dñs in maieſtate eſſet,
non eam dilectionẽ oñdit, ac factus hõ:
timendus tunc potius, q̃ amandus vide-
bat. Sed deſcẽdens exinaniuit ſe, maieſta
Tit. 3. te & potentia, non amore. Hinc Paul.
apparuit benignitas, & humanitas Sal-
uatoris noſtri Dei. Quaſi dicat: Alia at-
B tributa occultata ſunt. Sed Dei benigni
tas, & dilectio plus apparuit, & cum plu
ra fecerit, ut potentiam, & ſapientiam
oñderet, multa plura nunc fecit, ut amo-
rẽ manifeſtum faceret. Et qui in mundũ
venerat, ut hanc oñderet dilectionem,
nũc diſcedere volens in finẽ dilexit nos,
.i. ſummis operibus eam declarauit, &
Exo.3. tantis, ut quo vltra procederet, non erat.
Cuius rei figura præceſſit, cũ deſcendit
in rubũ igne plenũ, & dixit: Videns vidi
afflictionem populi mei, & deſcendi, ut
liberẽ eum. Nunc vere deſcendit homo
factus, & humiliatus vſq. ad crucem, ut
nos eripiat de ptãte tenebrarum. Venit
ad ſpinas dolorũ, & tribulationũ, & ar-
dens charitatis igne. Qd ſi olim illud in
tuens Moyſes ait: Vadã, & videbo uiſio
nẽ hanc magnã. Multo magis nos proce
C dere nunc debemus, ut Deũ videamus
inter tribulationũ, & crucis ſpinas, amo
re flagrantẽ, cũ in finẽ dilexit nos. Quis
.n. niſi amor, Deũ in crucẽ, & anguſtias
poſuit? Et queadmodũ uirga data olim
Moyſi fuit, ut educeret filios Iſrael de
Aegypto, ita Chro dño crux data fuit, ut
potentiã dæmonis conſtringeret, eã vero
immenſus amor ſuſcipere fecit. Poterat
qs in dubium vocare, an Chri amor te-
puerit, & imminutus fuerit, dũ in mun-
do vixerat. Adeò.n. male ſuſceptus, &
tractatus fuit, ut ſi amore Immenſo non A
arderet, mutatus eſſet. Cum in propria
venit, ſui eũ non receperunt. Locus in Ioan.1
diuerſorio ei naſcenti nõ fuit, & cum na
tus fuiſſet, ſtatim Herodes eũ interficere
curat. Exul in Aegypto fuit, & uniuerſa
eius uita perſecutio Scribarũ, & Phari-
ſæorum dici potuit. Nihilominus tñ in
amore perſeuerauit uſq; ad vitæ finẽ, & Ecc.14
tũc maiora ſigna amoris dedit. Qua rõ-
ne ſe illẽ palmæ ſimilẽ dicit. Sicut palma
exaltata ſum i Cades. Quia ſicut palma,
quo magis premit, hoc magis tollitur,
& cũ ,ppe radicẽ tenuior ſit, dum aſcen-
dit groſſior efficit, ſic Chrs dñs, quo ma-
gis premebatur pſecutionibus, quò plus
in vita procedebat, maiora dilectionis ſi
gna dabat. Hoc ſignat: In finẽ dilexit, ut Chryſ.
Chryſ. ait ho.69. Significat et in finẽ dili
gere, vſq. ad mortem amare nõ deſtitit.
Et qñ patres filios chariſſimos obliuiſci B
ſolent, tunc Chrs maiore in ſuos dilectio
nis ſigna dedit. Non minus attendit hõ
voluntatẽ ac dilectionẽ, qua ei donũ da-
tur, q̃ ipſum donũ. Si.n. minima dilectio
ne donũ grande detr minus efficit. Si ue-
rò maxima donũ paruum exhibeat, ma
ximũ reputatur. Inter diuina dona præ-
cipuũ tenent locum Chri Paſſio, & Eu-
chariſtia, ut hæc maxima ſint oĩ ex par-
te, & ea debito in pretio habeamus. Oñ
dit nunc Ioannes ſummo amore, ac dile
ctione hæc nobis data eſſe. Nec contenti
eſſe debemus, ſi videamus, quid exterius
Chrs patiatur, qd ve donet, ſed pcipuè in
tuendũ nobis eſt eius cor, illius immẽſa Ioã.19
dilectio. Qua rõne voluit, ut lancea latus
eius aperiret, ut p ianuã illã apertam in-
traremus ad cor, ubi caminus ignis erat,
vbi amor immẽſus, qui iam facile uideri C
a nobis põt ianua aperta, inuitat nos mi
rabile oſtiũ illud apertũ, ut ingrediamur
domũ cordis mirabilẽ, eamque cõſpicia
mus. Apoc.11. Ioannes ait: Et apertum
eſt templum Dei in cœlo, & uiſa eſt arca
teſtamẽti in tẽplo eius. Et facta ſunt ful
gura, & uoces. Apertum quidem fuit tẽ-
plum corporis Chriſti lancea, apparuit
diuina arca myſterijs plena, operta auro
puriſſimo charitatis. Mirabilia uniuerſa
Dei opera, quæ pro nobis fecit, mirabi-
lior

Digitized by Google

A lior eiuſdẽ ꝑ nobis paſſio. Sed longe mirabilior charitas, qua hęc fecit, & paſſus ꝑ nobis eſt. Mirabiles plane Xpi cogitationes charitate plenæ: de quibus Pſ. Multa feciſti tu dñe Deus mirabilia tua, & cogitationibus tuis nõ eſt q ſimilis ſit tibi. Mirabile ꝑfectò ſpectaculum cras videbimus. Deũ capiũ in horto, ligatũ ad colũnã, affixũ deniq; cruci. Sed mirabilior illa charitas, qua ñ ſolũ iſta pati, ſed multo plura paratus erat: q̃ Deũ deiecit, ut nos exaltaret, de qua Ioan. Qui dilexit, nos & lauit nos a pc̃tis nr̃is in ſanguine ſuo. Si vilis & abiectus ſeruus Regis ſui B cauſa aliqua tormẽta pateret̃, & tandem vitã daret, dilectionis opus inſigne exhiberet, & ꝙ in hoĩum memoria perpetuò duraret: pcipuè verò in Regis memoria. vt ei bñfaceret, eo quo poſſet modo. Si verò è diuerſo fieret, ut Rex ꝑ ſeruo ne quã moreret̃, multis prius ppeſſis tormẽtis cũ ſeruus ille criminis reus ĩ Regẽ eſſet, & ſola Regis in ſeruũ dilectio huius rei cauſa eſſet, res inaudita mundo hæc foret, & exceſſus amoris tanti oĩbus admirationi eſſet, & ppetuò in hoĩum memoria duraret, & a multis ſtultus amor diceret̃. Qđ ſi oĩbus immẽſus hic amor appareret, qualis nã uideret̃ ei ſeruo, cui amor tantus, ac bñficiũ exhibitũ eſt? An nõ ſtuperet? an nõ ppetuo recordaretur Regis ſui? An nõ cũ laudaret? & dulcib. lachrymis hæc audiret? Nũq̃ terræ Rex C hęc pſtitit ſeruo. Sed Rex ille ſeculorum pro hoĩe inimico uitã dedit ſolo amore, & charitate. Merito proinde amoris uexillũ portare dr̃, qa ſup oẽs dilexit. In finẽ ergo dilexit eos. Meritò verò uolens Ioãnes ꝓponere immẽſa Dei in nos bñficia, Euchariſtiã, ſ. mortẽ, & lotionẽ pedũ, ut hæc credibilia reddat, oñdit prius immẽſum amorẽ, a quo hæc procedebãt. Quaſi dicat: Nolite dubitare, hæc opera a X̃po dño facta, dilexit. n. ſuos in finẽ. Nihil. n. eſt, ꝙ amor eximius non faciat. Exo. 12. Pręcipit̃. Non comedetis ex eo (paſchali. ſ. agno) crudũ qđ, nec coctum aqua, ſed aſſum tm̃ igni? Quid neceſſe fuit pcipere, ne crudus comederet̃ agn⁹? Quis crudũ comedit unq̃? Rñdit. Greg. hoc oſtendit, myſterium tibi latere. Crudum. n. X̃pm mãducat, q exteriora eius opera cõſiderat, nõ uero dilectionẽ a qua ꝓcedũt, & hi ſcandalizant̃ in eo. Coctũ verò aqua frigida eũ comedunt, q frigida ſpeculatione naturali eũ intuẽtur, ut Philoſophi, & iõ ei non credunt. Scãdalum eſt Chr̃s Iudæis, & Gentibus qa opera eius mirabilia cõſiderãt, nõ eius immẽſum amorẽ. Iõ dñt: Durus eſt hic ſermo. Si uero aſſum igni attẽderẽt, ſi diuinã illius dilectionem cõſiderarent, a qua hæc opera ꝓcedebãt, facile illa crederent incredibiles. n. amoris effectus cõueniũt amori infinito, bonitati immenſæ. Sicut B qui flumen magnũ cõſpicit, ſi uideat fontem uberrimũ, a quo ꝓcedit, non mirat̃. Innumeræ fuere hr̃ſes in mũdo, negãtiũ Dei Incarnationem, Euchariſtiã, Paſſionem: qa nõ attendebãt diuinũ amorem infinitũ, a quo hæc ꝓceſſerũt: ſed diuinã dilectionem. Itẽm putabãt amori humano. Et iõ ea, quę hõ nõ faceret, credebãt a Deo nequaq̃ effecta eſſe. Vñ ſicut Epicurus (apud Ci. li. 1. de nat. Deorum) dixit, Deum figura humanã hr̃e, qa hęc figura optima oĩum eſt earum, q̃ in terra ſunt: ita hi hoĩum dilectionem pcipuam eſſe putãt, nec ullam inueniri maiorem. Tu uero noli ſic cogitare, ſed diuinam dilectionem, & bonitatẽ infinitam attende: quia Deus ipſe eſt, & inde colliges, diuina opera excedere in immenſum humana. Hinc Sapiẽs: Secundũ magnitudinẽ C eius, ſic & mĩa ipſius cum ipſo eſt. Quaſi dicat. Tanta Dei mĩa eſt, quantus Deus ipſe. Vñ opera ab ea profecta mirabilia plane erunt, & diuerſa multũ ab humanis. Hinc Pſ. Non eſt ſimilis tui in Dijs dñe, & nõ eſt ſm opera tua. Qđ ſi opera diuinæ Sapientiæ, & potentiæ mirabilia ſunt: multo magis opera bonitatis, dilectionis, & miſericordię mirabilia erunt. Et quo mirabiliora, eo Deo digniora. Præclara Aug. ait: Ibi uerè Chr̃s probatus eſt Deus, ubi plus fecit, quã fides optabat: ideſt, qñ exceſſit illud omne quod homo ſperare poterat. Vñ qua ratione infidelis non credit, ego credo. Ille non credit, quia captum humanum opera iſta diuina ſuperant: ego hac ratione credo. Credamus ergo hæc opera nos, quia in his

Margin notes: Pſ. 40. — Apo. 1. — Simile — Ex. 12. — Greg. — Ioan. 6 — Cicero — Eccl. 2. — Pſ. 85. — Augu.

A his ſe Deum oſdit. Præcipuè cum Ioan
nes ꝓmittat immēſam Xpi dilectionē, à
qua procedit. Nihil.n.nō credi pōt effe-
ctū ab amore immēſo. Nunc verò iſta in
ſtā Euangelij expendamus.[Ante diem
feſtū paſchæ ſciens Ieſus, qa venit hora
eius.] Meritò ſciens Ieſus dr̄. Conueniēs
Gen. 2 nomē Saluatori eſt ſciens, ne decipi poſ
ſit, q̄ ſi ſciētes fuiſſent, nō peccaſſent: qa
oīs peccatis eſt ignorans. Deinde meri-
tò ſciens Saluator dr̄, ut prouideat malis
futuris. Sicut.n. Ioſeph prænoſcens futu
rā ſterilitatē, ei remedium adhibuit, & iō
Ge. 41 mūdi Saluator dictus eſt, & audit a Pha
raone. Nunqd ſapientiorē, & conſimi-
lem tui inuenire potero? Sic hodie Ieſus
B ſciens, & ꝓuidens uniuerſa mala Eccle-
ſiæ, eis remediū adhibuit, inſtituens Eu-
chariſtię ſacrm̄ cōtra famē, & ordinis ſa
4.Re.9 crm̄: vt duces Eccleſia hēret, & ſpicula-
tores cōtra hoſtes. Et quēadmodū olim
Eliſeus ꝓmonebat Regē Iſrael de oībus
inſidijs Syrorū: ita hodie Xp̄s ꝑdicit A-
poſtolis uniuerſas ꝑſecutiones. Sic ergo
horā mortis ſuæ, & pręſciuit, & elegit, ac
voluit, ut nō ſcādalizeris, cū eum in cru
ce uideris. Et ibi uidere licet, quantū fue
rit malum curioſitas eorum, qui uolue-
runt eſſe ſcientes vt Dij: cum ea de cā tā
acerbā hora parata ſit Xp̄m dn̄o, q̄ ille
ſciuit, & uoluit, ut peccatum deleret.

Horam ſuam mortē dicit. Hora mor
tis vere hoīs eſt. Tp̄s.n. vitæ noſtrę mul-
tis alijs impendimus, amicis, corpori, ne
C gotijs delicijs, ut fere nihil nobis rema-
neat: cū illa ſit adeò breuis, vt vapor ſit
ad modicum parens. Furatur nobis mū-
Iaco.4. dus maiorem eius partē. Iō nos Paulus
Col. 4. monet: Redimentes tp̄s, q̄m dies mali
ſunt, i. multis impediti ſæcularibus, cu-
ris, & occupationibus. Hora verò mor
tis noſtra dr̄, qa in ea reliquorum oīum
obliti, nos, noſtraq; curamus. Qđ ſi quiſ
piā tunc accedat, ut alia negotia tractet,
audit. Sine mō iſta: tp̄s.n. hoc meæ con-
ſulendę ſaluti deſtinatū eſt. Præcipuè ve
rò hora illa iuſtorū eſt, nō vero impiorū.
Res.n. illa tua dr̄, qua vteris ad libitū, &
cuius fructus colligis. Iuſtus ergo horam
mortis ſuam hēt, qa ea utitur in ſui pro-
fectum, & ex ea fructum colligit ſempi-

ternum. Contra verò hora illa pc̄tōris A
nō eſt. Hinc Sapiēs. Ne impiè agas mul Eccl.7.
tum, & noli eſſe ſtultus ne moriaris in
tpe non tuo. Qui tp̄s uitæ Deo dedit, a
Deo accipit tp̄s mortis. Qui uero diabo
lo uitā dedit, in morte ſeipſum nō curat:
& iō tp̄s illud eius nō dr̄ eſſe. Hinc Aug. Augu.
Hoc ſupplicio punitur pc̄tōr, ut quia ui-
uens oblitus eſt Dei, moriens obliuiſcat̃ Eccl.8.
ſui. Hinc Sapiens. Non eſt in hoīs ptāte
prohibere ſp̄ūm: nec hēt poteſtatē in die
mortis, nec ſinitur quieſcere ingruente
bello: neq; ſaluabit impietas impium. Iu
ſtus verò ptātem hēt ī die mortis. Ea utit̃
in bonum ſuum: iō Sapiens ait: In mali-
tia ſua expelletur impius, ſperat autem Pro.14
iuſtus in morte ſua. Tūc.n. audit impi⁹, B
Neſcio uos: Iuſtus verò ut requieſcat a
laboribus ſuis. Sed nunc attende miram
Euāgeliſtæ eloquentiā, ut amorem Xpi
Dn̄i illuſtret. Ait enim.(Sciēs Ieſus, quia
venit hora eius.) Quaſi dicat: Cum hæc
hora eius eſſet, in qua ſe curare dēret, &
ſua, oīum reliquorum oblitus, nihilomi
nus in hac hora ſui oblitus noſtra curat
nobis prouidet. Hoc mirè pōderat Pau- 2.Cor.
lus. Qm̄ dominus Ieſus, ī qua nocte tra 11.
debat, accepit panem, &c. Quaſi dicat:
Cum mundus ſumma in eius proditio-
nem machinabat̃, & opere perficiebat:
tunc ille dulciſſimus, & amantiſſimus.
Quādo morti ꝓximus ſe ſolum inſpice
re, ſibique proſpicere oporteret: tunc ſui
oblitus noſtra curat. Hoc mirè exagge-
rat Eccleſia dicens. Fructū ſalutiferū gu C
ſtandū dedit dn̄s mortis ſuæ tpe, q̄ diuer
ſum Dei, & hoīs ingenium eſt. Hō hora
mortis triſtis eſt beneficia, ac dona con-
fert: Deus uerò tunc præcipuè benefi-
cus & largus eſt. Nunc ad eum accede,
ut maxima recipiat. In morte ſe ſuaque
dat. In horto dedit Malcho auriculam,
in Caiphæ domo Petro ueniam, in cru-
ce matrem Ioanni, paradiſum Latroni,
veniam mundo. Nunc ergo accedamus
oēs, ut petamus, qui tibi nunc ſanguinē,
& vitam tribuit: quid negabit?(Vt tran-
ſeat ex hoc mundo ad Patrē.) Vere diffi
cilis, duruſque tranſitus, & adeò durus,
ut ſola illius cogitatio ſanguinis ſudorē
effecerit. Sed aſperitas huius tranſitus
ſublata

Digitized by Google

A ſublata es Xp̃o tráſeunte,& erunt praua in directa,& aſpera in vias planas. Accidit ſæpè,ut Rex viã agẽs offendat i itinere locũ difficilẽ,i quo oẽs impingũt, quẽ ille cõplanari p̃cipit, & inſterni lapidib. ac planũ,facilemq. relinqt tráſeuntibus. Ita Xp̃o dño accidit, q ad mortẽ veniẽs eius aſperitatẽ expert⁹ eſt,illius amaritudinẽ guſtauit. Et iõ eam leniuit,dulcorauit,& o b.facilẽ reliqt. Hinc ait Chryſ. poſt Xp̃m mortẽ relictã eſſe ſimilẽ Sãſoni detractis capillis. Ludebant.n. cũ eo Philiſtei,& illudebãt ei,ita martyres,pueri, virgines cũ morte iocant̃, ac ludunt. Quis mortis viã adeò planã hoib. reliqt, vt exultẽt i ea ſancti? Certè Xp̃s dñs p̃tranſiẽs. Hinc per Pſ.ait. Exaltabit̃ ſicut vnicornis cornu meum. Sicut.n. cornu vnicornis miſſum i aq̃ veneno iſectã eã purã reddit, & oẽ venenũ tollit: ſic Xp̃i B cornu abſtulit crucis, mortiſq; venenũ, vt ei dici poſſit: Vbi eſt mors victoria tua? vbi ẽ mors ſtimul⁹ tu⁹? reliqt mors ſtimulũ i Xp̃o. Nobis iã nõ ẽ ſtimulus, ſed mel,ſed dulcedo. [Cũ dilexiſſet ſuos, qui erãt in mũdo.] Cyr.li.9.i Io.c.2. ait. Ad dĩam Angelorũ dicit: Suos,q erãt i mũdo. Præcipua.n. dilectione hoies dilexit, & plus q̃ Angelos. Naturale hoium deſiderium eſt, velle diligi,& adeò nobis placet dilectio in nos,ut ẽt a paruulo cane diligi, uel a uili ſeruo, nos delectet. Sed cũ diligimur a pſona aliqu in ſuprema dignitate cõſtituta, placet magis, tũ quia amor altior eſt,tũ pp beneficia,quę ab eo ſperamus. Audi ergo,ò homo, qd dulciſſimũ. Rex ille æternus,a quo bona C cuncta ſperare potes,diligit te in finẽ, & ſuper Angelos te amat. Dupliciter Dei amor cõſiderari põt. Primo act⁹ ipſe dilectionis,q i Deo eſt,& hic eſt ſimpliciſſim⁹,æternus,& eſt ipſa Dei ſubã,& hic cõſideratus infinitus eſt, & ęqualis oib. Scdò conſiderat̃ hic amor ſm effectus, quos operatur in reb.dilectis. Vñ amare eſt velle alicui bonũ. Et ſic creatura illa dr̃ a Deo plus dilecta,q̃ plus boni recipit a Deo. Oẽm creaturã diligit Deus hoc amore,qa oib. tribuit eſſe. Hinc Sapiẽs diligit oĩa,q̃ ſunt. Sed Angelos, & hoies plus diligit,q̃ reliquas creaturas,qa non

Simile

Chryſ.

Pſa.91

Cyrill.

Sap.2.

ſolũ bona naturalia eis tribuit,ſed etiam A gratuita,qb. diuinę naturæ cõſortes efficeret. Sed oñdẽda nũc ẽ p̃cipua Dei dilectio in hoiem, & hãc ex hodierno Euangelio facilẽ colligemus. Primò,condidit Deus Angelũ, & hoiem gr̃a ornatũ, & donis celeſtib. ſupbiẽs Angelus, cecidit, & hõ ſitr, & bona gratuita vterq. amiſit. Sed Angel⁹ cecidit irreparabiliter, & q̃ ſemel amiſit gratiã, nunq̃ recipiet. Hõ verò reparabiliter, & recuperare poteſt amiſſam gr̃am,eiq. relictũ eſt pnĩę lauacrum, ꝙ ſignat̃ hodierna lotione,ut Cyprian⁹,ait ſermo. Cœnæ. Sup Angelũ ergo dilexit Deus hoiem, dũ hoc in illum bñficiũ cõtulit, ꝙ Angelo non p̃ſtitit, ut p pniam renouari poſſit. Et hoc eſt eximij ſignum amoris,iuxta illud Ioã. Qui dilexit nos, & lauit nos a pc̃tis nr̃is i ſanguine ſuo. Cõtigit verò hoi, & Angelo, qd piſtori,& pincernæ Pharaonis,unus in priſtinũ gradũ reſtituit̃,alter ſuſpẽdit̃. B

Hac ẽt in re p̃cipuã in hoies miam,& dilectionem Deus cõmendat,dũ non ſemel,aut bis pc̃tõr admittit̃ ad pñiam, ſed ſeptuagies ſepties, ſpq. eſt fons patẽs domui Dauid in ablutionem pc̃tõris. Et cũ reliquis oib. rebus tp̃s ſit opportunum, pniæ tp̃s ſp nobis p̃ manib. adeſt. Et qui initio mundi hoc die condidit hominẽ, alio Lunam, & Solem,alio volatilia, & piſces, ad pnĩ um nullum ſtatuit diem, ſed oẽ tp̃s voluit pœnitendi eſſe conueniens,ut in quacunque hora ingemuerit peccator, veniam recipiat. Qn̄ homini conceſſa pnĩa eſt, & non Angelo, hoc inter eos diſcrimen poſuit, ꝙ cum hoiæ, ut cum filio,cum Angelo uero tanquam cum miniſtro ſe geſſit. Miniſter tuus facinus magnum admittit in domo tua, C furatur magna, vel quid ſimile peragit. Eijcis eum a domo tua omnino, nec vllo modo eum admittis in eam iterum. Perpetrat filius idem crimen, caſtigas eum,eijcis forte a domo,ſed citò ei ignoſcis,& iterum in domum reuocas. Hoc cum homine factum oſtendit parabola filij diſſipatoris. Et Pſal. Quo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt dominus timentibus ſe, qm̃ ipſe cognouit figmentum noſtrum. Tanquam filios nos tractauit,

Cypr.

Apo.1.

Ge.

Simile

Luc.15

Pſ.102

Digitized by Google

A ctauit, ſicut promiſit ſe acturum cũ filijs
Pſa.88 Dauid. Si autẽ dereliquerint filij ei⁹ legẽ meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, ſi iuſtitias meas profanauerint, & madata mea nõ cuſtodierint, viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum mĩam autem meã nõ diſpergã ab eo, neq; nocebo in ueritate mea. Illa repetitione, q̃ non ſemel, ſed quater pctã filiorum Dauid futura oſtendit, multa peccata ſignificantur, & oĩbus indulgentiam promittit. De qua re Deo
Pſ.102 gr̃as agit Dauid dicens: Benedic anima mea dño, & noli obliuiſci oẽs retributiones eius: qui propitiatur oĩbus iniquitatibus tuis. Qñ ergo Deus homini conceſſit pniam ſemel, eũ ut filium tractauit. ſed qñ ſepius, nõ ut filium duntaxat; ſed
B ut chariſſimum, & dilectiſſimũ. Semel prodigum recipi, ſumma mĩa fuit, quid ſi ſæpius ſic reciperetur? Semel ueniam dedit Dauid Abſaloni, & iterum ei volebat parcere, & forſam tertio non pepercíſſet. Tibi uerò pepercit Deus millies. Quoties proditionem in Deum cogitaſti? Quoties in eum peccaſti, & tñ propi
Pſa.77 tius tibi fit. Hoc mire ponderat Pſ. Quoties exacerbauerunt eum in deſerto, & tentauerunt Deũ in inaquoſo, & conuerſi ſunt, & tentauerunt Deũ, & ſanctum
Nu.14 Iſrael exacerbauerunt. Et Num.14. ait: Tentauerunt me iam per decem uices. Mira ꝑfecto in nos Dei dilectio: Nullus .n. in mundo parens eſt, qui cum filio ſæpius indulſerit, ac pepercerit, non eum è domo eijciat, ſi in parentẽ machinetur proditionẽ. Et tñ Deus millies ignoſcit; & rogat, quæ pacis ſunt, ut dicat. Pſ. Pa-
Pſa.29 ter meus, & mater mea dereliquerunt
C me. Dñs autem aſſumpſit me. Scdò oñdit Deus præcipuum in hoĩem amorem ſuper Angelum, in hoc, ꝙ non ſolũ lauare hoĩem voluit, ſed in ſanguine ſuo, cũ ei hmõi lotio tam caro precio futura eſſet. Angelo oñdit dilectionem, ei benefaciens, ſed hoĩ, non ſolum benefaciens, ſed pro eo multa patiens, ꝙ maius multo eſt. Qua in re mirabilis in nos diuina mĩa, & dilectio facta eſt. Et propterea
Augu. Ioannes ait: In finem dilexit eos: Augu. Dilexiſti me domine plus quam te, quia

mori uoluiſti pp me. Vitã pro nobis dedit, non verò ꝓ Angeli. Qd petebat Pſa. A
Mirifica mĩas tuas, qui ſaluos facis ſperantes in te. Nõ eſt adeò mira Dei mĩa, Pſa.16
cum alicui benefacit, id. n. Deo facile eſt. Sed uere mira facta eſt mĩa Dei in homines, cum pro illis paſſus eſt, hoc. n. valde mirum eſt. De qua re Pſ. Deo gr̃as agit: Pſa.31.
Benedictus dñs, qm̃ mirificauit mĩam ſuam mihi. Cũ hãc dilectionẽ dicit Scriptura, uocat eam amoris exceſſum & nimiam dilectionem. Nec ſtupentes vidimus Angelos de miſericordijs collatis eis a Deo. Vidimus uerò de hac in hoĩes oſtenſa dilectione, ut in propitiatorio ſignificatum eſt, dum ſe reſpiciunt uerſis Ex.25.
ad ſe vultibus. Tertio tandem hanc præcipuam dilectionẽ in hoĩem oñdit in mirabili adinuentione, quam nunc adinuenit, cum Euchariſtiæ diuinum ſacr̃m in- B
ſtituit. Propter q̃ Ioannes ait: In finem dilexit eos. Nunc uerè magnificus Deus nr̃ eſt, & dicere poſſum⁹ illud: Date ma- De.30.
gnificẽtiã Deo nr̃o. Ad magnificẽtiã, ait Ariſto.
Ariſt. requiri maximũ donũ, & qd reſpectu dantis magnum ſit. Donec Deus ſe dedit, nihil dedit magnum reſpectu dantis. Cũ ſe nobis in hoc ſacro tribuit, maximũ qd dedit, totum, qd dare potuit. Et tm̃ hoc donum eſt; ut hõ gr̃as debitas ꝓ tanto munere reddere nequeat. Qd uidens Xp̃s dñs, ipſe gr̃as patri egit ꝓ eo. Iõ eleuatis oculis in cœlũ ad te Deũ patrem ſuum oĩpotentẽ, tibi gr̃as agẽs; fregit & dixit, &c. Saltẽ exiles tu gr̃as agẽs hoc intuẽs domũ, ut illud fiat, qd Pſ. ait: Pſal.41
In uoce exultationis, & confeſſionis ſonus epulantis. Nulla lingua ſufficit, ut explicet immenſum hunc amorem, ut relictus tibi Chriſtus ſit ſub ſpeciebus il- C
lis, vt eum intra te habeas, quoties uolueris. Solent amici cum inuicem diſcedunt, in mutuos amplexus ruere, ſimul Simile
comedere, & aliquid inuicem dono dare in perpetuam memoriam. Ionathas 1. Reg.
diſceſſurus a Dauide ei dedit tunicam ſuam. Sicut enim animam ſuam, ſic diligebat eum. Similem veſtem Elias reliquit Eliſeo. Sed Chriſtus dominus plus quam animam ſuam nos diligit, cum eam pro nobis dedit, & non pallium ſuum.

A ſuum. Non aliud donum reliquit, quam ſeipſum. [Surgit a cœna, & ponit veſtimenta ſua, & cœpit lauare pedes diſcipulorum.] Auguſtinus tracta. quinquageſimoquinto, & libro tertio, de conſenſu Euangel. capitu. primo. ait. Peracta cœna agni paſchalis, in qua paſſionis ſuæ figuram expreſſam uiderat, ſurgit a mēſa, & ante Euchariſtiæ, inſtitutionem pedes diſcipulorum lauit. Adeo ei placuit paſſionis ſuæ figura, ut aliam continuò adinuenerit. Adeo tibi Domine deſiderata mors eſt, vt ea tibi ſit paſcha, ſit hora tua. Hanc videns in agno delectaris, & iterum in pedum lotione efformare vis.

Augu.

Augu. Auguſtinus. Veſtimenta poſuit, dum B in forma Dei exiſtens ſemetipſum exinaniuit. Velut linteo ſe præcinxit, dum formam ſerui accepit, & in peluim aquam miſit, ut nos lauet, dum ſanguinem ſuum in ſacramentis poſuit, vt ſordes ablueret peccatorum. Linteo pedes terſit, cum in carne ſua maculas a peccatis effectas ſumpſit. O immenſa Dei in nos charitas? Cum calor nimius te vexat, ueſtimenta deponis: ita nunc charitatis exceſſus veſtimenta deponere cogit. Sed ò Domine non tepeſcet, hoc facto charitas tua. Cras nudaberis omni veſte, & ipſa pelle tua, nec calor charitatis minus ardebit. Imo ingredientur in animam tuam aquæ multæ: de
Pſal. 6. quibus ais per Pſalm. Intrauerunt aquæ vſque ad animam meam. Et nihilominus plures flammas charitas excitabit,
Can. 8. quia aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem: nec flumina obruent illam. Aideamus nos charitate tanta, vt charitate nos vulneratos dicere poſſimus, & cætera.

C

A

Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecūdum Ioannem. Cap. 19.

INauditum, & ſummum facinum genus humanum hodie perpetrauit, occidit enim Deum verum, cum cruci affixit, nec uerò illi ſolum, qui morti eius ad fuerunt, id fecerunt, non Pilatus ſolum, & Caiphas, ſed & nos omnes, quia cum propter omnium peccata mortuus ſit, omnes Chriſtum interfecimus peccatis noſtris. Quis ergo orabit pro nobis? qui pro humano genere interpellabit? Nullus profectò poſſe orare videtur. Sic 1. Re. 2.
enim ait Heli filijs 1. Reg. 2. Si peccauerit vir in virum, placari ei poteſt Deus, ſi autem in dominum peccauerit vir, qs orabit pro eo? Audi tamen mirabilem B
rem, mater mortui pro occiſoribus filij rogabit. Sed fieri ne poteſt tantam in ea eſſe miſericordiam, vt miſericordiā petat, quæ vindictam clamare debuiſſet? Vtiq; quia etiam mater noſtra eſt. Sic 2. Reg. 14. Sapiens mulier ad Dauid ait: 2. Reg. 14.
Heu mulier uidua ego ſum, & ancillæ tuæ erant duo filij, qui rixati ſunt aduerſum ſe in agro, & percuſſit alter alterū, & occidit eū. Et conſurgens vniuerſa cognatio aduerſum ancillā tuā dicit: Trade eum, qui percuſſit fratrē ſuum, ut occidamus eum, pro anima fratris ſui, & q̄ſierunt delere ſcintillā meā. Ad quam Dauid, uiuit Dominus, quia non cadet de capillis filii tui in terram. Sic ergo hodie Maria orat pro humano genere: licet Chriſtum occiderit, quia humanum genus filius eius eſt, & obtinet a Deo, quæ petit, ideo ad eam accendamus ſupplices. Leuit. 23. de ſacrificio expiationis Leu. 23
dicitur: Affligetis animas veſtras & ſic C
offeretis holocauſtum. Omnis aīa quæ afflicta nō fuerit, peribit de populo ſuo. Hodie oblatum eſt hoc holocauſtum expiationis, pro omnibus Chriſtus oblatus 2. Par.
eſt, afflictus eſt, omnes affligendi ſumus 35.
2. Paralip. 35. Vniuerſus Iuda, & Hieruſalem luxerunt Ioſiā, & Hieremias maximè, cuius oēs cātatores, & cantatrices vſque in præſentem diem lamentationē ſuper Hiere. replicant, & quaſi lex obtinuit

Digitized by Google

A nuit in Iſrael. Si lex eſt in Iſrael Ioſiam
plorare, quò nobis lex non erit mortem
deplorare Chriſti? Hanc uerò legem fu-
turam, ut mors Chriſti deploraret̃, ſicut
Zac.12. Ioſiæ mors, oſtendit Zach. 12. Effundã
ſuper domum Dauid, & ſup habitantes
Hierl̃m ſpm̃ gr̃æ, & precũ, & aſpicient
ad me, quẽ confixerunt, & plangẽt eum
planctu, quaſi ſup vnigenitum: & dole-
bunt ſuper eum, vt doleri ſolet in mor-
te primogeniti. In die illa magnus erit
planctus in Hieruſalẽ, ſicut plãctus Ada
dremon in cãpo Magedon. i. in ciuitate
Adadremon, q̃ eſt in campo Magedon;
qui planctus fuit pp Ioſiam, quem ibi in
2. Pet. terfecit Nechao Rex Aegypti. 2. Cum er
35. go dicat Chriſti planctum ſimilem futu
B rum planctui Ioſiæ, manifeſtum eſt, hu-
ius legem obtinuiſſe, ſicut illius.

Et profectò nulla eſt doloris ratio, q̃
hæc in re maxima non ſit. Primò inno-
Eſa.57 cens, & iuſtus perit. Eſa. ait: Ne ergo di-
catur nobis, & non eſt, q recogitet i cor-
de ſuo. Iuſtũ perire impoſſibile putabat
Iob 4. Eliphaz Iob 4. Recordare, obſecro quis
innocens periit, & qñ recti deleti ſunt?
Hoc ipſum ſc. ſ. iuſtum, & innocentem
videre, in cuſtodia mœſtum tenebat Io-
Ge.40. ſeph. Geneſ. 40. dicente pincernæ: Fur-
tim de terra mea ſublatus ſum, & hic in-
nocens in lacum miſſus ſum: Indignũ
planè eſt iuſtum ligari, innocentẽ morti
addici, hoc ſumma cõpaſſione, ac cõmi-
ſeratione dignum. Sed hodie vniuerſa
Eſa.53 innocentis priuilegia tollunt̃, patiturq;
q pctm̃ non fecit, nec inuentus eſt dolus
in ore eius. Hinc Geneſ. 31. perſequitur
Gen.31 Laban Iacob innocentẽ. Et ille iuſtus cũ
C eſſet. cum iurgio tumens ait, Quam ob
culpam meam, & ob qd pctm̃ meum ſic
exarſiſti poſt me. Die, noctuque æſtu vr
gebar, & gelu, fugiebatq; ſomnus ab o-
culis meis, & ſic p 20. annos ſeruiui tibi.
Iuſtior multo Chriſti querela, quæ enim
domine peccata tua ſunt? Quid mali a
te mundus paſſus eſt, q ptranſiſti bene-
faciendo, & ſanando omnes oppreſſos a
diabolo, omnibus benefaciens, & tamẽ
Act.10 hodie morti addiceris? Summa ergo do-
loris cauſa nobis ſit, quod hodie inno-
cens, & iuſtus occiſus eſt.

Scdò verò dolorẽ augere ſolet, cũ oc- A
cidit is, q in te fuit maximè bñficus. Hac 2.Re.1
rõne Dauid ,puocabat Iſrael, ut Saulis
morẽ defleret, dicens: Filiæ Sion ſuper
Saul flete, q veſtiebat uos coccino in de
licijs, q pbebat ornamenta aurea cultui
vr̃o? Sed quanto excedant dona Xpi do
na Saulis, qs dicet? Ab eo hẽs naturalia
oĩa, ab eo item ſupernaturalia, nihil tibi Simile
bonum eſt, ꝙ non ab eo acceperis: ſum-
mè ergo de eius morte tibi dolendũ. Cui
adde, ꝙ cauſa tua morit̃. Si pp filij deli-
ctũ pater torqueret̃, ſi morti addiceretur
q̃to dolore filius afficeretur id videns;
Conſidera ergo Patrẽ futuri ſæculi, qui 2.Reg.
attritus eſt pp ſcelera nr̃a. Summo dolo 24.
re afficitur Dauid uidens populi interitũ
pp pctm̃ ſuum, & ait: Ego ſum, qui pec- B
caui ego iniquè egi, iſti qui oues ſunt, qd
fecerunt? Vertatur, obſecro, furor tuus
in me. An non nos ſimilia dicturi patri?
Ego dñe ſum, qui peccaui, ego qui iram
merui, Xps tuus, quid peccauit? Me cru
ci addicito, non illum. Tertio dolorem
auget grauitas dolorum eius, q moritur,
& ſumma eius derelictio. Duplex pecca
ti pęna rñdens duplici pctõ malo, auer-
ſioni pęna dãni, cõuerſioni pęna ſenſus.
Pro qbus, vt Xps ſatisfaceret, a pře, q cũ
eo, quaſi cum inimico ſe habuit, & a ſuis
derelictus ẽ, ut nullũ ei a pře, & ſuis leua
men eẽt. Inſup dolores ſuſtinuit inume
ros. Xps i paſſione ſua illud verè vſurpa Eccl.4.
re põt. Væ ſoli, qa ſi ceciderit, nõ hẽt ſub
leuãtẽ ſe. Primũ a ſuis derelictus eſt, Iu-
das vẽdidit, Petrꝰ negauit, oẽs relicto eo Pſ. 88.
fugerũt, ꝙ eũ ſũmo affecit dolore. Pſ.88.
Lõgẽ feciſti notos meos a me, poſuerũt
me abominationẽ ſibi. Noti mei, q me C
viderãt tot miracula faciẽtẽ, qb. ego tãtã
contuli pťãtẽ, qb. corpus dederã. Ecce ſi-
cut Saul relictus ſũ i media acie: ecce e-
greſſus ſum, ſicut aqla ad ,puocandũ fi- Deute.
lios meos, & ſup eos uolitãs expãdi alas 32.
meas: illi uero degenerarunt, & ſolẽ aſpi
cere renuerũt, ẽt cum eclipſim paſſus ẽ.
Quo diſcipuli ſine mag̃ro, quo oues ſine
paſtore? Vbi Petre, ꝙ dix iſti: Si oportue
rit me mori tecum, nõ te negabo? Vbi il
lud: Ad quẽ ibimus, verba vitæ æternæ Matth.
habes? Vbi Ioãnes, & Iacobe, illud, poſ- 26.
ſumus

Digitized by Google

A ſumus bibere calicẽ? Vbi Thoma, illud:
Ioan.6 Eamus, & moriamur cũ illo. Sed mini-
Ma.20 mũ hoc erat, ſi a pr̃e ẽt nõ deſereret. Hic
Ioã. 11 uerè dici põt: Væ ſoli licet.n. derelict⁹ nõ
ſit, quo ad vnionẽ, ſed relictus, quo ad cõ
ſolationẽ, & leuamẽ dolorũ. In me tran
ſierũt iræ tuæ, & terrores tui cõturbaue-
Pſ. 87. runt me, ait ipſe per Pſ. Quaſi dicat: Oĩs
ira, q̃ in pctõres theſaurizaueras, ac con
gregaueras, in me vnũ effudiſti, & quaſi
cum inimico erga me te habuiſti: quare
Eſa.43 me dereliquiſti? cũ dixeris per Eſ. Cũ trã
ſieris p aquas, tecũ ero, & flumina non
operiẽt te: cũ ambulaueris in igne, nõ cõ
bureris, & flãma nõ ardebit in te, qa ego
dñs Deus tuus. Meus es tu: quare ergo
B me dereliq́ſti? Qui Danielis recordatus
es in lacu leonum, q Suſãnę iã iã lapidan
dæ accurriſti, quare oblitus es mei: Pęnę
verò ſenſus Xp̃i explicari nõ põt. Quia
.n. oĩ ſenſu delinqmus, oĩ itẽ ille punitus
fuit, quia ſummè delinqmus, ſumme ille
afflictus eſt: Vt leniatur oculorũ nr̃orum
ſatisfaciat, oculi eius torquẽtur viſa mr̃e
dolẽte, & diſcipulo, tot ẽt duriſſimis ini-
micis inſpectis. Vt pc̃tis a nobis auditu
cõmiſſis, auditu innumera opprobria, at
que blaſphemias pcepit: vt pc̃tis guſtus,
guſtauit fel, & acetum, ut pc̃tis tactus: in
numeri ĩ corpore dolores, a plãta pedis,
Eſa. 1. vſq; ad uerticẽ capitis nõ eſt ĩeo ſanitas.
Oẽ caput tuũ dolet, leuamen eſt, manus
pedes, & reliqua mẽbra dolore non affli
gi: ſed qui oĩ parte corporis dolet, miſerè
profectò torquet̃. Verè Xp̃s uir dolorũ
Eſa. 53 factus eſt, qa plenus dolorib. & quacun-
C que eum parte inſpexeris, nihil uidebis
p̃ter dolorem. Sed qua rõne dñe tot ſuſti
nes dolores? tot toleras paſſiones? ut ni-
hil in te ſit ſine dolore? Vt pc̃tã perſoluã
oĩa, q̃ oĩbus hoĩum mẽbris perpetrãtur.

Quartò tãdem in morte alicuius ma-
ximè dolere ſolemus pp perſonę excel-
lẽtiã, & mort s acerbitatẽ. Exeamus er-
go conſideratione, & uidebimus ſpecio-
ſum forma p̃ filijs hoĩum, qui flos mũdi
eſt, & optimum eius corona capitis nr̃i.
hac parte filiũ unigenitũ ęterni patris, il
la uerò filium unigenitum principis Ma
riæ. Intuebimur ſpecioſum Abſalon vni
cè patri dilectum ex arbore pendentem,
non ut inobedientem Abſalon, ſed ut A
obedientiſſimum Iſaac. Attendamus
mortis ipſius acerbitatem, & abiectio-
nẽ. Abiectiſſima oĩum morte ligni, ſ. mo
rit̃ in medio monte, ubi ſolo cęlo coope-
rit̃. Lectus, quo decumbit, aſpera crux.
Vltimus cibus, & potus ſub hæc, qui ei dan
tur, fel, & acetum. Miniſtri eum circũdã
tes crudeliſſimi inimici. Verba conſola
toria, q̃ audit, verba ſũt blaſphemię. Cer
uical, quo laſſum caput reclinet corona
ſpinea. A pr̃e deſertus, ac diſcipulis dere-
lictus: & deniq; oẽs in illum inſurgũt, ſi
ne ulla cõmiſeratione, aut dolore. Qua Pſ. 21.
rõne, ille ait: Vermis ſum, & nõ homo.
& ſicut aqua effuſus ſũ. Sicut.n. uermis Simile
ſine cõpaſſione occidit̃, & aqua ſine do- B
lore effundit̃, ita effuſus Xp̃s eſt, ita inte
remptus, & fratres eius, quos innume-
ris beneficijs ſibi deuinxerat, eũ tradunt
gentibus. Quis te vẽdit optimè Ioſeph?
quis te tradit Iſmahelitis? Ibat Ioſeph q̃
rens fratres, ut eos uiſitaret, & alimenta
deferret, pulcherrimis aſpectu, alacer,
vt fratres videret. Quo pergis Ioſeph? Ge. 37.
fratres meos quęro: dulceſcit in ore eius
hoc uerbum fratres. Sed, ò Ioſeph, a fra-
tribus capieris, & venũdaberis. Fieri ne
põt, ut fratres mei, tam ſit in me crude-
les? Vtiq; ſummus hic mihi dolor eſt. Si Pſ. 45.
inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſti-
nuiſſem utique, ſed ꝙ fratres mei, duriſſi
mum eſt. Oĩb. ergo noĩbus de Xp̃i mor
te nobis dolendum eſt, tã.n. acerba fuit,
vt ipſi lapides eã ſenſerint, & fracti tãto
dolore ſint, & ipſi cęli triſtitiã teſtati ſint
tenebris, ut uideas, q̃ ſit duro corde, qui
doloris affectu non tãgitur. Optimè D. C
Bonau. Promiſeras dñe. Auferã a uobis D. Bo.
cor lapideũ, & dabo uobis cor carneum. Ez. 11.
Sed modo dñe, diuerſum ego peto, au-
fer a me cor meum carneum, & da lapi-
deum: quia lapides in tua paſſione fran-
guntur. Si fuerit mihi cor lapideum frã-
getur, carneum verò meum durius eſt
lapide, qd non frãgitur. De paſſionis ve-
rò hiſtoria illud primo nobis conſiderã-
dum eſt, qd D. Bonau. dicit factũ a Xp̃o D. Bo.
dño, ut matri aperiret paſſionem ſuam,
ab eaque peteret ueniam, ut pateretur.
Lex amicitię ea eſt: Cũm tuã tracta cum

Digitized by Google

A amico tuo, q̃ ſic Deus cũ amicis ſeruat,
Pro.25 vt dicat ſe aliter facit non poſſe. Vñ ait.
Ge.18. Nũ celare potero ſeruũ meũ Abrahã, q̃
geſturus ſũ? a nulla.n.amicitiæ lege libe
rũ ſe uoluit eſſe. Sed dñe, vide qd agas,
cũ mr̃i tuæ paſſionẽ tuam reuelare diſpo
nis. Hic.n.maximè locũ hẽt illud,q̃ de
Beniamin dr̃,cum aĩa illius ex aĩa filij pẽ
Ge.44. deat: Deduces canos eius cũ mœrore ad
inferos. Sed adhuc Mariæ dãdũ hoc nun
tiũ eſt. Primũ qm̃ ſanguis Xp̃i Mariç ſã
guis eſt,ex eius puriſſimis uiſcerib.aſſũ
ptus,uñ iuſtè ab ea petit facultas,ut fun
dat. Scdm,quia hoc Mariç futurum erat
martyriũ, quo ſup oẽs martyres meritò
eſſet collocãda, & occaſio ſũmi meriti il
Ioã.14 lius. Si.n.tm̃ eſt martyris meritũ,cũ uitã
B ꝑ Deo ꝓfundit,qua charitatẽ nullã ma-
iorẽ Xp̃s dicit,pluris meriti Mariæ fuit,
cũ uitã filij expoſuit ꝑ Dei gloria,& mũ
di ſaluti,q̃ ſi mille uitas proprias expone
ret,plus.n.filij uitã diligebat,qui propriã
Lu.22. abſq; numero,atq; menſura. Sic ergo eã
Xp̃s affatus eſt: Aduentus mei in mun-
dum cã tibi nota eſt,& opus,qd mihi mã
dauit pr̃: etenim ea,q̃ de me ſcripta ſunt,
finẽ hẽnt. Aduenit iam tp̃s,quo mundus
redimendus eſt,& a ptãte dęmonis eruẽ
dus; tempus eſt,ut reuertar ad eũ,q me
miſit: ſatis eſt tibi,qd 33.annis me fruita
fueris,& poſtea in æternum me frueris,
nunc uerò ad pr̃em remeandum eſt,pfi-
ciẽdum mihi opus eius: ſed hæc oĩa mor
Eſa.53 te mea cõficienda ſunt. Ego ſum radix,
cui nõ dẽt eſſe ſpecies,neq; decor. Vnde
C oĩs Eccleſiæ pulchritudo pullulare dẽt.
Iam ergo acceſſit tp̃s tibi a Simeone di-
ctũ,cum ponendus ſum in ſignum, cui
contradicetur,& doloris gladius pertrã
ſibit aĩam tuam,& ad menſuram ſãgui
nis mei effundẽdæ erũt lachrymę tuę.
Soluendum mihi eſt immenſum debitũ
humani generis, unde omnis a me fun-
dendus ſanguis eſt, qui pretium eſt, &
fiam vir dolorum, vt omnibus peccatis
diluẽdis ſit ſatis,ad hoc capiendus ſũ,fla
gellãdus, coronãdus,cruci deniq; affigẽ-
dus. Qualis nunc his auditis fuerit Ma-
Augu. rię dolor qs explicet. Aug.de ſpaſmo vir
ginis magna dixit. Cum.n.ſumme agno
ſceret Xp̃i maieſtatẽ,potentiam,atq; glo
riam,qñ cum eo conferebat Xp̃i igno- A
minias,atq; paſſiones,quaſi extra ſe fie-
bat dicens: Fieri ne põt Deũ mori? vitam
morti eſſe obnoxiam? maieſtatẽ infini-
tam contemni? vere virgo ſanctiſſima Can.2
modo es uelut lilium inter ſpinas. Cre-
ſcit roſa,creſcunt ſimul ſpinæ, quia quo
magis paſſioni Xp̃s ꝓpinquat,eo timo- Simile
res mr̃is creſcunt. Nouerat.n.illa filium Iob 26
in paſſionem tendere. Ante ergo fuiſti,
ò beata virgo, quaſi obſcura nubes aqua
plena. Sed adhuc ligata erat aqua in nu-
be,nunc uerò flauit ſpũs eius, & fluent
aquę lachrymarũ flumina ab oculis Ma
riæ procedunt. Audit vxor Phinees arcã
dñi captam,& p̃ triſtitia moritur ſine du
bio maiori dolore Maria corripitur, &
qui ſufficiens eſſet illam interimere, ſed
Dei uoluntate conſeruatur, & Dei agni B
ta uoluntate ait: fiat mihi ſm verbũ tuũ.
Si ita æternus pr̃ diſpoſuit,fiat uoluntas
eius: ſi ad mundi ſalutẽ hoc neceſſarium
eſt,non mea,ſed tua uoluntas fiat.

Facultate ergo a matre obtẽta, ad cœ- Ioã.14
nã uenit Xp̃s,qua peracta ait: Vt cogno
ſcat mundus,q̃a diligo patrẽ,& ſicut mã
datum dedit mihi pr̃,ſic facio,ſurgite, ea-
mus hinc,in hortum, ſ. vbi capiẽdus ſũ.
Iam cor regium amore plenum Xp̃s o-
ſtendit, cor intrepidum ad omnia para-
tum pro patris gloria,& hominũ ſalute.
[Egreſſus ergo Ieſus cũ diſcipulis ſuis.]
Procedit,quaſi gallina pullis comitata,
& qui ante ei fuerãt ſolatio, dũ uiueret,
nunc ei dolori ſunt,dũ uidet eos, orpha-
nos manere, & quaſi oues ſine paſtore. C
Sed dñe, qd pau dos diſcipulos tecũ du-
cis? Voce pconis dicebat in caſtris ante De.20.
diem belli,quis eſt hõ formidoloſus, &
corde pauido,vadat, & reuertat ī domũ
ſuã,ne pauere faciat corda fratrũ ſuorũ,
ſicut ipſe timore pterrit⁹ eſt. Vt qd ergo
dñe in bellũ procedens pauidos diſcipu
los tecum ducis, q te cõtinuò deſerent?
Vtiq; uteſtes ſint doloris eius. Procedit
ergo, Chriſtus in mortem, nec detinuit
eum ordinatio teſtamẽti, cũ diſceſſurus
erat,bona enim temporalia nulla habe-
bat. Nudus, & pauper natus eſt Iob no
ſter,& nudus moritur,in uita nõ habuit Iob 1.
etiam illa, quæ hẽre ſolent bruta. Vul- Mat.8
pes

Digitized by Google

A pes foueas hñt,& uolucres cęli nidos,filius aũt hoĩs non hẽt, ubi caput ſuũ reclinet. Corpus ſuum,& ſanguinẽ iã nobis in cœna tradiderat,uitã ſuã nobis dedit in meritum,& exemplũ. Bona cœli, quorum dñs erat, in ꝑdicatione ꝓmiſerat,& teſtõ nobis legauerat: ꝙ ut ipleatur, procedit in mortem,qua teſtm̃ cõfirmatur. [Et ingreſſus eſt in hortum] ꝓcedens in certamen contra mortem. Eligit ille certaminis locũ,concedens morti,vt eligat arma,q uoluerit, opprobria, clauos,flagel.a,ſpinas, crucẽ. Sed eligit hũc locum certamini,ut vbi mors primũ Adã deiecit,ibi ſcđs eã vincat, & ad hunc hortum,vt veniret, illum ſpõſa in
Can.4. uitarat,dicens: Veniat dilectus meus in hortum ſuum,& comedat fructum po-
B morũ ſuorũ. Fructus horti illius ſpinæ
Gen.3. ſunt. Spinas, & tribulos germinabit tibi. Hic fructus in hoc horto a Xp̃o dño guſtatur. Vide dñe mi, quo ingrediaris.
Gen.3. Cherubim.n. ſtat ad oſtiũ paradiſi hñs gladiũ flãmeũ, & ſic ingrediendum tibi eſt p ignẽ,& gladiũ: Ex loco hoc iam cognoſcere poteris,q̃ tibi ſuſtinenda in eo ſũt,cũ ſis ſcđs Adã. In horto cõmiſſa eſt culpa,in horto pęna perſoluetur. in horto terribiliter loquẽs Deus Adæ, ei timorẽ incuſſit:in horto diuina iuſtitia pauere,& tędere te faciet, in horto indutus ẽ Adã ueſte abiecta,& corruptibili, hic tu veſtieris ſanguine in horto irriſus eſt
Gen.3. prior Adã. Ecce,Adã quaſi unus ex nobis factus es:in eo ſcđs irridebit, capieť, & fiet quaſi unus ex nobis,dum ad eum exeunt tanq̃ ad latronẽ. Hæc, & ſimilia Xp̃s cogitans cępit pauere,& tędere, & ait,diſcipulis [Triſtis eſt aĩa mea uſque
C ad mortẽ.] Ex multis tanta ꝓceſſit triſtitia:ſed ꝑcipuè ex oĩb. hoĩum pc̃is, q̃ ibi uidit tanq̃ ſua, & ibi pro oĩb. ſatisfecit. Cũ diuino lumine mẽs illuſtrať, & Dei magna dilectione afficitur,in ſe uerò cõuerſa videt graues Dei offenſas, triſtať maximè,dolet,ſeque uellet diſcruciare. Hic vero dolor ex duobus naſcitur, ex Dei amore, & ex peccatis ĩ eũ admiſſis. Duo hæc in Xp̃o ſumma nunc erant: amor eius in patrẽ immẽſus, culpę toti⁹ generis humani,quas ꝓprias reputauit,

innumeræ,ac grauiſſimæ. Poſuit in eo A
Deus iniquitates oĩum nr̃m. Ex hoc ſeqť Pſa.53
Xp̃i dolorẽ,ac triſtitiã ſuperare oẽ illud, ꝙ humano ingenio dici, aut excogitari põt. Hinc ò diuinę pęnitẽs ortũ habuit, vt uniuerſam vitã aſperã duxeris,& nũc i flagella,ſpinas,& crucẽ te dares. Hinc nunc cępit pauere,quaſi uidens horribiles uiſiones. Vidit.n. vniuerſa pc̃ã fœdiſſima,nõ operta dulcedine, ac delectatione,ut nos ea intueri ſolemus,ſed ut in ſe ſunt abominanda. Vidit ibi mortẽ ſuã, & vniuerſa eius tormenta. Vidit inſuper paucis fructũ tãtorũ laborũ ꝓfuturũ paucos,denique fore, q tot eius labores participẽt. Vidit vnicã ſanguinis ſui guttã infinitis mundis redimẽdis ſupereſſe, & cũ uniuerſum funderet,paucos hominum eo remedio ſanandos. Vidit Iudęo B
rũ reprobationẽ,Iudæ proditionẽ. Hinc ait:Triſtis eſt aĩa mea uſq; ad mortem.

[Et ꝓgreſſus puſillũ, ꝓcidit in faciẽ ſuã.] Primũ ꝓcidit in faciẽ:cum.n. pſonam agat oĩum pc̃orum,& in ſe videat vniuerſa hoĩum pc̃ã,faciẽ i terra abſcõdit,& quaſi,non audet illã in cęlũ leuare. Non ſolũ habitu inuentus ut hõ, ſed in ſimilitudinẽ carnis peccati,& pſonã peccatorũ agens ſignis,& actione erubeſcẽtis uſus eſt. Publicanus nõ audebat ocu- Luc.18
los in cęlũ leuare pp conſcię teſtimoniũ quo nouerat ſe offendiſſe dñm cęli. Sic ſe Xp̃s dñs hẽt,vnde & loqtur:Tota die Pſ.43.
verecundia mea contra me eſt,& confuſio faciei meæ cooperuit me. Proprium hoc eſt ueri pęnitentis, non audere corã offenſo cõparere, ut oſtendit Magdale- Luc.7.
na accedens retro Xp̃s ergo innocentiſſimus eã pſonã pc̃oris,quã ſuſcepit,in ſe exprimẽs,corã patre ſuo ueniens ꝓcedit C
nõ audẽs oculos ad eũ leuare Sed ò dñe eleua faciẽ tuã in cęlum,nunq̃.n. proditor fuiſti,nec aliqua tibi cauſa eſt confuſionis In cœlos oculos leua, qa tui ſunt. Hoc Xp̃s fecerat,cũ ſe innocẽtẽ pſtabat & patri æqualẽ:nũc verò [illegible] verecundať,& ꝓcidit. Procidit ſicut ſer Mat.18
uus dẽns decẽ millia ta'ẽta,qui orat:Patientiã habe in me: & ſicut Heſter uiſa Heſ.15
maieſtate,& ſeueritate Aſſueri,cadit i faciẽ,ſic Xp̃i humanitas uiſa pris iuſtitia.

Digitized by Google

A Secundo ꝓcidit, terrā amplexatus, q̃a ab ea diſcedere uult ſm cōem vitā, quaſi eradicat. Diſcedo a te, o amica terra, ad quam ſummo amore deſcendi, in qua ſūma dulcedine conuerſatus ſum, cū deliciæ meæ eſſent cum filiis hoīum verſari, iā tps eſt, ut reuertar ad eum, qui me miſit. Diſceſſus meus non ex ira, ſed ex amore ꝓcedit, tui ego in cęlis memoriā jugē habebo. Et tertio in terram ꝓcidit, quaſi eā defendere volens, & tueri a patris ira, ut in eum prius Dei ira deſæuiat q̃ in eā. Queadmodū.n. cum in aliqua ri-
Simile xa cadit alter eorum, q rixantur, cū inimicus accedat, ut eum cum terra confodiat, accedit aliquis amicus eius, & ſup eum, q cecidit, ſe proijcit, ut inimicus videns inimicum ab amico protectum, ab inimici vindicta arceatur, ne amicū feriat,
B ſic Xps dñs hac exteriori compoſitione corporis oñdit, ꝙ oīno intus agebat, uidēs.n. humanū genus deiectum, & in terram ſtratū, iramq; Dei in illud deſæuientem, ille ſe propoſuit medium, ſtans oppoſitus cōtra Deum, ne diſſiperet terrā, ſed ſumma Dei ira non hoc facto ceſſat, ſed in mediatorē deſæuit, qui eam defendit, pp ſcelus populi mei pcuſſi eū.
Pſ. 53. Sic verò procedens orat. [Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte.] Aduertamus orationē ſublimē, & eloquentiæ ſummum artificium, ꝙ excogitare non valerent ſupremi mundi eloquētes, quo apparet Xps ſapiētia patris, & ſimul oñdit affectum maximum interiorē, uerba adinuenire, quibus ſe explicet, & maximè cōpoſita, ꝙ ſi aliq̃ņ obtineri poſſet, ꝙ petebatur, hac oratione obtineretur. Primū bñuolentiā captat uoce, ac noīe patris. Pater uerbum eſt amātiſſimum,
C verbū ꝙ oēm lenit duritiam in eo, à quo perimus, ꝙ in fiduciā erigit orantem. Pater agnoſco te patrem meum, agnoſce & tu filium, & oſtende, ꝙ pater ſis in eo, ꝙ nunc peto, licet enim exterius me videas i veſte peccatoris, tñ filius tuus ſū. Semper ergo pater gloriatus ſum me filium tuum eſſe, & te patrem habere, & quia me dixerim filium tuum, inimici
Ioā. 17 mei indignati ſunt, & q̃runt aīam meā.
Ge. 27. Pater ego ſemp filium tuum me pręſtiti quærens non gloriā meā, ſed tua, pater, manifeſtaui nomen tuum hoīb. agnoſce ergo filium tuum. Licet.n. manus uideantur eſſe Eſau, uox tñ Iacob innocētis eſt, oñde ergo pr te eſſe patrem in eo ꝙ nunc peto. Alium titulum tibi non ꝓpono, q̃ ꝙ pater ſis. Qđ a te nunc peto, eſt, tranſeat a me calix iſte. Si huius rōnē q̃ris, uide calicē, & attēde, qs ego ſim. Flagella in me cur pater? corona ſpinea in capite meo cur pater? alapæ in meam faciē cur pater? Saliuæ in faciē meā cur pr? ſed, ſnia mortis, locus malefactorū, blaſphemiæ, crux, claui in me cur pater? Conſidera calicē, & reſpice in me, & videbis eū mihi non cōuenire. In peccatores meritò hæc mala ueniunt, ſed in me Ioan. 8
q non peccaui, cur pr? Multa bona opera ego feci, pp ꝙ horum uis me pr lapidare? Si q̃a mortuos ſuſcitaui, cęcos illuminaui, ſp tibi obediens fui, ſi pctm eſt, ſp q̃ſiſſe tuā gloriā, nomen tuū mūdo manifeſtaſſe, hæc pctā ego feci, ſed iſta pctā non ſupplicia, ſed ſummā gloriā meren- Ro. 2.
tur, gloria, & honor in oēm aīam hoīs operantis bonum. Alia peccata bene tu noſti pater me nō admiſiſſe, ſed nec cogitaſſe q̃dē, qua ego rōne amor tuus uerſus eſt mihi in iram, & ille, a quo ex iuſtitia poſſum exigere bona multa, mihi adhibet ſupplicia? Si dixeris mihi pater, hoīes hæc mihi inferre ſupplicia, nō te, iā noſti mi pr nō eſſe ptātem aduerſum me vllā, niſi a te detur, poſſeq; te ſolo intuitu inimicos pdere. Si mihi dices ò pr, vt hoīum amore ego moriar, quid ego illis debeo, vt ꝓ eis talia patiar? Ingratiſſimi mihi fuerūt, odio habuerunt me gratis. Si dicis mihi ò pr rē hanc ad te nō ptinere, nec tuum eē ſuccurrere afflictis. In te ſperauerunt patres noſtri, ſuperauerunt C
& liberaſti eos, exteris auxiliū nō negaſti petētib. q̃ņ filio negare poteris? At- Pſ. 21.
tende an oratio Xpi potens, & efficax ſit, & ſine dubio deliberata uoluntate offerretur, obtineret, q̃ petiit. Sed nō uult Xps, vt hæ illi rationes ſuffragentur, ſed nunc eas uult obliuioni tradi, mortique ipſum addi, ſicut pater vult. Fuit uerò oratio illa non ex libera, & determinata uoluntate procedēs, ſed naturalis appetitus,

petitus,

Digitized by Google

A petitus, & uoluntatis ẽt motus an plenũ deliberationẽ a morte liberari uolentis. Deliberata verò uoluntate dicit, ꝙ ſequ-tur: Veruntñ non mea uoluntas, ſed tua fiat. Cõtigit hac in re Xpõ dño, id qđ in firmo accidere ſolet, q nouit ſalutẽ ſuam in eo ſitã eſſe, ſi amarã ebibat potionem, & amore vitæ illã petit, ſed cum eã manu tenet, videns eã turbulentã, & amarã nimis horreſcit, & eã vitare conatur, deinde petit, & iterum horrore moueť, ſed tandẽ amor uitæ vincit, & potionẽ oẽm bibit. Nullus ſic ſuã uitã diligit, ac Chriſtus dñs noſtrã dilexit, ad quã neceſſaria erat amára illa potio ab eo bibẽda, eam iam petit, iam videns prope horret naturali appetitu, ſed tãdem pfecta charitas foras mittit timorem, & eam ebibit
Simile

B vſq. ad fęces. O dulciſſimè aĩarum amator, amor te deuinciuit, ut è cęlo deſcenderes, idem efficier, ut calicẽ bibas. Calix in manu domini vini meri plen⁹ miſto.

[Et factus eſt ſudor eius, quaſi guttæ ſanguinis decurrentis in terrã.] Cum.n. dicebat, calix iſte perfectiſſima cogitatione vniuerſa paſſionis ſuæ tormenta ad viuum exprimebat, ſimulq. oĩum hominum peccata mente uoluens tãta, ac tali anxietate præmiť, vt ſudore ſanguineo maduerit copioſo, tanto ardebat ſanguis deſiderio effuſionis ſuæ ꝓ nobis, ut intra venas contineri non potuerit, ne exiret, & antequã inimici eum educant tormentorumvi, ille voluntáriè prodijt. O ſanguis tot annis deſideratus in mũdo, & expetit⁹, quẽ ſignificabat ſanguis omnium ſacrificiorum, a quo illa ualorem mutuabant. O Dauid, quis ad te ſitientẽ

C accederet, cum dicebas: Sitiuit aĩa mea
Pſa.41. ad Deum fontem uiuum. Ac ſi diceret. Iam fons emanat, accede, ut bibas, q̃ prope rè curreres, dicens: Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita
Pſa.41. deſiderat aĩa mea ad te Deus. Hoc ego
2. Pa.11 deſiderabam, qñ aquã de ciſterna Bethlehemitica petebam. Sudat ergo Xp̃s, ut nos liberet a dãnatione ſudoris; quã oẽs
Gen.3. incurrimus peccato. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Gen.6. Aperti ſunt
Gen.6. fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cœli apertæ ſunt, & factum eſt diluuium: Sic

modo ĩ Chřo dño effectum eſt, flumina, A & fontes emanauerunt abundanter, & nubes pluuiã dederunt, & ecce diluuium ſanguinis, qm̃ ex terra vniuerſa peccata, ex cęlo ira, & iuſtitia in Chr̃m irruerũt, & factus eſt ſudor eius ſanguineus.

[Apparuit ei Angelus cõfortans eũ.] Luc.1.
Creditur fuiſſe Gabrielẽ. Sed quid hoc æterne pater? Loqueris ad filium tuum in baptiſmo uerbis amoris, & dulcedinis, qñ te ille non vocat, ſiřr in transfiguratione eius, uitam, & doctrinam approbans, modò verò cum in tanta anguſtia te uocauerit, ei non rñdes, ſed per nuncium ad eum mandata das? Nunc, ut cũ inimico cum Chřo dño agitur. Sic ergo eum alloquitur Angelus: Cęli princeps, pater æternus me ad te legatum mittit, dicitque oronem tuam ante eum perueniſſe. Cui ille rñdet, tripliciter oronem tuã intelligi poſſe, cũ dixiſti: Trãſeat calix iſte. Si.n. dñe petis, ut tranſeat, ut veniat cito, nec differatur: rñdet pater, ſic continuò faciendum, ſed non tam uelociter, quin prius, q̃ tranſeat, per delicatiſſimam tuã carnem tranſeant innumera flagella, per caput multæ ſpinæ, per manus, & pedes claui, per vniuerſum corpus innumera tormenta, & ſanguinis riui plurimi. Prius pertranſibis ciuitatem cruce onuſtus. Si uerò petis, ut ptranſeat calix iſte a te ad tuos, fructus, ſ. huius paſſionis det veniã peccatorib⁹, grãm iuſtis conſtantiã martyribus, ita dñe hoc fiet, ſed bene noſti amarã potionẽ membris prodeſſe non poſſe, niſi prius caput illã bibat. Ideò bibe calicem amaritudinis, & mẽbra dicent: Calix meus inebrians, q̃ præclarus eſt. Si verò orone tua petis mortem, paſſioneſq; non ſubire, rñdet pater æternus, non obſtante appetitus, & voluntatis inclinatione naturali, uoluntatẽ eius eſſe, vt patiaris. Sentẽtia hęc lata eſt a te in concilio Trinitatis, & uoluntate tua p prophetas mundo nunciata. Ad id verò, ꝙ in orone dixiſti, q d ad te ptineret hic calix, cum innocẽs eſſeſ, rñdet př non hanc in te ferri ſnĩam pp pctã tua, ſed pp aliena, q̃ ꝓpria reputaſti: Nõ ꝙ illũ tu offẽderis, nũc.n. ſicut añ ſæpe ille fateť, te tuaq. oĩa infinitè ei pla-
Ma.17.
B
Pſa.22
C

 cuiſſe,

A cuiſſe, & ob id tibi ad dexterã ſuã ſedẽ p paraſſe, & nomen tuũ exaltare pollicet̃ ſup oẽ nomẽ, ut ei oẽs genu flectant: ſed via ad hæc oĩa mors eſt. Ad id verò, ꝙ dixiſti, quid hoĩes tibi eſſent cõmeriti, vt ꝑ eis talia ſuſtineres, rñdet pr̃, mortẽ tuam nullo m̃õ in eorũ merito fundari, impoſſibile.n.erat tantã rem mereri hoĩes: ſed in tua, & patris mẽa, debereq́; te agere, quaſi Deũ, & Dei filium, eoq́; glorioſius hoc opus eſſe, quo minus illud hoĩes me rent̃. Inſuper memor eſto, nec ſanctiſſimã tuã matrẽ, nec vllum hoĩem cœlum intraturum, niſi tu moriaris. Summum amoris, & obedientię argm̃, vſq; ad mor
Ap.13. tẽ datum nõ eſt: nec aliter vmbræ legis,
B & prophetię implebunt̃, niſi morte tua.
Eſa.53 Et ſup oĩa vrget promiſſio à te facta moriendi, qua rõne diceris occiſus ab origine mundi. Ideo eſto fidelis, vſq; ad mortẽ, & dabit̃ tibi corona vitæ. Si poſueris pro pc̃tõ aĩam tuã, videbis ſemen longæuum. Et tandẽ Pater æternus hoc præcipit abſoluto, & obligante præcepto, & benedictionẽ ſuã mittit, ut hoc bellũ ingrediaris, & ut amorẽ in te illius uideas: arma quidem, quib. intraturus bellũ es, ad te mittit. Cum ſis rex regum, uiſũ eſt, patri tuo, induaris tãquam rex. Ecce coronã ſpineam tuo capiti impõnẽdam, & tam ſpinis plena eſt, ut nullus uentus eã à capite tuo ualeat dimouere. Flagella hæc veſtis ſunt, qua a capite ad pedes, vſque cooperiendus es, & his acubus ornabit̃ mille, i. laboribus, vt ditiſſima ſit
C ſuper oẽs ueſtes regias. Hac fune ligandus es & cingendus ſtrictè, vt iuſtitia iuſtiſſima tuos redimas. Hæc crux equus erit, in quo inimicos ſuperabis, & aciem eorum diſrumpes, & hi claui te figent in equo, vt in eo ſis ſecurus. Lancea iſta vltimum armamẽtum erit, qua cum uſus fueris, iã inimici tui ſuperati erunt. Hac veluti claue aperiet̃ arca theſaurorum Dei, hęc fontẽ in te aperiet, in quo lauentur maculę filiorum Adam. Iam inimici tui ueniunt, ad eos ꝓcede in fortitudine tua. Hæc Angelica confortatio in figura
3.Reg. præceſſit Eliæ 3. Reg. 19. Cui quidẽ dor-
19. mienti ſub vmbra iuniperi apparens dicit Angelus. Surge, comede grandis tibi reſtat uia. Surge dñe, qui in conſideratione paſſionis es ſub ſpinoſa Iunipero, grandis tibi, uſq; ad Caluarium uia reſtat Gedeoni & paranti fugere Madianitas, ap- Iud. 6.
paret Angelus, eum confortans. Vnde ſurgens, qui prius fugã meditabatur, vicit inimicos. Vade, ait, & in hac fortitudine tua liberabis Iſrael de manu Madiã. Sic Xp̃o meditanti fugã mortis. Angelus apparet, eum confortans, ſicq́; hoſtes aggreditur. Ter ad diſcipulos uenit, ſed dormiunt, nec eũ ſolant̃. Sed iam tertio ad eos ueniens, ait: [Ecce, qui me tradit.] Et uenit Iudas cum cohorte, ut eũ capianr. Dum hęc myſteria in horto gerũtur, Iudas ad Phariſæos uenit, & oblitus oĩum beneficiorum Xp̃i, eũ inimicis B
uenundat. Sed, ò hoĩum ſceleſtiſſimẽ, uide, quid agas. Vendis.n. creatorẽ tuum, patrem, magiſtrum, fratrem, & ſummũ benefactorẽ, q in te plurima contulit beneficia: Apoſtolum te fecit, principẽ ſup oẽm terrã, prætem dedit miracula patrandi. Et ſi priſcorum oblitus es beneficiorum, eoum ſaltem recordare, q̃ hac nocte tibi præſtitit. Corã te genua flexit, pedes lauit & lachrymis, eos oſculatus eſt, corpus dedit tibi, & sãguinem; qđ tm̃ eſt donũ, ut illud non obtinuerit obediẽtia Abrahę, manſuetudo Dauid, nec religio oĩs antiquorũ patrũ. Proditionẽ tuã noluit apire, q̃ ſi noſſent diſcipuli, te diſcerpſiſſent. Cõſidera, qa a principe, & iudice mũdi deficis & uiliſſimũ dãnatorũ te cõſtituis. Qđ ſi hęc oĩa nõ te m onent, recordare obſecro mr̃is illius dulciſſimę, q̃ C
eũ genuit, & in utero nouẽ mẽſib. portauit, noli uẽdere unigenitũ eius, nullũ.n. Iob 28
ei aliud reſtat bonũ, ſi hoc ei auferas. Qđ Ma.13
ſi eũ uis uẽdere, vẽde, ſed vbi agnoſcit̃ ptiũ ei⁹, ut tibi ꝙ iuſtũ eſt, ꝑ eo reddat̃? nõ inuenit̃ i terra ptiũ eius, nemo nouit filiũ, niſi pr̃. Vẽde eũ i cęli platea pr̃i ei⁹, & angelis Dei, et ptio ei⁹ diues eris i ęternũ, ꝙ ſi i terra illũ vẽdere vis, vẽde illũ mr̃i ei⁹, ille libẽter emet, et ſi vẽdet, vt illũ emat: ſemel illũ redmit 5. ſiclis, nũc iterũ emet quocũq; ptio. O cęli regina, Angelorum dña, uide, an velis filiũ tuũ emere, adiuua nũc illũ, eũq; eme, ne inimicis diuendat̃. Recordare, qm̃ in matrem te elegit, in ui ſceri-

A ſceribus tuis nouē mēſibus fuit, reſpexit humilitatē ancillæ ſuæ: beatā te fecit ſup oēs mulieres, integrā te ī partu cōſeruauit: lac tuū ſuxit: tanq̃ matri ſp tibi detulit. tam ad Iudę pedes, in faciē cade, oſculare pedes eius lachrymiſq; riga, roga illū, ut ibi filiū uendat, & ꝙ in nūmis tibi deeſt, lachrymis ſolue. Qđ ſi vt auar⁹ pecuniā deſiderat, ora eū, vt tibi uendat eo ꝑtio, quo inimicis uēdit, & cū de uēditione pactū fuerit, cū adeo paup ſis, & pauptatem colueris, vt 30. argentei tibi ñ ſint, pſonā pconis age, & eleemoſynam pete ad captiui redēptionē. Dic ad hoies: Miſeremini, ò hoies hois pauperis, q nō deſpicit clamorē pauperū, cui⁹ oculi in paupērē reſpiciūt, condonate mihi 30. argenteos, ut filiū emere poſſim. Qđ ſi hominum
B duritics tāta fuerit, vt tibi nō ptēr 30. argēteos, ad cæleſtes ſpūs ꝑpera, & ab eis pete, vt tibi auxilio ſint, vt filiū tuū, & eorū dnm emere poſſis. Sed nō pr̄i, nō matri, non amicis, ſed inimicis. Xp̄s vendi vult, ut ꝓ nobis mortē ſuſtineat. Accedit ergo Iudas cum cohorte, ſalutat Xp̄m, oſculat̃, cadit retrorſū, & tādē Xp̄s dn̄s capit̃, & funib. ligat̃, vbi primū a ſuis derelinquitur oib. fugiētibus, deſertus. n. ē a patre, qui prima cā eſt, non mirū ſi deſerat a ſeruis. Percute paſtorē, & diſpergent̃ oues gregis. Capit̃ ergo, & acceptis
Zac. 13
C ſacratis illis manibus, q̃ paulò ante tot fecerunt mirabilia eas ligāt ita ſtrictè, ut ſanguis erūpat. Oēs impetū faciūt in eū, in terrā deijciūt, calcāt, dilaniāt, capillos, & barbā euellunt, alapis, & pugnis cædunt. Miſerere, ait, mei Deus, qm̄ cōculcauit me hō. En arca Dei capta eſt, ꝙ audiēs Heli retrorſum cadēs expirauit. En Ioſeph in uincula conijcitur, ꝙ adulteræ cōſentire noluit. En fortē Sāpſonis ligatū, q̃a Dalila capillos illius abſtulit, Rūpe ò Sāpſon funes hos, nā Philiſtijm ſup te, ſi alijs uinculis nō cōſtringeret̃, facile hæc rūperet, ſed uinculis amoris conſtrictus eſt, & funibus peccatorum noſtrorū conſtringitur. Pſ. Funes peccatorum circumplexi ſunt me, tetigit ferrū caput Sāpſonis, & amiſit fortitudinem, & ideò funib. tenetur, ligariq; potuit. Ita ex quo cecidit ſup caput Xp̄i Adā errātē q̃a uia
Pſa. 55
1. Re. 4
Ge. 39.
Iud. 16
Pſ. 118

virtutis aberrauit, teneri potuit, & ligari. Sic ergo ducit̃ ad [Anā.] Egredimini, & uidete filiæ Siō ſpōſum ueſtrū ligatū, ductūq; ad mortē: audite innumera, q̃ ei dn̄r o ꝓbria, ſaturabit̃ opprobriis. Videte q̃ inhumanè oēs ſe cū illo gerāt, & inter hæc cōſideranda diuina illa modeſtia, & manſuetudo. Cūq; rñdiſſet Anæ īterrogāti, alapa cædit̃. Hic Chry. clamat exhorreſcat cęlum, & cōtremiſcat terra. Alapa Deus pcuti potuit? O Angeli, qui hæc ītuemini, qūo ſiletis? qūo manus cōtinere ptis? qūo pro dño ueſtro nō rñdetis? An hoc ita facitis, ꝙ attonitos vos teneat tāta inſolētia: tāta māſuetudo? tāta pueritas? tāta patientia? O pr̄ æternæ reſpice ī faciē Xp̄i tui alapa pcuſſam. An hoc tibi patiēter ſuſtinēdū eſt? qua nunc pęna puniret̃, q Regi alapā daret? Quid verò Reges terræ ſūt corā Xp̄o tuo, niſi uermes uiles? Manus Ieroboam aruit, q̃a eā extēdit cōtra ꝓphetā, ut caperetur. Oza morit̃, ꝙ arcā tetigit, ne decidat, qđ ergo dignū ſuppliciū irreuerētiæ tantæ. En Michæā alapa pcuſſū 3. Reg. 22. qđ Regi ad placitū ñ rñderit. Sed qđ ad hęc Xp̄s dn̄s? [Si male locut⁹ ſū &c.] Dederat ille cōſiliū Matt. 5. Si qs te pcuſſerit ī unā maxillā, pbe ei alterā. Qđ ſic intelligēdū ē: Eſto paratus una accepta iniuria ad aliā, atq; aliā pferēdā, nec uidictā exerceas. Hoc āt Xp̄s dn̄s nunc pfectiſſimè īplet: paratiſſimus. n. eſt aliā, atq; aliā ſuſtinere iniuriā, ut ope cōprobat, īpleatq; illud: Corpus meū dedi pcutientibus, & genas meas uellētib. Rñſio uero Xp̄i nō iraſcētis eſt, ſed blādè mouētis, ne miſer ille pereat. Huic uerò, q eū pcuſſit, ſolum rñdet ob maiorē ei⁹ īgratitudinē. Hic. n. erat, cui auriculam in horto reſtituit, ut Chry. dicit (Ducitur ad Caiphā.) Ad tribunal duceris ò Ieſu, cui flectit̃ oē genu, ad ſacerdotē, cuius eſt iudicare de lepra, quia reputauimus eum quaſi leproſum. Quærruntur falſi teſtes, ſed nō erat cōuenies teſtimoniū eorum. 3. Reg. 31. perquirunt̃ falſi teſtes contra Naboth, ꝙ uineā iniquo Regi dare noluerit, qui dicāt eum blaſphemaſſe. Sic, q̃a dæmoni aīas nō promiſerit Xp̄s, falſi quærūntur in eum teſtes, qui dicant eum blaſphemaſſe. Sed tan-
A
Thr. 3.
Chryſ.
B
3. Reg. 13.
1. Re. 6
3. Reg. 22.
Mat. 5.
Thr. 5.
C
Eſa. 53
3. Reg. 31.

Digitized by Google

A tādē adiurat^9 p Deū uiuū rñdet ſe X p̄ m
eſſe. Ego, ait, ſum: Rupit Caiphas veſtes,
& cōtinuo in facie X p̄i dñi expuunt: co-
laphis eū cędūt, & pugnis: faciē eius ue-
lāt, & aiunt: Prophetiza, quis eſt, q te p-
cuſſit. O facies diuina tādiu in mūdo de
ſiderata, tot lachrymis expetit ita a pa-
triarchis, & propheris, gaudiū Angelorū
1.Pet.1 in q̄ deſiderāt Angeli pſpicere. O facies
Ex.33. de qua Moyſes: Si inueni gratiā corā te,
Pſa.79 oſnde mihi faciē tuā. Et Pſ. Oſnde faciem
tuā, & ſalui erimus. Hāc illi faciē uelāt, ī
hāc expuūt, hāc pcutiūt. Ecce impletū il-
Eſa.50 lud Eſa. Faciē meā dedi pcutientib. Sed
Eſa.53 dñe qs eſt, q te pcuſſit? Dicat Eſa. Cum
tu taceas: Propter ſcelus populi mei per-
cuſſi eū. Illa nocte alligatus fuit X p̄s oli
uæ, cuius truncus vſq; hodie pmanet, &
tota illa nox iniurijs, & opbrijs illū ſa-
turādo cōſumpta eſt. Ea nocte recorda-
B tus eſt oīum electorū plorās ſup ſingu-
los, ſicut Ioſeph ſup ſingulos frēs plora-
Ge.45. uit. O dñe inter Aegyptios nūc verſaris
& hac nocte repēdūt tibi, q olim alia fe-
Exo.12 ciſti nocte, occidens eorū primogenita,
& tu primogenitus es, ideo hac nocte ſic
tractaris, qa hæc eſt hora vrā, ut dixiſti,
& ptās tenebrarū. Oēs cōdēnauerunt eū
reum mortis eſſe: & qnq; illuſionū ſpēs
Euāgeliſtæ memorant hac nocte exhibi
tas X po. Prima expuerūt ī faciē eius, q
erat ſummę apud Iudæos iniuriæ, ut pa-
Nu.12 ter Nume.12. Si pater eius expuiſſet in
faciē illius, nōne debuiſſet ſaltē ſeptē die
Deute. bus rubore ſuffundi? Et Deu.25. Mulier
25. expuit in facie ei^9, q nō ſuſcitat frī ſemē.
Scda oculos eius uelant, ut audacius, &
inuerecūdius eū pcutiant. Tertia eū ala-
pis, & pugnis pcutiūt, uū facies tumida
cēt. Quarta, eū illudūt, dicētes: propheti-
za X pe, & multa alia ait, Lucas, blaſphe
māres dicebant. Horroris hæc oīa plena
C ſunt. Horrēdū. n. cogitatu eſt, hoī quātū-
uis reo hęc fieri morituro. Sed innocēti,
& eorū bñfico, lōgē horribiliſſimū. Deū
uerū hæc pati, adeò eſt execrādum, ut hu
manę aures audire nequāt. Impletū mō
Iob.16 ē ī X po, illud Iob 15. Aperuerunt ſuper
me ora ſua, exprobrantes pcuſſerūt ma-
xillā meā, ſatiati ſūt pœnis meis. Et illud
Pſa.21 Pſ. Ego āt uermis ſum, & nōn hō, oppro
briū hoīum, & abiectio plebis. Sed dubi A
tas, vñ tanta rabies in Chriſtum? Rñdet
fuit hæc ptās tenebrarum, ſ. dæmonum. Iob 1.
Sicut. n. olim in ſanctum Iob deſęuit dę
mon, ut ad impatientiā eius prouocaret
aīum, ita nunc in X p̄m inſurgit, totāq; ī-
ferni ferocitatē armat, ut cib. his machi-
nis poſſet aīum eius in impatientiā com
mouere. Inferni ergo erat ſæuitia tanta.

[Mane aūt facto, ducunt eum ad Pila
tum.] Diſponamur ergo hac mane, vt ui
deamus, quę pro nobis ſponſus noſter fa
cit. Videbimus. n. miranda amoris eius
inſignia. Siſtit corā Pilato, & dīt: Si nō
eſſet hic malefactor, &c. Sed eius inno-
centia cognita, tribus medijs X p̄m libe-
rare conat. Primum, eum ad Herodem B
mittendo. Scdm, conferens illū Barab-
bæ. Tertium, eum flagellādo, & coronan
do. Primum eum miſit ad Herodē, ſed
corā illo nullū fecit mirabile, ſed nec ei
rñdit, ne p eum à morte liberaret: iō illū
tanq̄ ſtultum deſpicit Herodes indutum
alba ueſte. Ecce māſuetum Dauid corā 1.Re.1
Achis, tanq̄ fatuum Pſ. Deus tu ſcis inſi- Pſa.68
pientiā meā. En Dei ſapientiā ſtultitiam Iud.
reputatam. En Achior deſpectum corā
Holoferne, & ducibus eius, & ad Betu-
liā remiſſum. Iterū. n. ad Pilatū eū mittit

Secundum uerò medium in grauiſſi-
mum X p̄i opprobriū redūdauit. Quem
vultis vobis dimittam. O Angelorum
regina bono animo iā eſto. Filius tuus li
ber erit, ſine dubio filius tuus eliget, nec
.n. vllo modo populus ei præponet Ba-
rabbam. Iam enim noſti Domina, quot
famelicos ſatiauit, quot infirmos ſana-
uit, quot dæmoniacos liberauit: oēs hī
clamabunt, da nobis communem bene- C
factorem. O mundi Redēptor uide ſtatē
ram, in qua poneris. Tu es in hac ſtatera
Barabbas in illa: uideamus, utra maiori
pondere grauetur. Sed ò dñe in ſtatera
tua ēt eſt alter Latro Adam, & oīum ho
minum peccata, & ſuper hæc omnia, ut
ſtatera tua grauius pendeat, faciat tua
miſericordia, ac bonitas, uiſcera illa pie-
tatis, quibus pro nobis ſatisfacere uolui-
ſti, & hinc fit, ut clament: Non hunc,
ſed Barabbam. En duos hircos Leuitic. Leu.7.
ſeptimo, quorum alter dimittitur, alter
ſacri-

Digitized by Google

A ſacrificatur. Vos ſanctum,& iuſtũ nega
ſtis,& perijſtis uirum homicidam dona
Acto.3 ri vobis. O cæci quid poſtulatis,vt uiuat
is,qui vitam adimit viuis,& moriat,qui
vitã mortis largit? Vt uiuat,q diuites fa-
cit pauperes, & moriatur, qui pauperes
ditat,ſcelerato libertatẽ,innocenti mor-
tem? Mendaces in ſtateris filij hominũ,
dum eligitis potius peccatum, quã Deũ,
dæmonem,q̃ Chriſtum. Sed iam cũ hęc
non profuiſſent Xpo liberando, decre-
uit tãdem Pilatus ſupplicium maximũ
de Xpo ſumere,& tale,ac tm̃,ut furij il-
lis inferni, inimicis eius videretur ſatis,
nec uitam iã eripi poſtularetur. Præce-
pit ergo eum flagellari. Timentes uerò
Phariſæi,ne,ſ. Pilatus nollet occidi,cura
uerunt taliter eum flagellari,ut inter fla
B gella aiam daret,q & factũ fuiſſet,ni di
uinitus uitam cruci reſeruaſſet. Hic er-
go oculos in altum ſubleuemus, & in-
tuebimur inauditum ſpectaculũ. Sicut
Ex.14. quondam columna præceſſit Iſraeliticũ
populum in deſerto, ita nunc nos præce
dit in altera colũna,cui alligat. Sed pri⁹
Gen. 2 nudatur ſcds nr̃ Adam, & cognouit ſe
Ge.37. eſſe nudum. Nudauerunt Ioſeph tunica
ſua. Cõſidera honeſtiſſimum dñm ocu-
lis oĩum, quaſi in publicã expoſitum ve-
recundiã. O Eſa. qui opportunè nũc ue-
Eſa.49 ſtis illa accederet, ut Chrm̃ operiret, de
qua dixeras; Viuit dñs,quia oĩbus his ve
lut ornamento veſtieris, & circundabis
eos tibi,quaſi ſponſa. Sic ergo nudũ co-
lumnæ alligant,& cõtinuò,ut Hier. ait,
Hier.2 ſex carnifices accedunt. Duo eorum uir
gis ſpineis,duo loris nodoſis,duo cathe-
nis ferreis, vnguibus terminatis adũcis.
Incipiuntq. primi totis viribus eum per
cutere: addunt vulnera vulnerib. decur-
C rit ſanguis, & ſanguis fluẽta. Accedunt
Eſa. 1. ſecũdi primis defeſſis, atq; laſſatis,& ſu
per eorum vulnera, vulnera noua ad-
dunt, & tandẽ reliqui, qui et partes car-
nis vncinis auferebant, & tandem talis
relictus eſt,ut a planta pedis,vſq. ad ver
ticem capitis non ſit relicta in eo ſani-
tas. Sed qd inter flagella mãſuetiſſimus
agnus dicit? Vtiq; tecum loquitur,plura
aci piam vulnera, cum hoĩum plurima
peccata ſoluam. Sed obſecro pr̃ æternæ,

qui huic ades ſpectaculo,eſt ne hæc tuni A
ca dilecti filij tui Ioſeph,an nõ? O beatiſ Ge.37.
ſima virgo qũo nunc nõ protegis filium
tuum? O ſponſa uide,an nunc ſponſum Can.2.
agnoſcas, quem dicebas pulchrum, ele-
ctum ex millibus? O Eſa. ecce,quod deſi Eſa.53
derabas impletum, deſiderauimus eum
deſpectum,& nouiſſimum virorum.

Cumq. flagella conſummata eſſent,
dñt: Hic ſe Regem facit. Coronemus er
go eum,induamuſq. purpura, & illuda-
mus ei. Imponunt ergo ei coronam ex
iuncis marinis,& ſpinis oblongis abun-
dantẽ, & ſacrum Chriſti caput perforãt
72. vulneribus. Diaboli planè adinuen-
tio,cum.n.eſſet Deus, qui patiebatur,&
infinito amore, tortor verò dæmo ſum-
mo odio, atq. malitia, a quo iſtæ proce-
debant adinuentiones,non mirum cru-
deliſſimam ei poſitã coronã. Nunc dñe, Gen.3.
implet terra maledictionem illam,ſpinas, B
& tribulos germinabit tibi. Nunc uerè Can.6.
comæ capitis tui ſicut purpura Regis iũ- Can.3.
cta canalibus. Egredimini,& uidete filię
Sion Regem Salomonem diademate,
quo coronauit eum mr̃ ſua. Verè ſpecta-
culum dignum viſu,Deus ſpinis corona
tus. Vadam,inquit Moyſes,& uidebo vi Ex.13.
ſionem hanc magnam, Deum,ſ. in igne
inter ſpinas,& ad hoc vt accedat,calcea-
menta ſoluit. Eamus & nos cum illo,&
videamus hunc immenſum ignem amo
ris,quo Deus ardet,& has,iter quas uer Ge.17.
ſatur ſpinas. Ecce arietẽ ſacrificãdum lo
co Iſaac hærentem cornib. inter vepres.
Baruch 6. i ſpina horti oẽs aues ſedebãt. Baru.6
Hic nidũ noſtrum collocemus,eo prope
remus, ut protegamur, nec ſolum hac
crudelitate ſatiati ei illudunt, genufle-
ctunt. Aue Rex Iudęorũ. Flagellis,& ſpi
nis tot in Chro dño vulnera, atque liuo-
res erant,& concitabat ſui cõmiſeratio- C
nẽ tãtã,ut putauerit Pilatus,eo uiſo poſ-
ſe manſueſcere crudeliſſimorũ inimico-
rũ corda. Iõ eis illum producit dicẽs: Ec
ce hõ, Ecce, attentionem poſcit ad rem
mirabilẽ inſpectandam: Ecce ergo hõ,in
quo plura digna uiſu,in reliquis nihil ta
le eſt. Ecce homo nõ ſingularis,ſed vñs,
gñm capitis hñs. Ecce hõ,qui ita formã Eſa.53
hoĩs amiſit, ut mirũ ſit, quod ſit homo,
&

Digitized by Google

A & oporteat dici, eſſe hominem, ut id credatur, non ei ſpecies neq; decor: Vñ nec reputauimus eum. Ecce hō. qui pro uobis factus eſt homo, cum eſſet Deus.

Hie. 12 [Tolle, tolle, crucifige eum.] Facta eſt hæreditas mea quaſi leo in ſylua, dedit contra me uocem ſuam. Curat Pilatus eum eripere, ſed fruſtra, & tādem. (Tradit illum uoluntati eorum.) Et ſedens pro tribunali ſñiam mortis in eum profert, quam Chriſtus audiens, videnſque patris ſententiam eſſe, & remedium humani generis genibus flexis eam acceptat, eique conſentit, gr̃as patri agens, nec Cæſarem appellat, aut patrem. Sed nuncietur ſententia iſta Mariæ matri, ut veniat, & eius executioni aſſiſtat, uel ſi

B iure matris appellare vult, appellat nūc.

Pſa 19 Pſal. In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatē tuam, Deus meus volui. Nunciam mittamus in cœlum, ut procedat omnis curia cœleſtis ad uidendum immenſum Dei amorem, alterum ad patres in limbo conſiſtentes, qui nunc ciet iam viam illo inire Chriſtum.

Defertur Chriſto crux, quam ille uidens ſalutat, melius quam Andreas. Veni crux pretioſa tamdiu deſiderata, & iā concupiſcenti animo præparata. Veni clauis Dauid, qua ego aperiam cęlum, vt nullus ſit, qui claudat. Veni cathedra,

Exo. 3. in qua ego docturus ſum mundum. Veni uirga hucuſq. in terram proiecta. Serpens videbaris, a qua fugiebant oēs, ſed nunc virga eris, qua fient mirabilia. Ve-

Ge. 27. ni uirga directionis, uirga regni mei. Veni baculus Iacob, in quo tranſeam Iordanem, libentiſſimè, ergo crucem amplexatus eſt. O ardentiſſimus amor, diui

Cāt. 8. nuſque ignis plus ardens in aquis tribu

C lationum, aquę multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam, imò illam magis accendūt.

Ge. 17. Procedit ergo Chriſtus baiulans ſibi crucem, quaſi innocens Iſaac cū lignis ſacrificij. Factus eſt principatus eius ſuper humerum eius. Non interrogat vt Iſaac; Vbi eſt victima pater mi: nouit. n. ſe eſſe victimam ſacrificandam.

Incipit tunc præco clamare valenter: Hoc ſupplicium datur huic homini iuſſu Pilati, quoniam ſe Regem fecit, & cōmouit populos. Sed, ò inſenſate, neſcis, quid loquaris, ſic potius tibi dicendū eſt: Hoc ſupplicium pater æternus præcipit fieri filio ſuo vnigenito, ac dilectiſſimo, crucię; affigi mandat pro hominū peccatis. O diuina, & infinita iuſtitia, qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Pſal.

Accedit tunc Maria mater, q̃ de hac re Ioannes monuit, Accurre Maria, qm̃ tribulatio proxima eſt, & non eſt, qui adiuuet. Tu tua humilitate eum a cęlo deſcendere feciſti, in utero portaſti, in ſinu dulciter fouiſti: nūc eum adiuua, qm̃ nō eſt, qui adiuuet. Surgam, ait, & circuibo Can. ciuitatem, quærā, quem diligit aīa mea. Num quem diligit aīa mea uidiſtis? Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto; quia ſic adiuraſti nos? Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus. Hūc nō B vidimus. Deſpectum, nouiſſimum uiro- Eſa. rum, cui non eſt ſpēs, neque decor, hunc vidimus, opprobrium hoīum, uermen, non hominē. Sed hęc etiā ſigna filij mei ſunt, talem. n. peccata hoīum efficere debuerant. Tandem peruenit ad filiū ſuū, & mutuò ſe conſpiciunt. Quid eſt Ma- Simi. ria, niſi ſpeculum Chriſti? Sicut in ſpeculo optimo oīa repræſentantur, q̃ ei proponūtur, ſic tale cor Mariæ, qualis Chr̃s ei obiectus. Cū uerò X p̃s nūc talis eſſet, uide, quale fuerit cor Mariæ illo aſpectu. Erat illa cera, ille ſigillum. Oīa Chriſti Simil. vulnera in illa impreſſa ſunt. Qñ nauim Simil. impetit aliqua vnda, pót aliquo mō effugere, ſed ſi oēs ſimul maris fluctus eam Pſ. impetant, quid faciet? Oēs fluctus tuos induxiſti ſup me, ait Chr̃s dn̄s, & oēs illi nunc Mariam impetunt. Verè intrauerunt aquæ uſque ad aīam tuam, nihil ſi- C bi mutuò loquuntur, non. n. uerba, ſed corda ſibi inuicem oſtendunt, quo magis cruciantur. Sed iam domine uires ſume, ut uiam perficias. Exultaſti ut gigas ad currendam uiam, ne ſtes in medio uiæ, in ſtadio curris, ſic curre, ut perueneias, & compreheudas.

Perueniunt ad Caluarium: (Et ibi crucifixerunt eum.) Sed ſacer Euangeliſta tā ſummatim hęc enarras? Qūo non dicis

A dicis veſtē ei ablatam,& iterum excoria
tum fuiſſe,& quaſi vnica plaga totū cor
pus eius viſum eſſe, q̄a ſanguine fuerat
veſtis copulata carni,ac cōglutinata. Vn
de nunc cum tollit̄,omnis plaga renoua
tur:Clauos aptant,& manib. infingunt,
3.Re.6 cor matris vulnerant, ſicut filij manus.
Malleus, & oē ferramentum non ſunt
audita in templo Salomonis:q̄a omnes
mallei,& claui in f̄m tēplum erant ſer-
uati. Et deinde q̄m nerui collecti ſunt,
cum manus affigerent̄,fune pedib. liga-
to diſſoluitur vniuerſum corpus,ut pue-
niant pedes ad locum foraminis;Dinu-
Pſa.21 merauerunt oīa oſſa mea. In altū Xp̄s
leuatur,vt ab oīb. uideatur,in ſalutē,tan
Nu.17 quam ſerpens in deſerto exaltatus. O
dulciſſime ſponſę aīarum nr̄orum,quis
te uidere poterit ſine dolore?quis ſine a-
more intueri? O auis vnica fęnix,q̄ igne
B amoris cōceptus es Spiritu ſancto, & in
igne amoris in mūdo uixiſti,ut Salamā-
dra, & hunc ignem amoris in terra in-
cendere veniſti, & igne amoris in crucē
aſcendiſti,& tanto igne charitatis arde-
bat ſanguis tuus,vt ne crucem ignis ab-
ſumeret,oportuerit aquam cum ſangui-
ne exire, quę id prohiberet. Quis tm̄ a-
matorē non diligat?non deperear? Si a-
lius Deus eſt,ò homo,qui pro te uel am-
plius.uel huic ſimile effecerit,illū ſeque-
re,at ſi nullus,qūo Xp̄m nō amas?qūo il
lum non ſequeris:O uiolētus amor, cui
C nullus reſiſtit,nec verò ipſe Deus. Deū
feciſti hominem,paſſibilem, & tandem
in cruce poſuiſti. Si contra Deum fortis
fuiſti,quantò magis contra homines prę
ualebis? Qūo hō poterit reſiſtere tibi? Iā
charitas Chriſti urget nos, æſtimantes
2.Re.5 hoc,quia ſi unus pro omnibus mortuus
eſt,ergo omnes mortui ſunt, vt qui ui-
uunt,iam ſibi non viuant,ſed ei,qui pro
ipſis mortuus eſt. Nunc impletum eſt il-
Pſa.44 lud Pſ.44. Myrrha,& gutta,& caſia à ve
ſtimentis tuis. Ideò audi filia,& vide,&
Pli.l.12 omnia obliuiſcere pp̄ Deum tuum. Sed
c.15. quæ rō hæc eſt? Audi;Myrrha arbor eſt,
quæ initio ueris in illam inſufflante Aq
lone,& Auſtro ſudat Myrrham primā,
ſed quia myrrha optima eſt,ſolent agri-
colæ circum circa arborem ignem accen
dere;uel eam ſcindere,ut ampliorem det A
myrrham, & eam dicunt myrrham ſe-
cundam. Quæ omnia mirè expēdit Hie Hiero.
ron. Initio veris,ſ.cum ſponſa uocat ſpō
ſum in hortum,proceſſit Chriſtus domi Can.4
nus in illum. Tunc ait, ſponſa, ſurge A-
quilo,veni Auſter, perfla hortum meū,
& fluent Aromata illius. Inſufflauerunt
in Chriſtum,uel duo populi Gētium, &
Iudæorum,uel peccata mundi,& ira pa
tris,ex quibus factum eſt,vt ſudore ſan-
guineo perfunderetur. Illa fuit myrrha
prima,amara quidem Chriſto,nobis ve
rò uiuifica medicina. Sed hac myrrha
non contenti inimici, apponunt denuò
ignem,ut plurimam myrrham det, ca- B
piunt illum,& tam ſtrictè ligant,ut ſan-
guinem multum eliciāt. En ampliorem
myrrham,cùm in terram proijciunt, &
conculcāt,ſudat,iterumque ſanguinem
dat. Videte quia ſatis ſuperque ſanguinis
dederit in noſtri redemptionem. Adhuc
agricolæ plus myrrhæ cupiunt. Ligant
eum ad columnam, & ibi myrrha ſan-
guinis non guttatim,ſed per riuos decur
rit: & quia aliquid ſanguinis in capite
manebat,adhuc illum exquirunt: nouū
ignem apponunt,capiti coronam figūt,
& ſanguinis vnda manauit. Nec uerò
hoc contenti nouum apponunt ignem. Sap.2.
Mittamus lignum panem eius. Crucem
imponunt eius humeris, qua ſudorem, C
& ſanguinem denuo det nobis:& quaſi
in torculari ponitur, vt vniuerſum det
ſanguinem trabe torcularis preſſus. Nec
hoc contenti Caluarium deuenere, ubi
iterum expoliatus eſt, & decoriatus, &
ſanguinis undæ procedunt: crucifigi-
tur, & è manibus, & pedibus riui de-
currunt ſanguinis. Verè dicere pote-
ris: Manus meæ diſtillauerunt myr-
rham, & digiti mei pleni ſunt myrrha Can.5.
probatiſſima. Et tandem lancea vulne-
ratus ſanguinem,qui ad cor acceſſerat,
dedit, ut gutta iam in eo non maneret.
Et myrrham noſtræ incorruptioni, &
ſaluti ſeruatam; ea proficiamus in ſa-
lutem, ea abluantur peccata noſtra,
ut cum eo reſurgamus, & uiuamus.

Digitized by Google

A De compaſsione Beatæ Mariæ.

Them. Tetendit arcum ſuum quaſi inimicus, firmauit dexteram ſuam quaſi hoſtis, occidit omne, quod pulchrum erat viſu in tabernaculo filiæ Sion, effudit quaſi ignem indignationem ſuam. Thren. 2.

AFflictis conſolatio eſſe ſolet, ut alij
ipſis compatiantur. Sic ut conſola-
Iob 2. rentur Iob amici eius, Iob 2. dicitur, Ex-
clamantes plorauerunt, ſciſſiſque ueſti-
bus, ſparſerunt puluerem ſuper caput
ſuum in cælum; & ſederunt cum eo in
terra ſeptem diebus, & ſeptem noctibus,
B & nemo loquebatur ei verbum. Vide-
bant. n. dolorem eſſe uehementem. Qd
uero ipſi non eſſet, qui condoleret, & cō-
Pſa.68 pateretur, & non fuit. Erit ergo ſolatio
Mariæ, ut ei nos cōpatiamur. Tenemur
uerò hoc præſtare, quia filij eius ſumus:
quos hac die ſummis illa doloribus ge-
nuit. Inter dolores. n. eius in hac die unus
fuit, cùm audiuit: Mulier ecce filius tuus
Pro Chriſto filio recipi, diſcipulum, inę
qualis planè commutatio, ſed nobis ſum
mæ miſericordiæ. Omnibus. n. datur in
Ioa.19. matrē. Vnde vidiſſe diſcipulum, dicitur
Chriſtus: quia vt diſcipulus, potius, quā
ut Ioannes, eam recipit in matrem, ad eā
ergo accedamus.
Verba illa Hieremiæ, ad literā de exci
dio Hieroſolymitano dicta ſunt, ſimul
uero de Chriſti morte, in qua ſolutū eſt
C templum illud diuinum, & Deus, ut ini-
micus vlius eſt hominū peccata. Ne reco
gites peccatum aliquod ſine iuſta puni-
tione a Dei iuſtitia præteriti. Quod ſi in
aliquo peccato uidetur aliquid diſſimu-
laſſe maximè in hominis peccato id eſ-
ſet. Sed hoc ſine dubio punitum eſt, plus
quam Angeli peccatum, de quo licet vin
dicta ſumatur, nunquam tamen diuinæ
iuſtitiæ factum eſt ſatis, ſed nec fiet unq.
Sed hōis peccato eam ultionē adhibuit,
ut pleniſſimè ſatisfactum ſit diuinæ iuſti
tię, adeò ut ſi inimicus Deus eſſet, vindi
cta ſumpta ab eo eſſet abundans. Meritò
ergo Propheta ait, dum Chriſti dolores
videt: [Tetendit arcum ſuum quaſi ini- A
micus, firmauit dexteram ſuam, quaſi
hoſtis.] Addit verò. Occidit omne, quod
pulchrum erat uiſu in tabernaculo filiæ
Sion. Omne q erat pulchrum in taber-
naculo Mariæ, Xp̄s dn̄s eſt. De quo Eſa
ias, gloria Libani data eſt ei: decor Car Eſa.35
meli, & Saron. Et de quo in figura dr̄ 2. 2.Reg.
Reg. 14. Porrò ſicut Abſalon non erat 14.
vir pulcher in Iſrael, à planta pedis uſq;
ad uerticem capitis non erat in eo macu
la: & quotannis tondebantur capilli e-
ius, vt ornarentur filię Hieruſalem. (Ef-
fudit quaſi ignem indignationem ſuā,)
q̄ quæ in inferno fit. Quia ibi puniuntur
nocentes, & citra condignum: hodie ue-
rò punitus eſt innocens, & ultra condi- B
gnum. Suſcepit ille peccata noſtra: dedit
nobis iuſtitiam ſuam: ſed diuerſimodè,
peccata. n. ſumpſit ſola extrinſeca impu-
tatione, eius tamen iuſtitia a nobis parti
cipatur formaliter. Peccata uerò ille de
toto rigore iuſtitiæ perſoluit, quod in in-
ferno nunquam fiet, quia nunquam fa-
ctum erit ſatis diuinę iuſtitię. Sed magni
tudinem dolorum, quos Maria hodie p- Anſel.
tulit, quis explicabit? Ex duobus dolor
eius proceſſit, ex amore ad Chriſtum do
minum, & ex ſummis Chriſti dolorib.
Quanta uerò hæc ſint, quis dicendo con
ſequi ualeat? Amor Mariæ in Chriſtum
tantus eſt, ait Anſel. ut omnē humanam
& Angelicam etiam excedat cognitio-
nē. Videamus copioſiſſimos fontes hu-
ius amoris, & inde colligere licebit, quā- C
tus, & quam redundans ſit fluuius amo-
ris, qui ex fontibus tam vberrimis profi-
ciſcit. Ex triplici fonte promanat amor
Mariæ in Chriſtū. Primò, ex affectu na-
turali matris ad filium, & filium tm̄, ac
talem. Secūdò, ex gratia, & charitate in-
fuſa, quæ ei pleniſſimè conceſſa fuit. Ter
tiò, ex tam longa cum Chriſto conuerſa
tione, & familiari conuictu, ex quo oriri
ſolet amor amicorum. Ex quolibet autē
iſtorum tantus oritur amor, vt excogita
ri uix poſſit; Quid ergo erit amoris flu-
uius exundans ex his oīb. collectus? De
primo naturalis matris in filiū effectus,
diuina ſcriptura atteſtare cognoſcit, eſſe
maximus. Adeo, ut cū uelit Deus amo-
rem

Digitized by Google

rẽm ſuũ infinitũ in hoĩes exaggerare, di
A cat, maiorẽ eſſe amore mr̃is in filiũ. Et ſi
illa oblita fuerit, ait, ego non obliuiſcar
Eſa.49 tui Eſa.49. Nec ſolet mons cõferri cum
grano ſinapis. Maximus ergo ille amor
eſt, cum quo cõparatur diuinus infinitus
amor. Et cũ Dauid vellet ſuũ in Ionã-
tham declarare ſummũ amorẽ, non aliũ
inuenit, cui eum cõferret, q̃ amorẽ mr̃is
in filiũ. Sicut mr̃, ait, vnicũ amat filium
ſuum, ſic ego te diligebam. Summa ꝓba-
1.Re.1 tio Dei, & tẽtatio in Abrahã fuit: Tolle
Ge.22. filiũ tuũ, quẽ diligis, Iſaac, & offer mihi
illum. In oĩ labore ſuo, non legit̃ ploraſ-
Iob 1. ſe Iacob, niſi qñ Ioſeph amiſſus eſt. Iob
donec quartus nuncius ei dixit filiorum
morte, nihil uidebat̃ cõmotus, licet plu-
ra ei nũciata ſunt mala. Verbũ locutus
B nõ fuerat, nec quidq̃ aliud feciſſe dr̃, ſed
morte filiorũ audita ſcidit ueſtes, totõdit
1.Re.1 caput, & in terrã ſe deiecit. Heli audiens
filios mortuos in bello, morit̃. Et expe-
riẽtia cõpertũ eſt, tm̃ amorẽ eſſe mr̃is in
filium, ut eã dementet, ac faciat plura de
liramenta loq. Vñ eum uocat Regẽ, du-
cẽ, ſpõſum. Et ſi in amore aliquo verum
Plato. eſt, ꝙ Plato in Phedro ait, q ponit amo-
rem inter ſpẽs maniæ eſt in hoc amore
mr̃is in filiũ, qualis ergo Mariæ in filium
amor? maxime cũ plura cõcurrant, quæ
hunc amorẽ mirum in modum augent.
Anſel. Primum ex Anſelmo, qđ cum Chr̃s pa-
trẽ in terra non hr̃et, erat ei Maria, qua-
ſi pr̃, & mr̃, & ſic concurrebant in ea a-
mor pr̃is, ac mr̃is. Scđa, qñ filius unicus
eſt, qñ mr̃i ſimillimus, qñ primogenitus,
& multorũ bonorũ hæres, qñ pulcherri
mus, qñ ſapientiſſimus, qñ optimus, mi
rum in modum creſcit, & exuberat ma-
tris in filium dilectio. Attende quanta in
Chr̃o concurrant, vt a mr̃e nimium dili
C gat̃. Vnicus illi hic filius eſt, illi ſimillim⁹
in natura humana, ſicut patri in diuina,
hæres vniuerſorũ. Speciosus forma præ
filijs hoĩum, talis deniq; ut eſſet tot⁹ de
ſiderabilis, & oculos oĩum ad ſe trahe-
ret, & angelorum oculos attonitos tene
ret, etiam ſi alia ex parte videant infinitã
1.Pe.1 Dei pulchritudinẽ, in quẽ deſiderant An
geli ꝓſpicere, Petr. ait, & ex quo ille con
ceptus eſt, additus eſt Angelis beatis ſin

gularis cumulus gloriæ ex illius aſpectu. A
Vñ ipſemet ait, hęc eſt uita æterna, ut co
gnoſcãt te, & quẽ miſiſti Ieſũ Chr̃m. Si
ergo eos, q exteri ab eo sũt, ſic vulnerat
charitate, qđ mr̃m nõ vulneret? Ecce tu
q̃ pulcher es dilecte mi, & decorus. Præ Cant 1.
terea ſingulare erat Mariæ priuilegium,
quo mirũ in modũ amor hic naturalis
eius creſcebat. Et qđ illud? Certè ſecuri
tas certa, ꝙ hic amor eã a Deo ſuo non
ſeparabat, nec diuidebat, imò uerò con-
glutinabat, ac cõiũgebat, & ſic habenas
oĩno laxabat amori huic. Amor natura
lis aliorũ tẽperari dẽt, ac cohiberi, ne di-
uino amori cõtrarius ſit, ſi nimium cre-
ſcat. Qđ ſi ita non eſſet, nõ diceret Chr̃s
dñs; Si qs venit ad me, & nõ odit patrẽ,
matrẽ, filios &c. Pōt.n. amor creaturæ Luc.14
peccare, vel qa rei ꝓhibitæ eſt, vel qa ni Hiero.
mius ẽ. Hinc Hier. cõtra Iouinianũ ait: B
Adulter eſt in ſuã uxorẽ amator arden-
tior. Qđ explicabat Pythag. Symbolo il Pytha.
lo: Arctũ annulũ ne geſtato, i. ne ſit tibi
amor creaturæ, q te angat, & cruciet ni-
miũ. Ita Hier. explicat. Hoc uerò in Ma Hiero.
ria locũ nõ hẽt, q cũ filiũ diligit, Deũ ſuũ
diligit, & iõ in filij amore excedere ñ ua
let. Nõ potuit tm̃ filiũ diligere, ut nõ eſ-
ſet ille ampli⁹, & amplius diligẽdus. Nõ
hic amor eã ſeparat a Deo, imò cõiũgit.
Iõ ſine timore diligit, hẽnas laxat amo
ris flamas .ſ. a ſe, quaſi fornax ſeptuplũ
ſuccẽſa. His verò, q dicta ſunt accedit, ꝙ
mr̃ eſt, q̃ fili⁹ deuinxit ſũmis bñficijs, vt
eũ diligat. Prius.n. ei ille eẽ dedit, q̃ ab ea
reciperet, & filius ẽ q in immenſũ eã exal
tauit, eã in matrẽ aſſumẽs, ait Anſ. Et in Anſel.
cõceptione, & natiuitate ei integritatem
cõſeruauit, q̃ illa sũmè dilexit, ꝙ nullus
vnq̃ filiorũ fecit cũ mr̃e ſua. Quò, amor
peruenit hic tot titulis exaggeratus? Quo
vltra ꝓcedamus nõ reſtat vr̃, ſed ꝙ mi C
nus ẽ, huc uſq. diximus. Erat ſcđo in Ma
ria amor ſupnaturalis, ꝓcedẽs a gr̃a, &
charitate infuſa, de quo Apoc. Suadeo ti Apoc.
bi emere a me aurũ ignitũ ꝓbatũ, ut lo-
cuples fias. Eſt.n. charitas, vehemẽs for-
tiſſimaq; inclinatio, q̃ Deus aĩæ pſtat, ut
eũ diligat. Eſtq. adeo fortis, ait Amb. ut Ambr.
excedat oẽm amorẽ naturalẽ, illumq. fa
cile uincat, ut effectis manifeſtis oñſum
eſt.

Digitized by Google

A eſt. Nullus.n. nãlis amor parẽtũ efficit, vt ea ꝓ filijs pſtaret,ac paterent',q̃ martyres ꝓ Xp̃o. Et cũ amor ſupnãlis cũ nãli i arena deſcẽdit,obtinuit, uincitq; ſupnãlis,amor,ut in emblemate depictũ ẽ ſigante amore honeſto Cupidinẽ. Et manifeſtũ id factũ ẽ i Abrahamo, i quo duo (Ge.22.) iſti amore pugnauerũt, vicit uero ſupnãturalis amor. Et i mr̃e Machabęorũ,& i Symphoroſa ſil'e accidit, in qbus Dei amor,amorẽ nãlem filiorũ facile ſupauit. Hic vero ſupnãlis amor fuit in Maria ſũmus. Adeò.n.copioſa gr̃a, & charitas ei data fuit,vt ſingl'i priuilegio in uia poſita oẽs btõs vinceret gr̃a, & habitu charitatis. (Can. 1) De hac tanta gr̃a,qua plena fuit,gloriat' illa; Introduxit me Rex ĩ cellã vinariã, B & ordinauit i me charitatẽ. Vinũ nouũ charitas ẽ,muſtũ illud d̃ quo ĩ Actib. (Acto.2) dr̃;Iſti muſto pleni ſũt. De quo Ma[illegible] cõceſſũ ẽ nõ uas ſolũ, ſed uniuerſa cella vinaria. Nã cęteris p ptes: ſed i Mariã ſe infudit gr̃ę plenitudo. Fuit ergo hic Mariæ ſupnãlis amor multis partib. maior nãli affectu eiuſdẽ ad filiũ. Sil' ergo in illo camino cordis Marię pone amorẽ nãlem maximũ,& ſupadde gratuitũ, quo pueniet flãma illa? Solus amor ſupnãlis efficit i Paul.ut diceret,viuo ego, iã nõ ego, (Gala.2) viuit verò ĩ me Xp̃s. Quid Maria diceret? q̃ eructaret,cũ ardẽtiſſima flagraret charitate. Erat tertio ĩ Maria amor acqſitus ppetuo cõuictu Xpi.n. cõuictus oleũ,& ligna,q b.amor incẽdit. Hic ſãcti cũ Deo ſuo maxime cõuerſant', fugiũtq; creaturarũ conuictũ, ut hic ignis i eorũ corde ardeat. Maria verò Xp̃o pfruita ẽ ab initio vſq.ĩ finẽ. Perpetua.n. Xpi aſſecla fuit. Exteros uero ſibi maximè deuin- C ciebat Xp̃s dñs,ut Magdalenã,Petrũ, & alios,q eo fruebant'. Quid efficeret ĩ Maria? quo illã ignirent uerba illa vitę,quæ alio poſt ſe ducebãt,& dulcedo illã tãta, quo oẽs alliciebant' vidẽtes eũ, qui totus erat deſiderabilis? Creſcebat ĩ dies nãlis amor & ſupnãlis, ĩ imenſũ noua ſp addita gr̃a, & charitate ex meritis Mariæ: Hic liqdò p picies,q̃ꝰ, qualiſq. arderet ignis ĩ corde Marię. Sine dubio Seraphini deſcẽdere è cęlo poterãt, ut amorẽ diſcerẽt ĩ corde Mariæ,uolauit hæc aquila terræ ſup Cherubinos,& ſup pẽnas ventorũ. A Ex hoc ĩmẽſo amore Marię pcedebat opa eiꝰ ſũmi meriti ẽẽ. Cũ.n. pcipua rõ meriti ſit gr̃a & charitas, plus Maria merebat' cũ pãnis inuoluebat Xp̃m iſfantẽ, q̃ Laurẽtius, cũ ſup craticulã vreret'. Hic ẽt amor, hęc gr̃a ſũme Deo gratam reddebat. Sed,ò beatiſſima uirgo,ex eodẽ tñ ĩ fonte pmanat amarũ,& dulce,ꝙ te Deo facit gratiſſimã,& ꝙ te reddit męſtiſſimã. Carnifex.n.torquẽs Mariæ cor hic amor eſt. Et quo maior, eo maiora dat tormẽta. Cũ.n.charitatis ſit,gaudere cum gaudẽtib.flere cũ flẽtib. mẽſura doloris amor ẽ. Quis ergo dolorẽ dicet? q amorẽ. Hinc inexcogitabilis eſt,ergo & dolor. Meritò Iere.ait. Cui cõparabo te, (Tren.1) vel cui aſſimilabo te filia Ieruſalẽ? Cui adęquo te virgo filia Siõ? Magna ẽ velut B mare cõtritio tua,qs medebit' tui? Nulli cõparari pt ĩ amore, nulli itẽ in dolore. Sed ſi alicui cõparet', mari cõparãda eſt. Sicut.n.initio mũdi oẽm aq̃ in unũ col- (Gen.1) legit Deus,& cõgregationes aquarũ appellauit Maria, ſic in nouo Eccl'æ mũdo aliud cõdidit Deus mare, ꝙ ẽ Maria, & ibi cõgregatæ ſunt oẽs tribulationes. Vñ eius noĩe dixit Noemi Ruth 2. Ne uoce- (Ru.2.) tis me Noemi, i. pulchrã, ſed uocate me Mara,i.amarã,qa amaritudine valde repleuit me oĩpotẽs. Egreſſa ſũ plena, & afflixit oĩpotẽs? Cui ergo cõparabimus (Tob.10) te,ò uirgo beatiſſima. Nõ qdẽ mr̃i Tobiæ,de qua dr̃. Flebat irremediabilib.lachrymis, dicẽs. Vt qd te miſimus peregrinari lumẽ oculorum nr̃orũ,baculum ſenectutis nr̃æ,ſolatium vitæ nr̃æ? O virgo ſanctiſſima,ſi a te q̃ramus, ꝙ lumen oculorum tuorum,qs amor tuus? certè Xp̃s. Non ergo conferenda illi es, amor inęqualis eſt,inæqualis & cã dolẽdi. Do- C let.n.illa, quia filius morã facit: tu verò coram oculis tuis cernis unicum filium crucifigi. Nec verò matri Machabæo- (2.Ma.7) rum comparabo te, quæ ſeptem filios coram ſe vidit occidi,eos.n.populus Iſrael ut martyres laudabat,& matri eos conſolari licebat. Sed Maria innumeras in Chriſtum blaſphemias audit, nec eum leuare poteſt ulla conſolatione. Derelictus a patre eſt cã prima,ab omnib.cauſis

Digitized by Google

A ſis ſecūdis eſt derelinquēdus, fons totius cōſolationis pr eſt, q eſt pr miſericordiarū, & Deus totius conſolationis, alia omnia aluei ſunt, per quos fluit conſolatio, fonte uero clauſo oīs alueus aridus manet. Nec te comparabo Abrahæ filiū in
Ge. 37. ſacrificiū ducēti, ille n. ſi filiū duxit ī mōtē, reduxit īn incolumē, & benedictum, tu vero ſine filio relicta es orfana. Nec te comparabo Iacob plorāti Ioſeph, ſupererant. n. ei vndecim filii. Nec ēt Dauidi
2. Reg. 18. plorāti ſuū Abſalon, & dicenti, quis mihi det, ut ego moriar pro te, ille. n. licet pulcher aſpectu, ſed fedus moribus, inobediens patri, & proditor occubuit, Xp̄s uero ſubditus illis, oī præditus pulchritudine. Nulli itaq; cōparāda es dilectione,
Luc. 22 nulli cōferēda dolore. Hic ergo amor carnifex fuit cordi Mariæ. Et ſecundum amoris
B magnitudinē, magnitudo erat do-
Hiero. loris. Adeo ut Hiero. dicat, puncturā ac° Chriſto inflictā vulnus lanceę fuiſſe cordi Mariæ. Si ērgo Chriſtus exterius tantis uulneribus confoſſus erat, quale eſſet innocens Mariæ cor, ſi uulnera per corpus Chriſti ſparſa tā fędum Chriſti corpus effecerunt, quā amarum Mariæ cor eſſet, in quo ſimul vniuerſæ plagæ? Sed præcipua aliqua dicemus, in qbus afflictio Mariæ ſumma extitit. Primū, cū ei Xp̄s paſſionē annunciauit ſuā. Scdm, cū crucē baiulantē uidit in uia publica, q̄ nūc hāc ob cām dr amaritudinis. Tertiū cū eū vidit crucifigi, & eleuari, ac mori.
D. Bo. Quarto cū eū ſepeliuit. De primo D. Bona. in Meditationibus uitæ Xp̄i c. 72. ait Rogauit Magdalena Xp̄m, vt in domo ſua maneret tpe illo, qd iā inſtabat paſchæ, adeſſetq; illo paſchate mſæ, quę ibi
C p̄ns erat, ille uero negauit, aſſerēs ſe oīno
3. Re. 2 in Ieruſalē aſcēſurū. Tūc Magdalena acceſſit ad Xp̄i matrē, cui nūq̄ aliqd negatū fuit. Pete mr mea, nec. n. fas eſt ut auertā faciē tuā, ait Salomō. Tūc Maria poſt cęnā filiū ſic alloquit. Noſti fili mi, filios cū extra domū parentū ſunt, properare, vt tpe paſchæ cum matre ſint. Hoc ergo paſchate mecū tu mane, Chr̄s uero Dn̄s faciē cōpoſuit in triſtitiā Triſtati ſunt illi q carcere tenebant in Aegyto, p viſo ſomnio, quam viderant, ad quos Ioſeph ait
Ge. 40. Ge. 40. cur triſtior ſolito eſt hodie facies vr̄a? Acceperat iam Chr̄s Dn̄s mortis ſētentiā, q̄ inſtare uidebat, & tanq̄ noctı p ximᵒ obnubilat ſol ille iuſtitiæ, a quo mr q̄rit. Quæ inſolita hæc triſtitia eſt? Cui fi-
Luc. 2. lius: Recordare mater dulciſſima tridui quo manſi in Hierl̄m, dixiq; tibi, in his q̄ patris mei ſūt, oportet me eſſe. Sꝫ & tibi nūc dico, oportet nūc patri obtēperare, acceſſit iā tp̄s, quo ego p p̄ris obedientia, & mundi ſalute uitā expoſiturus ſū, in quo doloris gladius ptranſibit aīam tuā, ut tibi Simeō p̄dixit, ī quo debitū hu-
Luc. 2. mani gn̄is ſoluendū mihi eſt. Sed Dn̄e
Deute. 34. urqd hæc ei loq̄ris? uis immolare mr̄em cū filio, cōtra legis p̄ceptū? Et vt ſ͞l capiatur nidus cū mr̄e? Cor dulcedinis repleſ amaritudine? Vere. n. nūc dicet: Inebriauit me abſinthio, repleuit me amaritudi-
B nibus. Ecce vas ſanctis factū uas pęnalitatis. Nūc dicere Maria pt illud Iob. Deᵒ
Iob 23 molliuit cor meū, & oīps pturbauit me. Verè nunc dicet, aīa mea liquefacta eſt; vt dilectus loquutus eſt, vbertimaſq; lachrymas, sūmo dolore facta intrinſecᵒ. Tūc filiᵒ ſerui pſon egēs, q ad pedes diſcipulorum cōtinuo genuflectēdus erat, prius mr̄i genuflexᵒ, ab ea petit tū ueniā, tū mr̄is bnd ctionē, ut in bellū difficile
Pſ. 19. pficiſcat. Quā illa imēſis lachrymis affecta dat. Eāuerò regius pſaltes p̄dixerat ītegro Pſ. Exaudiat te Dn̄s ī die tribulationis, ptegat te nomē Dei, Iacob. Mittat tibi auxiliū de ſcō, & de Sion tueatur te Memor ſit oīs ſacrificij tui, & holocauſtū tuū pingue fiat. Tribuat tibi ſ͞m cor tuū, & oē cōſiliū tuū confirmet. Impleat dn̄s oēs petitiones tuas: qa uero diuerſi
Ce. 32. reſpūs in Maria ſe mutuo nō impediūt, poſtq̄ Dei mr Chr̄m bn̄dixit, illa ut eius
C filia genuflectēs ab eo petit bn̄dici dicēs: Nō dimittā te, niſi prius bn̄dixeris mihi. Merito dn̄e bn̄dices coronæ anni benignitatis tuæ. Indiget illa bn̄dictione tua ī tantā acerbitatē paſſionis īgreſſura. Bn̄dicit ergo illā Chr̄s Dn̄s, eī pmittēs auxilium, ut ī tāta tribulatione ſtare poſſit. Et inſup ei pmittit paſſionis ſuæ fructū vberrimū, quē illam participabit ſuper oēs hoīes in gratia, doniſq; cę eſtib. Non immerito Græci amorem dixere glichi

A picros, q̄ ſignĩat amarũ dulce. Galenus, lib. 3. de ſimpliciũ medicamẽtorũ facultate c. 16. ait. Si paré abſinthij portionẽ melli exq̃ſito cõmixtã liguæ iponas, glichi picron, quẽadmodũ poetæ cognominãt amoré, q̄ ex ambob. mixtum fuerit, videbitur. Vñ amor ſilĩs dici ſolet malo medico, q̄ vulgo dr̃ la cidra, continenti acredulce. Qđ ſi alicubi videri, p̃t maxime ĩ Maria, in qua ſummus amor: vñ ſumma dulcedo, q̄ sũma amaritudo. Sũma ei fuit dulcedo in Xp̃i conceptione, partu, & cõuictu. Verè bt̃i oculi Mariæ, & beatæ aures, & beata uiſcera. Nũc vero sũma eſt ei amaritudo, ineffabilis triſtitia irremediabilis plaga, q̃a in Chriſto oĩa amittebat. Tu cũ ſalutẽ amittis, ad-
B huc vitã retines, qua te conſolari potes, ſed q̃ vno t̃pis momento cuncta pderet, q̃uo leuari poſſet? Erit Deus oĩa ĩ oĩbus, & ſc̃tis Deus oĩa eſt. Dicebat ex eis quidã: Deus meus, & oĩa, q̄ diceret Maria. Quæ vita tua ò Maria, q̃ ſal⁹? q̃s honos? q̃ lubia? plane ſolus fili⁹, eo amiſſo oĩa ſimul amittit, irremediabile malũ. Scđm dolore plenũ Mariæ fuit, cũ cruce baiulãtẽ ĩuita fuit ĩ calle amaritudinis, cũ iã morti p̃xim⁹, flagellat⁹, ſpinis coronat⁹, oĩno deformat⁹ eẽt. Attẽde, qualis tunc Xp̃s pcederet, fact⁹ vir dolorũ, & tot dolorib. plenus, ut putauerit Pilatus, poſſe ſe eius aſpectu lenire corda inimicorũ, & ĩõ eis illũ oñdit, dicẽs. Ecce hõ, cũ ergo talis apparit dulciſſimæ mr̃i dictũ ; ei eſt. Ecce hõ, ecce filius tuus, quo dolo-
Simile re fuit affecta, q̃s cogitet. Queadmodum
C cũ ſpeculo res aliqua objicit̃, illã oĩno intra ſpeculũ uidebis: & q̃ẽadmodũ, cũ ſigillũ ceræ blandæ imprimit̃, oĩs ei⁹ linea icera ſignat̃, ſic Mariæ cor dici p̃t ſpeculũ ſiue macula, in quo Xp̃s tot⁹ efformatus & effigiatus ẽ, cera, ĩ qua ĩpreſſæ oẽs illæ figuræ. Sĩc ergo tũc Mariæ cor Xp̃i
Thr. 2. corpi. Si ille vir dolorum. Maria mulier dolorũ. Si ille ait: Attẽdite ſi ẽ dolor ſicut dolor meus Maria ſil̃r. Tunc vere doloris gladius ptrãſibit aĩam eius, ut Simeõ ad eã fuerat ploquutus. Siĩa uerba, & q̃ tm̃ ſignarẽt dolorẽ, nulli vnq̃ in mundo dicta fuere ac Simeõ Mariæ dixit, cum
Luc. 2. ait: Doloris cladius &c. Gladios nouim⁹ ex ferro, vel ęre factos, ſed ex dolore quis
A vnq̃ uidit? Quo dolore afficiet gladius doloris? Vt ergo Sp̃us ſanctus ſignificaret sũmũ, acerbiſſimũq; doloré, hoc uerbo vſus eſt, gladius doloris pertranſibit aĩam tuam. Sed amplior te adhuc dolor manet ò dulciſſima uirgo, aſcendam⁹ in mõtẽ, ubi innumeri tibi dolores parati sũt. Ibi oculis cernes Xp̃m crucifigi, expoliari ueſte ſua, & ad hoc coronã tolli d̃ capite ei⁹. Deĩde verò excoriari Xp̃m q̃m ueſtis adhæſerat carni Xp̃i, q̃ vniuerſa plaga una erat. Vidit nudũ Adã ſm̃, videt deinde coronã iterũ capiti illi⁹ affigi sũma crudelitate. Vidit man⁹ pedeſq; pfodi, ĩ altũ eleuari, ſãguinẽ vndatim p̃fluere, Audit ĩnumera opprobria, atque blaſphemias. Ad q̃d hodie virgo beatiſſi-
B ma oculi? Ad q̃d aures? Quid morti filii aſtas? Moriebat̃ p̃ ſiti Iſmael, nec potuit Ce. 21.
Agar ei⁹ mortẽ ĩtueri, ſed ait: Nõ videbo puerũ moriẽtẽ, & p̃iecit eũ ſub vna arbore, q̃uo, ò virgo videbis morientẽ filiũ tuũ? O virgineũ cor gladĩs doloris undiq; trãsfixũ? Nõ eſt numer⁹ arenæ maris, ſtellis cęli, ſed poti⁹ nõ eſt numer⁹ dolorũ Mariæ. Intrauerũt hodie aquæ vſq; ad aĩam tuã, fluct⁹ feri maris aſcẽderunt ſup Mariæ cor. Vidiſti Deũ tuũ ĩdigniſſime tractari, & blaſphemare. O quot dolores ĩ cor tuũ ĩtrauerũt p audit⁹? quot p oculos? Suſtulit oculos mulier prima, ut videret pomũ uetitũ, apparuitq; ei pulchrũ uiſu, aſpectuq; delectabile. Suſtulit oculos Maria in crucẽ ut Chr̃m uideret pluſq; dolet, cũ eũ ſic uidet q̃ delectata ſit Eua uiſo delectabili fructũ. Deſiderat Maria Chr̃m uidere, eius. n. aſpectus ſa-
nat, ẽt a ſerpẽte morſos, & iuſtos amore C
incẽdit. Oculos ergo eleuat, in eũ. Sed q̃ primũ eleuat tã cito deprimit, uidens eũ adeo deformẽ, ut eius aſpectũ ferre ñ poſſit. Amor cogit oculos leuare, & dolor cogit eos deprimere: Et quocunq; mõ ſit, ĩ cruce illa ẽ, & in anguſtijs maximis. Si . n. eũ nõ aſpicit, amor eã torquet deſiderio uidẽdi eũ, ſi eũ aſpicit, dolor eã trãsfigit uidẽs eũ uirũ dolorũ, nã ex dolore q̃d naſci p̃t niſi dolor? Sed cũ eũ expirãtẽ uidit, expiraret vtiq; illa, niſi a Deo teneretur. Expirauit. n. ille ſpũm Mariç, ſpũs. n.

Chriſti

Digitized by Google

A Chriſti magis erat Mariæ ſpūs,quã proprius. Qui hic illa verba diceret,quis no uerit? Tu Deus meus mortuus,& ego viuo ſuper terrã?qũo potuit cor meũ mortẽ tuã videre,nec cõtinuo defecit, grãdis amor in te meus, cui teſtis dolor eſt immẽſus:ſed qũo mori potuiſti,nec me interfecit tecum amor meus,cur me dñe tecum non duxiſti? Quid mater tua,ſine te faciet? Quo ibo? quẽ audiã? quẽ intuear? tu ſolus Deus cordis mei,& pars mea: ſi ne te,vt quid viuã.[Stabat aũt iuxta cru-
2.Reg. 21. cẽ.] Donec deponeretᷣ.2.Reg.21.Reſpha concubina Saulis vidit duos filios ſuos crucifigi pp Gabaonitas, & tollens Reſpha ciliciũ,ſubſtrauit ſibi ſupra petram ab initio meſſis donec ſtillaret aqua ſup
B eos de cęlo,& non dimiſit aues lacerare eos p diẽ,neq; beſtias per noctẽ. Donec ergo Deus placaretᷣ terrę,morte filiorũ, & aquã mitteret,inde nõ receſſit. Videt Maria crucifigi unicũ filiũ, ſed in duab. naturis ſubſiſtentẽ,& pp aliorũ pctã crucifixus eſt,ut Deus terrę repropitiaretᷣ, cui erat iratus, Reſpha verò cilicium ſibi ſubſtrauit. Ait Vatablus,feciſſe ſibi ex cilicio tentoriũ. Interiori cilicio fuit Maria ſupes petrã Caluarij, qa circundata dolore,per ciliciũ ſignificato:nec inde recedit niſi Deum placatũ uideat. Sed ad quartum veniamus. Accedunt viri,et Ieſum deponunt de cruce,& in vlnas mřis dant corpus exãgue. Vide,an hæc ſit tu-
Ge.37. nica filij tui Ioſeph, an nõ, videt corpus illud vndiq; laceratũ,tabidũ morte,ſine
C ſpecie,& decore. Quis nunc Mariæ plãctũ ualeat explicare? O Deus,& fili mi, qũo me dereliquiſti? Eſt hęc facies gratiarũ plena, in q̃ deſiderãt Angeli proſpicere,quã ego meo pectore demulſi? O pulchritudo fędata, ò lumina re cœli maius obſcuratũ. O lingua,q̃ verba vitæ habuiſti,quis te mutam reddidit? O oculi luce ſplẽdidiores,qs uos clauſit? O manus diuinę tornatiles aureę,q̃ oĩbus opẽtuliſtis quis vos perforauit? O cor dulciſſimũ in hoĩes,quis te aperuit? O caput tremendũ ptãtibus,qs te ſpinis transfixit? Qũo cõuerſus eſt chorus meus in luctũ, & tympanũ in dolorẽ? Cor Mariæ adeo plenũ mia oĩbus erat,vt ſi videret crucifixores filij ſui pati, compateretur eis: quid, vel A
quõ filio cõpateretᷣ. Sed tandem corpus eius ab illa tollitur, & in ſepulchro deponitur, & in domum redit cum Magdalena,& Martha, quæ veſtem luctus aptauit Marię, viduę.ſ.ueſtem,ac lintheũ. Fa-
cta eſt,quaſi uidua dña gentiũ, princeps Thr. 1
prouinciarum facta eſt ſub tributo. Vno momẽto oĩa amiſit Maria, & damnum eius hoc fuit,ꝙ illa perdita non ſit cum fi- Eſa.47
lio. Eſ.47. Venient tibi ſubito in die una duo hæc,ſterilitas,& uiduitas. Ideſt,vno die carebis filio,& ſpõſo, & omni bono tuo. Non.n.illa vidua manſit, cũ Ioſeph mortuus eſt,ſed cũ Xp̃s,qui erat eius pręcipuus ſponſus. Quis ergo medebitᷣ tui? Quis lethale vulnus cordis tui curare va-
leat? non eſt medicus malo tanto, vnus B
.n.qui deſcendit in cœlo, ut mederetur contritis corde ipſe te vulnerat. Quis ergo tibi medebitur? Vera dicere poteris,
cum Pſ. Cor meum dereliquit me. Verè, Pſ. 39.
qui cor tuum genitus, quem diligebas plus,quam cor,ipſe te dereliquit: Chrs, & Maria vnum ſunt. In Maria nihil eſt niſi Chriſtus. Mori Chriſtum erat illam oĩno deficere,quia nihil in ea erat,ꝙ non
eſſet Ieſus. Dicebat Pau. Viuo ego,iam Gala.2
non ego,viuit verò in me Chriſtus. Sed in nullo ſolus Chriſtus viuebat, niſi in Maria, ſolum in Maria Chriſtus ſolus viuebat,in qua nihil regnabat,nihil erat niſi Ieſus. Sine Ieſu relicta eſt,quaſi nihil, reliqui aliquid habet ſuum,quod nõ eſt Ieſus, Mariæ ſolus Ieſus. Eam ergo C
committemur,eius dolore doleamus, ut cum ea conſolemur ſuo tempore, &c.

In die Reſurrectionis Domini.

Surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni,&c. Luc. 24.

SI antiquę legis Maria adeo lætata eſt, videns fratrẽ Moyſen trãſiſſe cũ uni-
uerſo Iſraele mare rubrũ, Aegyptijs ſub- Exo.15
merſis,vt tympanum tenens, & decãtãs diuinas laudes inuitaret oẽs virgines Iſrael, vt choros ducerẽt,Deũq; laudarẽt. Quę hodie erit lętitia Marię noui teſtĩ, & legis gr̃æ,cũ uiderit unigenitũ Dei,&

A ſuum tranſiſſe mare paſſionis, & in eo oĩa pctã ſubmerſa reliqſſe? Incredibilis hodie lætitia illius eſt, & qñ aliud ſignũ reſurrectionis Xpi nõ eſſet, q̃ Mariç immutatio, ſufficiẽs hoc erat, ut Xp̃s reſurrexiſſe crederet, cũ uideremus oĩum triſtiſſimã mrẽm ſumma lætitia perfuſam. Quis.n. niſi Ieſus ſuſcitatus ſufficiẽs eẽt mare amaritudinis in mare mutare dulcedinis? Magna eſt velut mare contritio tua, quis medebitur tui. Thr.2. Quis mare amaritudinis exiccabit, & in mare lætitiæ permutabit? quis plagã in medio cordis poſitã curabit? quis lunam ecclipſim paſſam reddet lumine plenam? Ecce ego declinabo ſuper eam, quaſi fluuium pacis. Eſa.66. Præſens ego, ait Xp̃s dñs, hoc efficiam, ut fluminis impetus lætificet ciuitatẽ Dei. Flumen Maria habet, ſibi, & alij ſufficiens. Ad hanc hodie lętitiam inuitamur. Sed nulla uera eſt abſq; gratia, eam petamus in hac die lætiſſima.

Thr.2. — Eſa.66 — Pſ.45. — B

Pſ.117 Hæc dies, q̃ fecit dñs, exultemus, & lætemur in ea, oĩs creatura ẽt inſenſibilis in Chriſti paſſione dolorem oſtẽdit, oĩs item in reſurrectione lætitiam. Simile. Sicut oĩs mundus in Solis ortu lætatur, & quẽadmodum cum alicuius familiæ princeps in magnam dignitatẽ aſſumptus eſt, oĩs familia lætatur, & congratulatur ei: ſic nunc Xp̃o a mortis ſuſcitato oĩs creatura congaudet, ac gratulatur. Cum.n. oĩs creatura naturaliter plus diligat Deum, quam ſe, plus lętatur de bono Dei, quam de proprio. Et cum omnis creatura reue-

C lationem expectet filiorum Dei in ſpe, quia ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei in Chriſti reſurrectione accipit ſignum, & pignus huius libertatis, vnde omnis exultat. Ro. 8.

Sed, vt omnium oſtẽdamus lętitiam, hiſtoriam reſurrectionis Chri dicamus, inde exordientes, ubi eius paſſioni enarratæ finem impoſuimus. Separata eſt anima Chri a corpore in paſſione vi tormentorum, ſed ſuppoſitum diuinum ſeparatum non eſt ab aĩa, nec a corpore, vt figuratum fuit. Leu.1. vbi dr turris extinctæ caput a corpore non ſeparetur. Caput Chriſti Deus, non eſt hic reparan- Leu.1.

A dus a corpore ſuo, quod eſt aĩa, & corpus Chri. Corpus ergo ad ſepulchrũ delatũ eſt, ſed aĩa deſcendit ad inferos, & hoc re uera, & non ſolũ p̃ operationẽ, ut cum Lazarum ſuſcitauit. Vnd. eſt illud pſ. q̃ Petrus de hoc explicat. Nõ derelinques aĩam meam in inferno, nec uerò hoc derogat Chri dignitati, non.n. captiuus deſcendit, ut reliqui, ſed inter mortuos liber. Sicut ergo duci aliquem in Argerium, uel Conſtantinopolim captiuũ, ſignum eſt infirmitatis, & imbecillitatis at eo ire, ut uictorem, & triumphatorẽ, vt captiuos liberet, potentiæ, & honoris eſt eximij, ita reliqui oẽs deſcenderant in infernum tanquam mortis uictor, ut captos eripiat. Eph.2. Expolians principatus, & ptãtes traduxit confidenter palã triumphans illos in ſemetipſo. De hoc deſcenſu Xpi ad inferos loquitur Zach. 9. cum dixiſſet: Ecce rex tuus uenit tibi manſuetus, &c. Ad Chriſtum cõuerſus, ait. Tu quoque in ſanguine teſtĩ tui emiſiſti uinctos tuos de lacu, in quo nõ erat aqua. Erant ſancti in limbo expectantes Xpi aduentum, ut in cælum aſcenderẽt. Artificium.n. inferiorum eſt lapides, & ligna expolire in ædificium, ſed ſupremi artificis illa collocare ſuis locis, qđ eſt domum conſtruere. Sic ad legem, & naturalem, & ſcriptã pertinebat aliquos hominum, quaſi incidere, dolare, ac elaborare, ſed ad Xp̃m, & eius grãm, ex eis ædificare Hieruſalem cœleſtem. Donec ergo ueniret Chriſtus, erant in limbo, qui dicitur lacus ſine aqua, ideſt, carcer, ſubterraneus: lacus enim carcer dicitur in ſcriptura, qñ eſt ſubterraneus, uti Ioſeph, ait. Hic innocens in lacum miſſus ſum. Additur uero ſine aqua, ut carcer eſſe notetur, nõ puteus, aut ciſterna. Sed ait propheta, in ſanguine teſtamenti ereptos eſſe. Pro cuius expoſitione, & plurium locorum, qui de teſtamentis meminerunt, not. facit antiquis patribus promiſſiones, tum bonorum temporalium, tum æternorum: factæ uero ſunt non cõtractu, qui donario nuncupatur, ſed teſtamento: inde dr teſtamentum uetus, & teſtamentum nouum. De quo latè Paul. Hebræ.9. & 10. Id verò, quod teſta-

Pſ. 15. — Acto.2 — Simile — Eph.2. — B — Zac.9. — Simile — C — Ge.40 — Heb.9

Digitized by Google

A ſtamento legatur,uim nõ hẽt,niſi mors
ĩtercedat teſtõris,ut Pau.ait,& iura oĩa.
Promiſſiones ergo terrenorũ cõfirmatę
ſunt morte teſtatoris figuratæ. Cum.n.
illa figura bonorum eſſet,ſatis ẽt fuit fi-
gura mortis Chriſti in ſacrificiis ueteri-
bus vt cõfirmaret teſtm̃ vetus, & terra
ꝓmiſſa patrib.tribueretur. At ut uera,
& æterna bona darent, neceſſaria erat
vera mors,teſtõris, ſine qua nondũ erat
cõfirmatum,nec poterãt hoĩes hæredita
Mat.4. tẽ cęleſtẽ adire. Hoc ſignãt Xp̃s dñs di-
cẽs: Hic eſt calix noui teſtĩ.i.ſanguis, cu
ius effuſione confirmatur nouum teſtm̃
ut poſſit hęreditatem adire,q uocati ſũt.
Matth. Et Pau. Et ideo noui teſtĩ mediator eſt,
28. vt morte intercedente, in redemptionẽ
Heb.9 earum ꝑuaricationũ,quæ erant ſub prio
B ri teſtõ, repromiſſionem accipiant, qui
uocati ſunt æternæ hæreditatis. Hanc er
go mortem teſtatoris expectabant ĩ lim
bo patres,vt æternam hæreditatem obti
nerent,iõ ait Zach. In ſanguine tuo,quo
teſtm̃ tuum cõfirmatum eſt,emiſiſti vin
ctos de carcere. Deſcendens ergo Chri-
ſtus in limbum mutauit carcerem in pa
radiſum,oſtendens ibi patribus diuini-
tatem ſuã,& qñ dæmon putauit ſe agnũ
occidiſſe,& uiciſſe,apparuit leonis uir-
tus eum exſpoliantis. Quanta vero læti
tia patres affecerit,mente comprehendi
non põt. Erat ibi primus parens,quẽ ſa-
pientia eduxit a delicto ſuo. Sap. 10. E-
Sap.10 rat ibi iuſtus Noe, Abel martyr, plures
prophetæ,qui diuerſis generibus mortis
Deum glorificauerunt, & denique pa-
triarchæ,& iuſti oẽs,iam læti propinqua
ſpe aduentus Xp̃i, quem eis nunciauit
Ioannes Baptiſta,ut eis eſſet præcurſor,
Ex.14. ſicut,& mundo. Veniente ergo Chriſti
C aĩa glorioſiſſima conturbati ſunt princi
Pſ. 17. pes Edom,robuſtus Moab obtinuit tre
mor,tunc uox exultationis,& lætitię,au
dita eſt,in tabernaculis iuſtorum. Inter
alia uerò maximè lætati ſunt uidentes li
brum ſignatum ſigillis ſeptem, quẽ nec
in cœlo,nec in terra aliquis poterat ape-
rire,per Xp̃m apertum.i.ſcripturam per
Xp̃m impletam,& declaratã. Viderunt
Apo.5. oẽs figuras Xp̃i ueritati redditas, quas
hodie diſcipulis euntibus in Emaus ille
aperuit,multo potius,& patribus. Vidit A
Adam mortuo Abel datum ipſi filium
Seth.i.poſitum,ſignificare Xp̃o mortuo
inuidia Iudæorum, nunc ſurgere Chri- Gen.5.
ſtum poſitum ſuper omnia,iudicem vi-
uorum,ac mortuorm. Ibi uidit Noe ſe-
ipſum nudari,deludi a Cham,& ſurge- Gen.9.
re,maledicereq; eum, & reliquos filios
benedicere, ſignificare Chriſtum in cru
ce nudatum,ebrium uino amoris, deri-
ſum a Iudęis, ſed a gentibus acceptum
